173

Google

Digitized by Google

8 50. q 62

EPISCOPVS

OPVS TRIPARTITVM
ETHICO-POLITICO-SACRVM


Non Præſulibus modò, ſed omnibus in Chriſtiana Republica Populorum Moderatoribus, Principum Conſiliarijs, Diuini Verbi Concionatoribus maximè accomodatum.

ALEXANDER SPERELLVS
EVGVBINVS ANTISTES
E COLLEGIO SVMMI PONTIFICIS THRONO ASSISTENTIVM

ITALICO SERMONE SCRIPSIT

HANNIBAL ADAMI
FIRMANVS E SOCIETATE IESV

Plurimis, & Maximis è Gallia, Hiſpania, Germania, Epiſcopis poſtulantibus *Idiomate Latino donabat*.



ROMÆ M. DC. LXX.
Ex Typographia, & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLEMENTI X.
ROMANO
PONTIFICI OPT. MAX.
ECCLESIAE VNIVERSALIS
EPISCOPO.

AD Pontificiæ Solium Maieſtatis, quod Duce & Auſpice Diuinitate, vt de amiſſo Clemente IX. Romanæ Sponſæ viduitatem ſolareris, CLEMENS X. aſcendiſti, vnà cum alijs omnium Eccleſiarum Epiſcopis ſupplex etiam accedit Epiſcopus meus, vt Te abſolutiſsimum Epiſcopalis dignitatis Exemplar ſuſpiciat, & adoret, Tuoſque Sanctiſsimos Pedes, quibus terra ſtat, plaudit Cælum, inferi contremiſcunt, humillimus oſculetur. Cùm enim ex Italiæ finibus, quos vernaculo tantùm ſermone loquax ſuis monitis inſtruebat, idiomatis Latini, quod nunc primùm ab eximio Scriptore ſuſcepit, magiſterio, totum peragrare orbem debeat, & ſimul cum luce, quam è Typorum tenebris hauſit, Diuinæ ſcientiæ lucem gentibus omnibus vbiq; terrarum diſsitis impertiri, iure optimo decet quòd priùs Tibi ſe ſiſtat, qui Diuinitatis ſuffragio omnium Eccleſiarum Epiſcopus, & Apex Epiſcopatus in Se-

Digitized by Google

de Religionis emines, vt eodem Pontificio de fonte, vnde Chriſtiana Sapientia ſumpſit initium, ſuum pariter trahere gaudeat incrementum; ſi namq; Diuinà illà Clementià, quam ad publicæ fœlicitatis auſpicium, Tuo præfers in nomine, Tuoque fundis aſpectu, eruditus, in paternæ beneuolentiæ argumentum, Tuà illum Benedictione digneris, quàm fortis ad acies vitiorum profligandas erumpet, quàm ſplendidus ad Epiſcoporum mentes illuſtrandas aſſurget, quàm velox ad Orbem vniuerſum inſtruendum ſuis paginis peruolabit! In eo Salutis humanæ ſigno, quod olim ſuæ Victoriæ auſpicium vidit inter Sydera Conſtantinus Cæſar. Tuà Pontificià Dexterà Diuinæ Charitatis & Authoritatis Vicarià Tua inter Sydera impertito, tàm certum fauſtumque de Romanæ Religionis victorià ab Epiſcopis referendà omen habebit, vt laureatis paginis quòcumque peruolans, & in explicatis virtutibus tot enumerans capita triumphorum, Tua eadem Sydera, quæ ſibi aduersùs vitij Siſaram certanti propitia vidit in pugnà, in Religionis Capitolio triumphanti dari mereat in coronam: ſolo namq; Sydere, qui populis erudiendis deſudant, Deus aſſerit coronandos. Hæc ſibi, dum è Tuà Diuinà Clementià ſperat ſupplex Epiſcopus meus, Neſtoreos annos ad vniuerſi beneficium, ad Pietatis præſidium, ad Fidei triumphum Tibi precatur, & vouet.

Humillimus famulus
Alexander Epiſc. Eugub.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM
PRIMAE PARTIS.

CAP. I.	*QVàm excellens & Diuinum ſit Epiſcopi munus.*	pag. 1
CAP. II.	*Epiſcopos Apoſtolorum eſſe ſucceſſores.*	p. 8
CAP. III.	*Nonnulli afferuntur tituli, quibus Epiſcoporum dignitas decoratur.*	p. 13
CAP. IV.	*Regia dignitate clariorem eſſe Epiſcopi Dignitatem.*	p. 19
CAP. V.	*Aliarum momento rationum idem probatur.*	p. 21
CAP. VI.	*Quanti æſtimanda habendaque ſit Dignitas Epiſcopalis.*	p. 27
CAP. VII.	*A Principibus etiam Viris honorandos Epiſcopos pluribus exemplis confirmatur.*	p. 32
CAP. VIII.	*Honorandos Epiſcopos eſſe vel indignos.*	p. 38
CAP. IX.	*Alia ratione probatur Epiſcopos vel indignos obedentià & honore afficiendos: nam iuxtà populorum merita à Deo vel imponuntur, vel deponuntur.*	p. 45
CAP. X.	*Omnibus quacumque dignitate potentiaque præſtantibus obſeruandum Epiſcopum eſſe.*	p. 54
CAP. XI.	*Eorum, qui Antiſtitum legibus obſurdeſcunt, excuſationes diluuntur.*	p. 60
CAP. XII.	*Quantum ſit nefas de Epiſcopo obtrectare.*	p. 67
CAP. XIII.	*Manifeſta Antiſtitum crimina non eſſe detrectanda, nullamque alienis narrationibus fidem habendam.*	p. 63
CAP. XIV.	*De ſupplicijs, quæ in Epiſcoporum Detractores inferuntur.*	p. 78
CAP. XV.	*Quàm promptè ad eorum acerba ſupplicia feratur Deus, qui vel re, vel verbo Epiſcopos dehonorant, exemplis allatis oſtenditur.*	p. 82
CAP. XVI.	*Quà ratione, & à quibus fuerint in varias ætates electi Epiſcopi.*	p. 89
CAP. XVII.	*Quàm perniciosus & iniurius ſit Populis Epiſcopali dignitati & Eccleſiæ, qui Epiſcopos ineptos poſtulat eligendos.*	p. 96
CAP. XVIII.	*Ineptorũ Antiſtitũ electionẽ ipſiſmet Electis eſſe pernicioſam.*	p. 102
CAP. XIX.	*Antiſtitum electionem non ritè factam ipſis electoribus fore exitioſam.*	p. 106
CAP. XX.	*De fine, quem in eligendis Epiſcopis ſtatuere ſibi debent electores.*	p. 112
CAP. XXI.	*Idonea media proferuntur, quibus probi Antiſtitis eligendi finem ſortiamur.*	p. 120
CAP. XXII.	*Largius idem explicatur.*	p. 126
CAP. XXIII.	*Ad ambitionem ſacrarũ infularũ amouendũ prima ratio affertur, qua ipſius electionis nequitia & deformitas ſubminiſtrat.*	p. 134
CAP. XXIV.	*Ad ſacrarum dignitatem ambitionem coercendum ſecunda ratio affertur ex earum artium fœditate, quibus ambitioſi vtuntur: omnes autem eas artes Simoniæ ſpeciem aliquam referre probatur.*	p. 140

Tertia

INDEX.

CAP. XXV. *Tertia affertur ratio ad ſacrarum dignitatum ambitionem eliminandam: ea autem ex eo deducitur, quod Epiſcopali dignitas in abſolutà virtutum perfectione conſiſtit.* p.150

CAP. XXVI. *Ad Theologicam Trutinam tertia hæc ratio expenditur, & enaſcentes inde ſcrupuli extinguuntur.* p.156

CAP. XXVII. *Quartum expeditur argumentum ad ſacrarum dignitatum ambitionem eradicandam: hoc autem ad difficultates refertur, quibus dignitates obſidentur.* p.160

CAP. XXVIII. *E laboribus, quibus Epiſcopalis dignitas obſidetur, quintum argumentum eruitur, & expenditur.* p.164

CAP. XXIX. *Curarum aculei expenduntur, quibus Epiſcopi cruciantur, & ſextum ab ijs eruitur argumentum ad ſacrarum dignitatum ambitionem profligandam.* p.167

CAP. XXX. *Ad idem confirmandum ſeptimum affertur argumentum, quod in eo verſatur, vt oſtendas Antiſtes oblocutorum ſermonibus obiectari.* p.172

CAP. XXXI. *Ad infularũ ambitionẽ extinguendam octauũ affertur argumentũ, in eis ſcilicet grauioria eſſe crimina, grauiuſque puniri.* p.177

CAP. XXXII. *Ex ratione, quam de Populorum animabus ſunt Antiſtites reddituri, nona ratio eruitur ad ſacrarum dignitatum ambitionem delendam.* p.183

CAP. XXXIII. *Vlterius eadem res agitur, & quàm difficile ſuæ ſaluti conſulant Epiſcopi, tùm exemplis, tùm ſuffragijs allatis explicatur.* p.190

CAP. XXXIV. *Decimum affertur argumentũ ad eandẽ ambitionem profligandam: illos ſcilicet etiam viros, qui probatiſſimi ſunt, & ab illis ambiendis alieni fuere, ipſis frequenter dignitatibus corrumpi.* p.196

CAP. XXXV. *Religioſis viris maximum nefas eſſe, ſi ſacras dignitates affectauerint.* p.201

CAP. XXXVI. *An honeſtis artibus Epiſcopalẽ dignitatẽ ſibi cõparare fas ſit.* p.206

CAP. XXXVII. *An Epiſcopalem dignitatem oblatam commendabilius ſit excipere, vel repellere.* p.212

CAP. XXXVIII. *Eadem diſceptatio vberiùs agitur, & dubitationes aliquæ diluuntur.* p.223

CAP. XXXIX. *Abſolutè loquendo Epiſcopales ſedes non eſſe abdicandas, præſertim ſi ad ingentes penſiones abdicanti ſoluendas quis obſtringatur.* p.228

CAP. XL. *Tria reijciuntur argumenta, quibus Epiſcopales ſedes dimittere non licet.* p.232

CAP. XLI. *Tres primæ rationes explicantur, quibus Epiſcopalem dignitatem exuere interdum liceat.* p.237

CAP. XLII. *Cauſæ reliquæ afferuntur, quibus liceat Epiſcopatũ abdicare.* p.244

CAP. XLIII. *Nefas eſſe, ex vna Epiſcopali ſede ad aliam rationibus humanis transferri, & tria profligantur argumenta, quibus id aliquibus probatur.* p.254

CAP. XLIV. *Recenſentur cauſæ, quibus ex vna ad aliam ſedem migrare aliquando liceat.* p.262

Impri-

EPISCOPVS
ALEXANDRI SPERELLI
Epiſcopi Eugubini
OPVS
Latino idiomate redditum

A P. HANNIBALE ADAMI
E Societate Ieſu

PARS PRIMA.

Quàm excellens & Diuinum ſit Epiſcopi munus.
Caput I.

A FONS ille lucis inexhauſtus, qui tàm diuite luminum venà, ſolum ſydera, reſque omnes roto Orbe diffuſas, radijs ſuæ boniratis alluit & fœcnndat, Numen illud increarum, nulloque limite definitum, cuius tribus digitis tota terrarum moles innititur, abſque eò quod in tanti oneris partem, vel Aleides, vel Arlas aduocetur, quamuis leuiſſimo ſuę voluntatis arbitrio eunđa moderetur & temperet, non tamen ſublunares cauſas ad rantum regimen adducere dedignatur, vt velut interpretes, immutabilem ſuam teſtentur prouidentiam, ſuaſque leges æternitate ſancitas firmiter exequantur. Hinc oritur, vt in cœleſti Regia, vbi triomphantis Eccleſiæ ciues ſui facit gloriæ participes, ſuique fruitione beatos, certo quodam curſu, per ſopremas mentes infimis alijs ar-

Digitized by Google

cana aperiat ſua, adeò vt è ſuperiori Hierarchia ad inferiorem, veluti ex vno fonte in A
alium, quadam veluti ſucceſſione voluantur. Ad cæleſtis regiminis formam (ſic
Magnus Arepagi Magiſter teſtatur) noſtrum hoc temperare regimen voluit, hoc eſt,
formam ad perfectiſſimum exemplar componere: *Hierarchia noſtra* (verba Diony-
ſij ſunt) *ordinibus qui à Deo traditi ſunt, ſanctè digeſta, cæleſtibus Hierarchijs eſt
ſimilis*.

De Eccleſ. Hierarch. cap. 10.

Niſi tamen aliò nos Angelici Doctoris authoritas trahat, hoc eſt, vnicam Ec-
cleſiam duas in partes potiſſimas, triumphantem ſcilicet aliam, & militantem
aliam dixtingui: quàpropter non ſibi facere ſatis ratus Diuinus Conditor, ſi noſtram
hanc vel ſui gubernatione, vel cæleſtium ſpirituum, qui ſub humanum aſpectum
non cadunt, moderaretur, Duces alios præficere illi decreuit, quos aſpiceret, hac
impoſita lege, vt inter fluctus humanos errantem ad cæleſtis portum ſalutis addu-
cerent: prouinciam igitur hanc adeò excelſam Petro, eiuſque Succeſſoribus com-
mittens, decreuit vt Epiſcopos, Apoſtolici ſcilicet muneris hæredes in duces ha-
beret, quorum operà (vt capite ſequenti declarabitur) fideles omnes ad benè bea- B
tèque viuendum, abſque vllo erroris diſcrimine, quaſi manu ducantur.

Hæc autem tantæ ſucceſſionis hæreditas, quam ex Apoſtolis in Epiſcopos deri-
uatam affirmamus, tribus potiſſimùm rebus conſtat, quibus ipſorum dignitatem
cælo ipſi parem, Diuinæque Maieſtati finitimam ſuſpicimus & veneramur; hæc au-
tem maximè ſunt, Dignitas, Poteſtas & Munus, quæ illos à cæteris Catholicæ
Fidei ſectatoribus clariſſimà quàdam dixtinctione ſeiungunt.

Vt à dignitate ordiamur, ea hæc eſt, vt ipſius amplitudine primariam inter Ec-
cleſiæ Hierarchias ſedem ſortiantur, & Seraphicis ſpiritibus pares, cæteris omni-
bus proximiores, ſolio regnantis diuinitatis aſſideant, & prima teneant anabathra;
quàpropter iuxta mentem ſancti Iſidori *Antiſtites* appellantur. *Antiſtes Sacerdos
dictus eſt, quòd ante ſtat, primus eſt enim in ordine Eccleſia, ante ſe nullum habens*;
itaque reliqui omnes Eccleſiæ gradus ipſorum arbitrio, legibus & poteſtati ſubia-
cent ab antiquiſſimà Apoſtolorum ætate: quandoquidem vt optimè Stagyrites do- C
cuit: *In quolibet genere datur vnum, quod eſt metrum & menſura omnium illius gene-
ris*, vnus ex Eccleſiæ gradibus eſſet oportuit, qui cæteris maior vt exemplar doce-
ret, duceret vt via, componeret vt Idæa; hic autem Epiſcopus maximè eſt, quem idcir-
cò meritò vocaueris Eccleſiaſtici corporis animam, & primum Cæli Hierarchici
mobilem orbem, cuius vi gradus alij, minores veluti orbes rapiuntur & docentur
ad motum, ipſiſque concinnè accommodari poteſt illud *Ad motum primi mobilis ca-
teri mouentur orbes*.

D. Iſidor. li. 7. Ethim. c. 11.

1. Timoth. 3.

Ariſtot.

Epiſcopus ille eſt, qui celſiora terrarum faſtigia dedignatus, cæleſtibus ſe totus
immiſcet, *Qui Sacerdotem & Pontificem dixit* (Magnus ſic loquitur Areopagita) *an-
guſtiorem, prorſuſque Diuinum inſinuat virum* (Sacerdos *antonomaſticè* appellatur
Epiſcopus, iuxtà loquendi modum frequentiſſimè ſanctis Patribus vſitatum), quod
benè intelligatur oportet, vt plurima doctiſſimorum Patrum effata, quæ ſparſim
hoc opere continentur, facilius percipiantur.

D. Dyon. de Eccleſ. Hierarch. c. 1.

Si elementaris mundi compendium homo eſt, quod effuſa toto orbe miracula D
paruo ſinu complectitur, hoc idem potiori titulo de Epiſcopo, mundi ſpiritualis
molimen contemplatus affirma, cuius in munere cæterorum graduum & dignita-
tum fulgores, qui toto Hierarchico orbe ſparguntur, pleniori lucis fœnore clau-
duntur. Naturæ miraculum aſpicis in homine, Gratiæ miraculum ſuſpicis in Epi-
ſcopo, adeòque in eius vnica tantum ſpecie, totius Eccleſiæ imaginem eleganter
expreſſam, contemplare. *In Epiſcopo* (ſanctus audiatur Ambroſius) *omnes ordines
ſunt, quià primus Sacerdos eſt, hoc eſt, Princeps Sacerdotum, & Propheta & Euan-
geliſta, & catera adimplenda officia in miniſterio fidelium*.

S. Ambroſ. in epiſt. ad Epheſ. c. 4.

Hinc eſt, vt Epiſcopi ſpirantia veluti Diuinitatis ſimulacra totius Eccleſiæ vene-
randam præſeferant maieſtatem, ideòque ſancti Ephrem magiſterio Epiſcopale mu-
nus dignum ſtupore miraculum dicitur, dignitas inexplicabilis, plenumque vene-
ratione myſterium, cuius vi Cœlo ſe inſerit homo, & ſupernis mentibus ſe parem
facit.

S. Ephrem de Sacerd. tom. 1.

Quà-

Digitized by Google

A Quàpropter Iuſtiniani Cæſaris mentem aſſequemur, eiuſque laudes, quas de Pontificio munere intexuit, proſequemur, ſi dixerimus, inter collata Dei manu mortalibus bona, maximum & pretioſiſſimum omnium eſſe Sacerdotij munus: audiatur quod tantus vir Cæſar æque ac Legislator, Cæſareo planè ſenſu reliquit. *Maxima quidem ſunt dona Dei à ſuperna collata clementia Sacerdotium & Imperium, illud quidem Diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens & diligentiam exhibens, ex vno eodemque principio vtraque procedentiâ humanam vitam exornant.* Si dixerimus Hierarchicam dignitatem, non mortale quid ſapere, ſed Diuinam redolere virtutem, Nyſſeni Gregorij authoritate fulcietur: Templa Diuinitatem ſpirantia Antiſtites appellauit Nazianzenus Theologus, Regnantis Dei Thronos Stephanus Primus Pontifex Maximus, ſacras æterni Numinis imagines, quò minores Deo, eò maiores hominibus Innocentius Papa Tertius, Diuinitatis ſedes & Chriſti

Authent. quomod. oportet. Epiſcop. in princip. Nyſſen. de vitâ Moyſ. S. Gregor. Naz. orat. 3. Steph. PP. ep. 2. tom. 1. Concil. S. Leo ſerm. 2. de Aſſūt.

B corporis nobiliſſima membra Leo Pontifex eloquentiâ ſimul & ſanctitate Magnus; hic autem cum verba populo faceret, circumfuſam illuſtrium Epiſcoporum coronam aſpiciens *vbi* ait *vno lumine micant tot ſpecioſiſſima Dei tabernacula, membra excellentiſſima corporis Chriſti*, additque, ſe ad ipſorum aſpectum, cæleſtium ſpirituum cætibus videri præſentem. Quid plura? tenues in eiſdem commendandis videbimur, ſi Vrbium & populorum lumina, columnas Eccleſiæ, Dei Chriſtos ſuomet ſanguine initiatos, Dæmonum inferorumque expugnatores inuictos dixerimus, noſtrumque redarguet debitæ dignitatis expertem ſermonem Diuus Hyeronimus, qui dum ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum ſcriberet, ſeptemque Eccleſiæ gradus illi deſcriberet, vt ſupremum, id eſt, Epiſcopalem ſui pondere ſermonis attigit, in hæc erupit attonitus, *Septimus autem in his diſpoſitionibus Epiſcopalis ordo eſt, & qui primus & perfectus in cunctis eſt, qui omnipotentiâ Dei & in Chriſto donatur, ex quo proceſſus omnium gloriarum & plenitudo eſt*

D. Hyeró. ep. n. 3. to. 4.

C *virtutum, ex quo omnia, & in quo omnia: ipſe enim ordinat Sacerdotes, ipſe Leuitas, ipſe Subdiaconos, ipſe harundinem tenens metitur Hieruſalem, ipſe fabrica Dei præeſt, ipſe quæ vnuſquiſque facere debet oſtendit, ipſe damnat, ipſe recipit, ipſe ligat, ipſe ligatum ſoluit, ipſe claues Regni Cælorum habet, ipſe thronum Dei reſerat & claudit ſuprà ſe nihil habens.* Proh Deus! quot decora, quot lumina nomine in vno continentur? cætera omnia ornamenta, dignitatibus reliquis impertita, collecta quis neget in vna Epiſcopi dignitate.

§. I.

QVem verò latet, quod, in proximè allatis verbis ex Diuo Hyerónimo, titulus alter effulgeat, qui priore non minor, ſuprà cæli ſydera, gemmas, quibus Antiſtitum infulæ coronantur, attollit. Titulus ille poteſtas eſt, quam Sacerdotij miniſterium è Cæli ſolio deriuat in Epiſcopos; ad Eccleſiæ regimen, hoc eſt, ad excellentiſſimum gratiæ opus, vnà cum Crhiſti Vicario, vocantur in par-

D tem, Principes & Patres ſibi ſubditarum gentium renuntiantur, præmiorum, pœnarumque largitores euadunt, ſanctuarij leges pro arbitrio temperant, Diuiniſque operibus prima velut inſtrumenta deſudant, vt ſocias hominum gentes è terrenis ſordibus ad Sacerdotij culmen adducant, eòque dignitatis efferant, vt ſacrorum vi verborum, è Cælo in terras Numen immortale deuehant, & manibus ſuis omnia fabricantem attrectent: Tantum autem opus ardenter adeò ſemper concupiuit Deus, vt ferè tam diuturnæ moræ impatiens, in veteri Synagogâ nouam Eccleſiam adumbrans, in huius imaginibus, ſolatia veluti daret amori ſuo: ſic in toto Leuitici opere, Pontificis munera, veſtes, ornamenta, ab illis, quibus minores Sacerdotes vti debebant, tàm enucleatè dixtinxit, vt aliqua ex illis vtriſque concederet, alia verò Pontificiæ ſolùm dignitati tribueret: præcepit inſuper, vt vix Pontifex renuntiatus, ſacri religione chriſmatis inungeretur, quod ſignificans Regius Vates ait, *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron*, Leuitas enim minoreſque Sacerdotes Pontificali miniſterio donans, Diuino velut e fonte, ſacra faciendi poteſtatem, temploque inſeruiendi copiam in ipſos effundebat.

Pſalm. 132

Digitized by Google

Baron. an. 58.

Quoniam autem hoc præſtat in Eccleſiâ Epiſcopus, quod in Tabernaculo Aaron, A ritus ferè omnes & cerœmoniæ, quibus Aaron vtebatur, iam in Epiſcopos efflu-xerunt.

Psalm. 47. Theodor. ibi Rom. p.16.

Verùm, quemadmodum inter vmbras imaginum obſcura Synagoga delituit, & inter gratiæ lumina Eccleſia toto orbe prælucet, illam breui vitâ Deus donauit, hanc vitâ æternitatis ornauit, illam vni tantùm populo oſtendit, hanc cum Solis inuidiâ, gentibus vtroque orbe diffuſis aperuit, itâ Synagogæ vnum tantùm Antiſtitem dedit, cùm econtrà Eccleſiæ non Supremum dumtaxat Maximumque Pontificem, ſed tot alios Pontifices dederit, quot populi, quot vrbes cæli ſyrmate continentur, iunctâ Regij Pſaltis vaticinium *Deus in domibus eius cognoſcetur, hoc eſt in ciuitatibus* iuxtà mentem Theodoreti: quot enim ſunt vrbes, tot ſunt Domus Eccleſiæ, quæ licet ſitu diſtinguantur, fide cōaleſcunt in vnam; *Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti*, ad Romanos Paulus ſeribebat; omnibus enim in eaſdem leges, in eadem dogmata, in idem erga Petri Sedem obſequium, concurſu nexuque quodam admirabili, conſpirantibus, quis vnam neget Eccleſiam, ſi blaterantes excipias heterodoxos? Quis plures dixerit Soles, licet in radios innumeros effundatur? B quis plures dixerit arbores, è pluribus, in quos ſoboleſcunt, ramis? vnus denique dicitur fons, licet vbere venâ plures fluat diſpertitus in riuos.

Matth. 28.

Hinc eſt, vt ſi, annuente Romano Pontifice, ſimul Epiſcopi cogantur, in ampliſſimi ſpeciem Senatus, Concilia Occumenica condituri, licet idiomate, patriâ, legibus ſeiuncti, vno tamen eodemque ſpiritu Diuinitatis conſpirantes, dogmata ſtatuunt, hæreſes euellunt, ſchiſmata damnant, mores expurgant, Principes abdicant, populos Chriſtianos vno fædere adſtringunt, leges vniuerſo orbi componunt, quæ Apoſtolico ſenſu roboratæ, omni prorſus erroris diſcrimine vacant, ex immutabili Numinis datâ cautione, quâ huiuſmodi conuentibus, medium ſe futurum ſpopondit *Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſæculi*, quibus verbis non tantùm Apoſtoli iam breui morituri, ſed ipſorum ſucceſſores Epiſcopi, ex omnium Chriſti fidelium mente, fuère eruditi. Huius fædere pactioois, quam C bonitas Diuina ſancinit, tanto illuſtrantur lumine, cælitus è luminum Patre demiſſo, vt eo coactos, quo diximus modo, nefas ſit dicere, poſſe in aliquem errorem labi, vt Eugubinus Bozius pluribus agglomeratis, confirmat; quin immò ſanctâ licet illis audaciâ, eiuſdem formulæ vi, condita decreta roborare, quam olim in primo Concilio vſurparunt Apoſtoli *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis*.

Boz. de ſignis Eccl. tom. 1. l. 5. c. 7. Actor. 5. D. Hyer. ep. 13. to. 2.

Vlterius proximè commendatiua Hyeronimus pergit, additque, quod Epiſcopus *claues Cœlorum habet*. Cùm enim vnuſquiſque Epiſcoporum Petri perſonam prouinciamque præſeferat, vnicuique cæleſtibus vti clauibus licet, vt aperiant, ſeù claudant ſubiectis gentibus cælum, æternamque fortunam ab illarum vſu, vel poſſideant, vel deſperent. Quâpropter S. Leo ait, *Tranſiuit etiam in alios Apoſtolos vis poteſtatis illius, & ad omnes Eccleſiæ principes decreti huius conſtitutio commeauit: ſed non fruſtrà omnibus inſinuatur, quod omnibus commendatur.*

D. Leo ſer. 3. in ann. aſſumpt.

Tanti muneris excellentiam, quæ vnquam eloquentia dari poteſt, quæ pro dignitate commendet? tanta enim hæc eſt, vt, quæ Solem virtutum fulgoribus antecellit Virgo Parens immaculata, ipſâ caruerit, vt ad Epiſcopos Valentinum & D Burgenſem & ad Ciſtercienſem Abbatem ſcribens Innocentius Tertius egregiè adnotauit. *Quia* (ſic ipſe) *licet Beatiſſima Virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis, non tamen illi, ſed iſtis Dominus claues Regni Cœlorum commiſit.*

c. cùm ex eo 3. adhæc depœnit. & rem. 4 c. accedent 2. 9. 13. de excell. Præl.

Huius vi & exercitio poteſtatis effectum eſt, vt ſacri Antiſtites, præteritâ ſæculorum ætate, pro patratorum criminum abolitione, indeficientem Eccleſiæ theſaurum, ad largiendas perpetuas indulgentias aperirent; quod poſteà, eodem Innocentio Tertio imperante, ex nimiâ aliquorum prodigentiâ, ad parciorem vſum reuocauit Synodus Lateranenſis, cuius etiam ſalutari decreto ſancitum eſt, ne, ex Præſulibus alijs quilibet, Epiſcoporum poteſtatis æmulator largiri indulgentias auderet.

Agnoſcere etiam licet in Epiſcopis Leones, increati Salamonis ſolio aſſidentes, & columnas ineluctabili robore pondus Eccleſiæ fulcientes; quin imò, magnum quid paruo dicam; ni dentur Epiſcopi, non datur, aut dari valet Eccleſia: Diuum

Cy-

A Cyprianum interroges, quid ſit Eccleſia? habes in promptu, quid ipſe reſpondeat, S.Cypr.ep.
Eccleſiam ſcilicet eſſe gentem aliquam ſuo Antiſtiti tanquam Paſtori ſubiectam; 9.lib.4.
Eccleſia eſt plebs Sacerdoti adiuncta, & Paſtori ſuo grex adhærens. Vlterius à Diuo
Hyeronimo requiras, an vnquam ſine Epiſcopo dari poſſit Eccleſia? audi reſpon- D. Hyer.l.
dentem, *Eccleſia non eſt, quæ non habet Sacerdotes.* contra Lu-
cen.

Quam ſpeciem præſeferret orbis terrarum, ſi deſtituatur Eccleſia? inconditum
horridumque diceres nemus, feris humano vultu indutis confertum, ipſiſque Tar-
tareis monſtris inuiſum: non aliâ ratione cæli ſpeciem æmulatur hęc infima mundi
pars, quam Eccleſiâ; hęc numinis amantis ſcopus exiſtit, hęc Diuinæ beneficen-
tiæ theſaurus. Partem igitur Eccleſiæ potiſſimam in Epiſcopis eſſe quis neget? re-
moue de cælo Solem! omnia caligo, vmbrarumque fœditas occupabit! remoue
ex orbe terrarum Eccleſiam, omnia teterrima nox circumfundet: delebis Eccle-
ſiam, ſi Epiſcopos in Eccleſiâ deleueris. Atque hinc Epiſcopi celſiſſimam digni-
tatem agnoſce.

B E ſpiritualibus nuptijs, per annulum, ſacroſque alios ritus, Eccleſiam inter &
Epiſcopum initis, hoc idem clariùs innoteſcet: his enim vti à Diuo Ambroſio di-
uinitùs excepit ſancta Brigitta, tam arcto nexu ſuæ Eccleſiæ veluti ſponſæ, ſpon- S.Brig.l.3.
ſus Epiſcopus adſtringitur, vt è ſponſæ ſuæ amplexibus dimoueri debeat nunquam. reuel.c.7.
Quid magis diui Ioſephi nomen in ætates omnes, omneſque gentes exornat, quàm
ſibi deſponſaſſe Deiparam Virginem, ſuæque poteſtati à Deo commendatam prædi-
lectam ſibi parentem! ſponſi namque dignitatem, ſponſæ dignitate metimur: hoc
idem ſi de Epiſcopis dixeris, minimè aberrabis: his enim Eccleſiam ſuam, amore
ferè pari dilectam, quo iam Virginem Matrem amauerit, veluti ſponſis tradidit
amantiſſimus Deus! quantum verò maieſtatis in regnantis ſolio ſponſi, ſub exo-
phoro ſedens præfert Eccleſiâ ſponſa! aſſiduè cum ipſis familiariter degit, ipſorum-
que præfecturæ commiſſa, non habet de quo ſollicita pertimeſcat. His adeò exci-
tatus fuit Diuus Cyprianus, vt diceret: *Vnde per temporum, & ſucceſſionum vices* D.Cypr.l.
C *Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit, vt Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtitua-* 5.ep.6.
tur, & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem præpoſitos gubernetur.

Sicut autem vxoris caput vir eſt, ſic, ſancto Ambroſio docente, caput Eccleſiæ S. Ambroſ.
Epiſcopus eſt, ex quo, velut è fonte, in cætera membra, ſalutares ſpiritus euol- in c.12. p.
uuntur; capitis autem inſtar, adeò, Epiſcopus cum corpore, hoc eſt cum ſuâ ad Chor.
ſponſâ, arctè coniungitur, vt ex eiuſdem ſancti Cypriani ſententiâ. Epiſcopus in
Eccleſiâ ſit, & Epiſcopus viciſſim in Eccleſia. *Scire debeas*, ſic ipſe, *Epiſcopum in* S.Cypr.l.5.
Eccleſiâ eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo. ep.10.

Quà propter, quis adeò ineptiat, vt veram Eccleſiam appellet, quæ Epiſcopo ad
fidei Romanæ leges electo ſpolietur? Eccleſiæ potius infirmum, imò putreſcens eſſe
membrum affirmes: putreſcat enim neceſſe eſt, quicumque indomitâ peruicacia in-
fidelitatis ſuo Capiti non adhæret! *Et ſi qui* pergit idem Cyprianus *cum Epiſcopo non
ſint, eûm Eccleſia non eſſe.* ne igitur extrà Catholicæ Eccleſiæ fines verum Epiſco-
pum quæras; non enim vera Eccleſia eſt, quæ Epiſcopum, vel alium Præſulem,
D qui ſingulari titulo iura Epiſcopalia poſſideat, ſanctè fideliterque non habeat inſti-
tutum. Vitembergenſis Eccleſiæ Epiſcopi nomen induat impudentiſſimè Luthe-
rus, Gurielenſis Zuinglius, Baſileenſis OEcolampadius, Gebennenſis Caluinus:
abſit ab illorum fœditate tanti nominis ſanctitas! impoſtores vocentur non paſto-
res, populorum carnifices non parentes, ſeductores gentium non Doctores; pro ſuæ
merito libidinis adulteri Babylonis appellentur, non Eccleſiæ ſponſi, cuius candor ip-
ſorum ſordibus deſponſari non poteſt: eſt igitur Epiſcopus Eccleſiæ ſponſus, firmiſſi-
mum Hierarchici Templi columen, illud ipſe populis præſtat, quod oculus corpori,
gregi Paſtor, animę ratio, nauigio nauarchus, exercitui Ductor, Regno Rex, &
ferè dixerim, quod in orbe terrarum, Deus: Epiſcopus enim is eſt, qui Diuino
nomine ſibi traditâ poteſtate, tanquam Diuinitatis inſtrumentum, ſacri œconomiam
ordinis moderatur & temperat.

Vnde veritati ſimul; & eloquentiæ addictiſſimus Nazianzenus, ad illuſtrandam
Hyerarcharum dignitatem, calami pennis ad ſuprema peruolans dicere non dubi-
tauit. *Veritatis Antiſtes & propugnator, cum Angelorum claſſe atque ordine eſt, cum* D Gregor
Archan- Nazianz

Digitized by Google

Archangelis Deum celebrat, ad ſupernum altare ſacrificia tranſmittit, ſimulque cùm Chriſto fungitur Sacerdotio ſigmentum inſtaurat, imaginemque Creatoris ſiſtit, & ſupernum mundo opificem agit, (& vt quod maius eſt dicam) Deus eſt, aliosque Deos efficit. A

Vt vela denique contrahamus, ſcias Epiſcopos eſſe Præſides Religionis increati verique Numinis flammis, Diuinæ mentis interpretes, Gentis Chriſtianæ cuſtodes, Sacri Regiminis Moderatores, nec mirum alicui videatur, ſi Sanctus Ephrem ſuæ pietatis ſuffragio dignitatem Epiſcopalem compellet *ſtupendum miraculum, & incomparabilem poteſtatem.*

§. II.

IAm verò ad tertium caput progrediar, hoc eſt ad Epiſcopi munus explicandum, cuius lumine æquè ac aliorum, Hyerarcharum dignitas admodùm eniteſcit: Hoc autem paucis verbis eleganter ab Apoſtolo gentium Paulo deſcriptum B reperio, tunc quando ex Aſiæ regionibus abiens, Epiſcopis illis, ſuæ veluti monimentum voluntatis, reliquens ait, *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.*

Actor. 20. 28.

Ex vniuerſâ igitur plebe mortalium, Spiritus Sancti ductu ſacri eliguntur Antiſtites, vt populos regant, vt veteres mores afflictos & perditos excitent, vt ſibi ſubditas gentes legum diuinarum frœno coerceant, vt cœleſtibus paſcuis ſuum pecus enutriant, vt pro ſuis viribus populos vrbeſque antiquo naſcentis Eccleſiæ candori, & honeſtati reſtituant, verbo dicam, vt curas omnes, animique neruos intendant ad animarum ſalutem, quarum charitate ſe Chriſtus in cruentas Iudæorum manus immiſit, mortique ſalutari deuouit.

Proh Deus! ſi iuxta mentem Doctoris Angelici, ex obiecto & fine ſuam ſpeciem aſſumunt actus humani, quod nam aliud munus, Epiſcopale officium, dignitate & fulgore preſtabit?

D. Th. 1.2. q. 110. ar. 1.

Hanc Hierarchici muneris excellentiam & maieſtatem, ſatis & pro dignitate ſolùm comprehendet, qui animæ pretium humanæ iuſta cognitione complectitur C hoc autem aſſequi, Aquilis tantùm conceditur, quæ inconniuenti oculo, luce inacceſſâ fruuntur illius Solis, qui hominum amantiſſimus ſui cordis delicias in hominum amore ſortitur.

Si ex mente Ioannis Chriſoſtomi dixeris, animæ humanæ pretium, orbis vniuerſi pretium excellere, idem profectò erit, quod ſubobſcuro Philoſophiæ lumine Plato illuſtratus agnouit, docens, tantâ vbertate ſe animæ humanæ Diuinitatem communicare, vt rebus omnibus creatis maior, amplitudine & excellentia, minor tantùm ſit Deo. *Eſt anima ſecundùm Deos omnium, quæ penes homines ſunt, diuiniſſimum.* Simul omnes theſauri, regnorum ſceptra, orbis imperia congerantur; quin immò ex vnâ Sanctuarij lance, cum ſuis elementis vniuerſus orbis; cum ſuâ micantium ſyderum pompâ cœleſtes orbes, ipſa imperantis Dei venuſtiſſima regia componatur, ex alia verò vna tantùm animâ maneat: vnius huius animæ pretium & pondus D tantâ rerum omnium mole grauius extrà modum exiſtet, quandoquidem, vt ſapientiſſimè Chriſoſtomus, *Mundus eſt propter animam.* Quod ſi audaciæ locus daretur, dicere non vereres, quòd æquâ lance humanæ animæ dignitas, pretioſiſſimo Chriſti Seruatoris ſanguini opponatur, pondere pares erunt, & conformi grauitate conuenient; æterno enim Diuinæ ſapientiæ conſilio ſancitum fuit, vt vnius pretio, hoc eſt pretio ſanguinis, anima redimeretur humana; audiatur Euſebij Emiſſeni acutiſſimè diſſerentis argutiæ: *Tam pretioſo munere redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur.*

D. Chriſoſt. hom. 3. in 1. ad Chor. Plato de legibus.

Chriſoſt. in pſal. 48.

hom. 6. de Paſch.

Hiſce veluti fundamentis iactis, Operis imperfecti author, ſibi viam ad alia maiora molitur; ſi namque cæteris omnibus operibus, quæ Diuinæ manus architectantis imperio condita fuerunt, pretioſior, & excelſior humana anima eſt, quantùm hinc Epiſcopalis muneris excellentia grandeſcit, dùm non vni tantùm animæ, quod etiam tutelares ſpiritus habent, ſed copioſæ animarum multitudini præſit, illiſque beatitatis æternæ ſemitam aperire ex officio teneatur.

hom. 51. in Matth.

Magnam

Digitized by Google

A Magnam enimuerò excellentiam, & miniſterium admiratione digniſſimum, quo in rotandis ſupernis orbibus cæleſtes ſpiritus detinentur, quis inficietur! quantum enim illud eſt, vt ex ipſorum motu vniuerſi quies libretur, vniuerſi fœlicitas fabricetur! maius tamen illud eſt, quod in Epiſcoporum labore ſuſcipimus; nec enim inanimes orbes, ſed ipſæmet animæ, quarum obſequio cæleſtes orbes condidit Deus, ipſorum motu atque arte reguntur.

Et quoniam ex obiecto fine ſuam inducunt ſpeciem actiones humanæ, quàm excelſum ſupràque hominum vires erit hoc Antiſtitum munus, cui finis idem obijcitur, quem ſibi Maieſtas Diuina propoſuit, vt depoſità ſuà Maeſtate, noſtram infirmitatem aſſumeret!

Si præſtantiſſimam humanæ animæ venuſtatem contemplatus Regius Vates, ipſimet Deo paulò minorem illam æſtimauit, vbi enim in noſtra vulgatà habetur, pſal.8.6.
B *minuiſti eum paulò minus ab Angelis*, Diuus Hyeronimus vertit, *paulò minus à Deo* vox enim *Eloim*, quæ in Hebreo codice habetur, Angelum ſonat atque ac Deum, profectò quid de Epiſcopi munere cenſendum eſt, cui leges animabus imponere licet, ipſarumque mores arbitrio flectere ſuo? quàm eleganter conſequentia vaticinantis Principis verba Epiſcopis aptari videntur, *Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum*. ibid 7. Clariſſimus eſt fulgor, admirandumq; lumen eſt, quo Epiſcoporum ſmaragdi, tyaras, ſyrmata, ſubſelliaq; perfundunt; quandoquidem præfecturam animarum illis imponit, quarum ſaluti vt proſpiceret amantiſſimus Deus, humanæ conditionem mortalitatis induit, illoſque conſortes facit Diuinæ charitatis, vt illas ad æternam felicitatem adducant.

Quamobrem de ſe ipſo loquens Apoſtolus de Sancto Petro, & de Apollo Epiſcopo. . . . . . alijſque Hyerarchis, ad Chorintios ſcribens illud non dubitauit aſſerere, *Dei enim ſumus adiutores*. 1. Chor. 3. 9. Quid autem de homine poſſit illuſtrius & diuinius
C excogitari, quam ſuis laboribus eſſe laborantis Numinis adiutorem! Quale autem opus eſt illud, cuius in partem nos aduocat Deus, vt ſocios ſui? an vt perficiantur elementa, an vt ſyderum erroribus certi quidam ſtatuantur fines & leges? Nequaquam! excelſiora, è noſtrorum ſudorum ſemine colligit & exigit Deus: ſcilicet, vt gratiæ ſanctimonià impios viros gratos & acceptos Deo reddamus, vt euigilantes animarum candori, illas cœlo donemus: *& maius opus eſt ex impio iuſtum facere, quam creare cælum & terram* vt docuit Auguſtinus: tract. 72. in Ioan. huic clariſſimè conſonat Magiſter Angelicus, cùm impij iuſtificatio ſit maximum è cunctis operibus, quæ manus Diuina è ſuæ fœcunditatis ſinu parturiat. *Iuſtificatio impij eſt maius opus Dei*, D.Th p.2. q.113.art.9. quod tamen intelligas velim ex ipſius mente, *non ratione modi agendi, ſed rationi termini*: firmiſſima tamen eſt ratio, cui eius doctrina incumbit; terras enim cælumque Dei nihilo educere, quod propriè vocatur *creare*, breui tenuique limite definitur *terminatur ad bonum natura mutabilis*, cum ècontra impij iuſtificatio *terminatur ad bonum diuinæ participationis*.

Cum toto Stagyræ clamore reſonet Ariſtoteles; quid inde? humana imbecillitatis pennà munitus, ad hæc tam excelſa non valuit aſſurgere, cùm diceret, *bonum* 2. Eth. c. 2.
D *vniuerſi maius eſt, quam bonum vnius particularis*: ſi etenim ſegregata materiâ, ad rerum quæ naturam excedunt, faſtigia conſcendamus, cum eodem Thoma reſpondebimus, *bonum gratia vnius hominis maius eſt, quam bonum natura totius vniuerſi*, D. Th. vbi ſup. quæ verba vbi offendit eximius Angelici Doctoris diſcipulus & propugnator Caietanus, Caiet. ibid. ſingulari admiratione correptus, nos adhortatur, vt tam præcellentem grauemque doctrinam, ſemper animo reuoluamus, ne iniquitatis vllius arguamur ſententiâ, quà damnabuntur illi, qui tam illuſtre bonum, cæli amore hominibus collatum, nihili faciunt, & veluti tenue quiddam deſpicantur.

Hinc Hugo, purpurâ ſimul & doctrinà clariſſimus, verba proximè ex Apoſtolo Hug Card in 1. Chor cap 3. recitata explicans, Deum ſingulos animarum paſtores alloquentem adducit in hunc ferè modum, *Ego feci cælum & terram, verumtamen meliorem, & nobiliorem creationem do tibi, fac bonam animam, quæ eſt in peccato; ego feci vt terra producat fructus ſuos, &c.* Quis ergo noſtrum (vos alloquor Epiſcopos, quos vt Patres, vt Dominos habeo) noſtri muneris amplitudinem & culmen æquà mente comprehendat, cum mentis humanæ cogitationem præ ſuà excellentia tranſcendat?

Qui ergo præcelſum hoc tanti miniſterij culmen attigit, Dei aduocantis impulſu non habet in terris, quid maius & ſublimius aſſequi poſſit; Angelicis imò ſedi- A
bus ſuam adnumerare ſedem videtur; maius etiam dicam, proximum Diuinitati
de cæleſt. Hierarch. cap. 3. ſe facit: *Ingens hæc*, ſic Areopagij Magiſter Dyoniſius, *Angelica, imò Diuina eſt dignitas*.

Epiſcopos Apoſtolorum eſſe ſucceſſores.
Caput II.

Epiphan. ann. hær. 10. MAximâ ſemper eum obſeruantiâ ſacrum hoc Apoſtolorum nomen ab Hebræis fuit exceptum; quoniam, vt annuere ſanctus Epiphanius videtur, ſupremi ſui Pontificis Miniſtri hoc nomine vtebantur, quos veluti Senatores, rerum ad Diuinas leges maximè ſpectantium ad conſilium adhibebat, & eorum operâ vte- B
bantur, ad Sacerdotum Leuitarumque mores temperandos, ad Templi cultum amplificandum, ad rectos prauoſque mores deſignandos, ad reorum contumaciam cenſurarum ſupplicijs perfringendam, eòque pœnarum vim porrigebant, vt eos Sacerdotij dignitate ſpoliarent, & eum ignominiâ ex albo Leuitarum delerent.

Quàpropter meritò oportuit, vt ab æterno ſupremoque Hierarcha, Chriſto ſcilicet Domino, eligerentur, electique vocarentur Apoſtoli illi, quos maximè diligebat, eoſque Eccleſiæ naſcenti deſignaret, vt Præceptores & Parentes, vt capita, Præſules & Chriſtianæ Reipublicæ moderatores, quorum operâ, Fides, Sacerdotium, incruentum Sacrificium populis omnibus innoteſceret, ſancirentur dogmata, componerentur mores, & præſtantiſſima Sacramentorum myſteria frequenti miniſterio firmarentur. Verùm quia diuturna illorum ætas eſſe non poterat, breuique effluit vitæ curſus humanæ, ſapientiſſimâ certè lege proſpexit, vt in miniſterio Sacerdotalibus inſignibus, & ſacrâ poteſtate ſuccederent illis Epiſcopi, ne C
Eccleſia, quam veluti ſponſam peramanter diligit, tot tantorumque Patrum amore deſtituta, ſuâ viduitate mœreret, ideòque ſuoſmet filios, Diuino propè conſilio, ad Sacerdotales ſedes, quas occupauerant Patres, admouit, eoſque ſuos veluti Parentes, Principes & Apoſtolos habuit iuxtà Regij Pſaltis antiquiſſimum vaticinium, qui hoc idem ſpiritu prænoſcens, de tantâ prolis dignitate gratulatus Ec-
Pſalm. 44. 17. cleſiæ ait, *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filÿ, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*. O profectò ſublime, iucundumque viſu ſpectaculum! filios aſpicere in ſuæ genitricis genitores commutatos, ſeruos in Dominæ Dominos, totius vniuerſi Principes renuntiatos viros humillimos, & nunquam interituro recurſu, recenti ſemper ætate vegetos efflorеſcere, nouâ ſemper ſobole pullulare Duces illuſtres, & Fidei Chriſtianæ Signiferos, vt ſuos hoſtes vel ex orbe, vel ex inferis ad eius vaſtitatem prodeuntes, valido ſemper metu, terroreque concutiant! Quàm egregiè hæc omnia Diui Auguſtini calamo deſignantur, cùm proximè allata Daui-
D August. in Pſalm 44. 7. dis verba ſui luminis ingenij coloraret! *Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filÿ na-* D
ti ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi: hodiè enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt? ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum; Ideòque ad Eccleſiam pulchrâ oratione ſermonem conuertens, ipſiuſque fœlicitati plaudens, proſequitur, *Non ergo te putes deſertam, quia non vides Petrum, non vides Paulum, non vides illos, per quos nata es; de prole tua tibi creuit paternitas*. Inſtitututum denique ſermonem fine ingenioſo complectens ait, *Hæc eſt Catholica Eccleſia, filÿ eius conſtituti ſunt ſuper omnem terram*: Vlterius Calixti Pontificis authoritas porrigit ſe, nec enim filiam dumtaxat & parentem Epiſcopi,
cap. ſicut 19 q. 91. Eccleſiam eſſe affirmat, verum etiam ſponſam & vxorem, quam idcircò nullus abſque eius aſſenſu, vt alteri indulgeat, valet ab eius amore amplexuque diſtrahere: quàpropter illud ſanctè in ſuâ quadam ex decretalibus ſtatuit Innocentius Ter-
c de transl. Epiſc. S. Cypr. l. 4 ep. 9. tius, quod ſicut humani leges connubij ſibi ſolummodò dirimendas addixit Deus, ſic potiori titulo ſibi, ſuoque tantùm Vicario facultatem repoſuit, quâ, coniugium, quod Epiſcopum inter & Eccleſiam ſanctiſſimè intercedit dirimi valeat abſ-

que

Digitized by Google

A que vllo fœditatis errore. Proh ſanctiſſimas nuptias, libet hic exclamare, caſ-
ſimumque coniugium, cuius vi non veritus fuit ſanctus Cyprianus aſſerere, *Epi-* S. Cypr.
ſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo! peracutè ad hanc rem Prophetica ep.9.
illa verba Iſichius affert, quæ habentur in Iſaia: *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet* Iſa.1.9.
nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & Gomorrha ſimiles eſſemus. Veh terrarum
vniuerſitati, niſi in Epiſcopis Apoſtolorum ſemen vigeret, eorumque authoritas,
exemplum, doctrina, labor inexhauſtus & paterna vigilantia ſuperſtes adhuc eſſet!
quis etenim fœcunda ſemper enaſcentium velut ex Hydra hæreſum capita reſcin-
deret, vitiorum tantâ fœcunditate pullulantium corrupta germina diuelleret, quis
ad Eccleſiæ Catholicæ Fidem diſſeminandam incumberet, & Chriſtianæ Religio-
nis amplitudinem, quæ cum Apoſtolorum interitu paulatim interijſſet, nouâ lumi-
nis acceſſione decoraret? *Si non relictum eſſet nomen Apoſtolorum*, verba Iſichij ha- Iſich l. 7. in
bes, *nihil prohiberet in modum Gomorrhæ & Sodomæ; ex eo enim ſemine ſpica pulcher-* Leuit. ſu-
rima & ſpecioſiſſima, hoc est Epiſcopi, qui ſua ſapientia, doctrina, cura, ac ſumma per illa ver
B *vigilantia, aſſiduis ſtudijs ac laboribus, totum orbem & Eccleſiam illuſtrant, orta* ba, quia do
ſunt. Apoſtolorum igitur ſucceſſores, Epiſcopos eſſe quis neget? cum præſertim mus Vrbiū
Sanctorum & Pontificum oraculis hoc clariſſimè roboretur: *Apud nos* audi loquen- Leuitarum
tem Hyeronimum, *Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent.* Hoc idem in ſuis decreta- D. Hyer.
libus ſanctus Anacletus, & Vrbanus Secundus aſſeruêre ex Apoſtolicis Conſtitutio- ep. 14.
nibus id addiſcentes; validiùs hoc idem Synodus Tridentina ſanciuit, elegantiſſi- C in nouo
mis verbis, quæ Spiritu Sancto dictante prolata, æternùm in nobis viuant, opor- 2.21.
tet. *Sacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos, qui* c ſicut. 39.
in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc Hyerarchicum ordinem præcipuè pertinere, 7.9
& poſitos, ſicut Apoſtolus ait, à Spiritu Sancto regere Eccleſiam Dei. Quod hùc vſ- c. fin. 68.
que dictum eſt, adeò contrà omnem dubitationis aleam eſt, vt idem omninò ſo- dixt. idem
nent Epiſcopus & Apoſtolus, eandem vim ſignificationis ſortiantur, & veluti ſy- Anacl ep 3
nomina in ſacris paginis frequentiſſimè vſurpentur, adeò vt Regius idem Vates, to. 1. Côc.
C cum Iudæ Iſcariothis nefariam proditionem præſignaret, (in quem velut in teter- D Clem l.
rimi facinoris reum totidem diras imprecatus eſt, quot futuri erant denarij, qui- 7.côſt Ap.
bus Præceptorem ſanctiſſimum Iudæorum manibus erat vænalem facturus) Epiſco- c.47.
patus nomine illius Apoſtolatum deſcripſit, *Et Epiſcopatum eius accipiat alter*; quo Côc. Trid.
planè ſenſu Princeps Apoſtolorum verba illa explicauit, tunc quando centum vi- ſeſſ. 23. c. 4.
ginti diſcipulis ad ſacri formam Concilij ſimul coactis, vt miſerrimo illi Sycophan- de ſacram.
tæ ſucceſſorem deſignarent, eos in hunc modum alloquutus eſt: *Viri Fratres, oportet* ord.
impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda, &c. Scri- Pſalm. 108. 8.
ptum eſt enim in libro Pſalmorum, fiat habitatio eorum deſerta, & non ſit qui inha-
bitet in ea, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Adeò vt Sanctus Matthias, cùm Iu- Act. 1. 16
dæ Apoſtoli ſedem & munus impleuit, Epiſcopus fuerit renunciatus. Sic ex aduerſo
ad Philippenſes, Gentium Magiſter ſcribens, Apoſtoli nomine Epiſcopum ipſum
compellat, *Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, ve-* ad Philipp. 2. 25
ſtrum autem Apoſtolum. Non quià ad ſanctæ Fidei lumen illas gentes adduxerit,
hoc namque abundè præſtiterat idem Paulus;; ſed quià, vt arbitratur Theodore- Theod. ib.
tus, Epaphroditus ibi Antiſtitis munere fungeretur, quin etiam ad Corinthios
D idem Paulus ſcribens, Apoſtoli nomen Epiſcopis impertiuit, *Siue pro Tito, qui* 2. ad Cor. 8. 23.
eſt Socius meus, & in vos adiutor, ſiue fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum gloria
Chriſti: quamobrem non eſt cur admireris, ſi ſæpiſſimè in Epiſtolis Purij *Apoſto-*
ſtolicus Pater vocetur Epiſcopus.

Vt Adæ animam Conditor æternus infereret, & luti ſordes in mundi decus in-
uerteret, halitus vi vſus eſt, quo pro noſtrâ intelligendi menſurâ *inſpirauit in fa-*
ciem eius ſpiraculum vitæ: haud minor Aeterni Verbi halitus fuit, quo Spiritus
Sanctus cæleſtium chariſmatum largitor vberrimus Apoſtolos informauit, homi-
neſque effecit: *Inſufflauit & dixit accipite Spiritum Sanctum*: ex ipſis poſteà Epiſcopi
tantum hoſpitem ſuſcepêre, & in pectoris ſacrario, tanti Numinis theſaurum con-
diderunt.

Digitized by Google

§ I. A

EX his quæ certâ conſtantique fide præmiſimus, quatuor conſequuntur, quorum quodlibet, Hierarchico muneri mirùm quantum ſplendoris inſpergit: Primum autem eſt, maximam debere eſſe obſeruantiam, quâ nomen Antiſtitum proſequi debemus, exempla virorum ſapientiſſimorum imitantes, qui Apoſtolicam dignitatem, maieſtatemque Diuinâ manu illorum frontibus inſitam agnoſcentes, ſummâ veneratione, & obſequio Epiſcopos coluêre, adeò vt Diuus Hyeronimus Vaticanæ Purpuræ decus, nullique ſecundus Eccleſiæ magiſter, teſtatus apertè fuerit, in tantâ ſcribendi loquendiue copiâ, ne quidem voculam ſibi exciſuram, quâ vel leuiſſima nota Epiſcopi alicuius nomini inureretur: *Abſit vt ex his quiddam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, &c.* ſed vberiori venâ de hoc nobis aliàs agendum.

D. Hyer. ep. 1. ad Heliod.

Alterum eſt, Epiſcoporum inſtitutionem ſucceſſionemque, non humanum, ſed Diuinum opus extitiſſe: compertum mihi ſatis eſt, Aerium Presbyterum, eò quòd Epiſcopi dignitatem quam ardentiſſimè deperibat, meritorum ſuffragijs deſtitutus haud poſſet attingere, furore & impudentiâ præcipitem, in hæreſum ſcopulos impegiſſe; quin imò de ſcelere in ſcelus turpiſſimè proruens, nouarum opinionum architectus, Hyerarchicum ordinem impiè conuellens non dubitauit aſſerere, Epiſcopos inter & Sacerdotes nullum prorſus ſubire diſcrimen, ac ſi *De iure Diuino* idem omninò ſint, eâdemque prorſus authoritate decorati: nec illud etiam me latet, quod licet hanc tam cerriti & impudorati hominis væſaniam, ſancti Epiphanius & Auguſtinus alijque Doctores doctè ſolidèque retuderint, & ex ſancti Ioannis Chriſoſtomi lectione didici, hæreticorum morem eſſe, vt Sanctiſſimi & Pontificis nomen Epiſcopis denegantes, communi Sacerdotum nomine illos compellent, nihilominus Ioannes Vvicleffius, Caluinus, alijque huiuſmodi farinæ blaterones, immanis audaciæ rei, ordinem Hyerarchicum ſine ordine fabricantes, confuſionis & perturbationis amantiſſimi, errorem hunc è puluere, quo ſqualleba, excitarunt, vt recentis huius Dagonis truncum ſuâ impietate, veluti ſtylibatâ erigerent, erectumque firmarent; illud pariter mihi ſatis conſtat, ineptiſſimam hanc inſanientium capitonum ſententiam, anathemate percuſſam à ſacrâ Synodo Tridentinâ, validèque ab eminentiſſimo Bellarmino, Antonio Paganio alijſque egregiè ſubactam, perfrictamque: horum enim operâ ſtudioque clariſſimè oſtenditur, ex Epiſcoporum paucitate, primâ Eccleſiæ naſcentis ætate, ipſorum nomen, cum Sacerdotum nominibus abſque vllo delectu fuiſſe permixtum, ideòque in partem Epiſcopalium munerum Presbyteri pariter vocabantur, ſacra celebrabant, confitentibus peccata aurem diligenter admouebant, animarum ſaluti oculiſſimâ induſtriâ conſulebant, quæ omnia non ad authoritatem, ſed ad vſum ſpectantia, nunc etiam temporis Presbyterorum operâ conficiuntur, quamuis Epiſcoporum numerus ampliori pompâ ſe efferat; nunquam autem vel authoritas vel dignitas vllam cum Presbyterorum dignitate commixtionem paſſa eſt, ſed certo ſemper gradu ſeiuncta, ſtabilique ſemper titulo diſtincta: Presbyteris etenim nunquam conceſſum, vt potiſſima Epiſcopi munia pertractent, nec illa ſine Epiſcoporum facultate exercuerunt, qui cùm Apoſtolis, ideſt primis à ſupremo Pontifice Chriſto creatis Epiſcopis quodam certo iure ſuccedant, nullus poteſt eſſe dubitationi locus, quod ex eodem fonte perenni ſemper venâ ſcaturiant: teſtantur hoc Apoſtolicæ Conſtitutiones, quæ ſancti Clementis operâ concinnatæ, omnem de hac veritate fidem nobis adſtruunt, *Vos Epiſcopi, quos auctore Chriſto conſtituimus:* quin imò ex ipſo ſancto Clemente pleniſſimè habetur, in epiſtolâ quam ſancto Iacobo inſcripſit, Senatus Apoſtolici Principem Petrum, hanc illi veritatem enunciaſſe, ſcilicet Epiſcopos Apoſtolorum, alios verò Lithurgos aliorum Diſcipulorum ſedes excepiſſe. *Epiſcopos ergo*, ipſiſſima ſunt tanti Pontificis verba, *vicem Apoſtolorum gerere Dominum docuiſſe dicebat, & reliquorum Diſcipulorum vicem tenere debere Presbyteros inſinuabat.* quis igitur nefariâ temeritate ductus Diuinum neget, humanum affirmet hoc opus?

B C D

D. Epiph. hær. 75. D. Aug. de hæreſ. c. 53. D. Chriſ. in Pſalm. 13 C. ſtuan. l. 4. in 1. c. 4. 5. 2

Cōc. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. & 7. Bellar. to. 2. l. 1. de Cleric. c. 4. Pagan. de ord. & iuriſd. Epiſc. ſect. 4.

D. Clem. in Apoſt. Conſt. l. 8. c. 3.

D. Clē. Ep. 1. ad Iacob. fratrē Dñi.

Quis

A Quis verò riſum teneat ex eo, quod Caluinus enunciat, verba illa Apoſtoli perpendens: *Et ipſe dedit quidem in Eccleſia quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores & alios Doctores?* 1. Chor. 12. 28. licet enim ſuis, quibus adeò ludit cauillationibus, Apoſtolos, eorumque munus ſimul cum Propheris & Euangeliſtis falsò aſſerat defeciſſe, fateri tamen vltrò tenetur vnà cum Beza, adhuc Paſtores, hoc eſt Epiſcopos eſſe ſuperſtites: quâ in re illod incogitanter ineptèque concedunt, inſtitutionem ſcilicet & propagationem Epiſcoporum Deo ſoli primario velut auctori tribuendam, quoniam *ipſe Chriſtus dedit eos*, &c. ex quâ re quis adeò cæcutiat, vt non agnoſcat, Catholicæ veritatis lucifugas offendicula vbique incurrere, caſuque miſerrimo in turpiſſima errata corruere? Tantùm autem à veritate alienum eſt, vt Apoſtolorum Prophetarumque munera in Eccleſiâ Romana defuerint & propè exaruerint, vt maximus orbis Chriſtiani magiſter Ambroſius eadem Apoſtoli verba reuoluens, affirmauerit, in Epiſcopo non tantùm Apoſtoli munus haberi, ſed omnes ſimul ordines confluere, ità vt non Apoſtolus tantùm, ſed Propheta & Euangeliſta dici poſſit Epiſcopus. *Apoſtoli Epiſcopi ſunt*, ſic Ambroſius qui paulò inferiùs ſubdit, *Nam in Epiſcopo omnes ordines ſunt, quia primus Sacerdos eſt, hoc eſt, Princeps eſt Sacerdotum, & Propheta & Euangeliſta, & cætera adimplenda officia Eccleſiæ in miniſteria fidelium.* B Quamobrem ſi Eccleſiæ neceſſitas adfuerit, non deerit Epiſcopis vaticinantis animi æſtus, quo mentem futuris immiſcens, illa pronunciet, vt in Caipha mirum in modum eluxit, qui ſceleſtiſſimi vir nominis, adhuc *Cùm eſſet Pontifex anni illius prophetauit.* Ioan. 11. 51

Quàm concinnè ad hanc rem Venerabilis Beda perpendit, ſeptuaginta duo malogranata, totidemque tintinnabula, quibus ex Diuino mandato Sacerdotalia Aaronis veſtimenta ad laciniam ornabantur, ſeptuaginta duos diſcipulos adumbraſſe, qoos præter duodecim Apoſtolos, tanquam Apoſtolici miniſterij conſortes Chriſtus Seruator erat electurus; ſicut autem in illis duobus Epiſcopalis dignitas elucebat, quæ futuris poſteà temporibus tanto ſe porrigere debebat maieſtatis incremento, ſic Sacerdotes, alijque Lithurgi minores ſeptuaginta illis ſucceſſerunt. Bed. c. 28. in Exod. C *Sicut enim*, audi docentem Bedam, *duodenarius Apoſtolorum numerus Epiſcopalis dignitatis gradum inchoauit, ſic Diſcipuli ſeptuaginta duo, quià & ipſi ad prædicandum miſſi ſunt, gradum minoris Sacerdotij, qui Presbyteratus dicitur, ſignificant*: quod idem Neocæſarienſis Synodus ſuo ſuffragio roborauit. conc. Neoceſ. can. 1.

Tertium quod conſequitur illud eſt, Epiſcopi munus illud idem omninò eſſe, quod in Apoſtolis fuit, nec enim *ex natura rei* (vt dicitur) in ſucceſſoribus vllo modo minuitur anteceſſorum poteſtas: quàpropter, ex Guglielmi Pariſienſis doctrinâ, Gugl. Pariſ. l. 1. de Sacer. c. 13. quinque potiſſimùm in rebus Epiſcopi munus excellit, nempè vt Deum inter & homines ſit mediator, vt ſacroſanctâ hoſtiâ Deo litet, vt ſanctiſſima ſacerdotia (quod potiſſimum Epiſcopi eſt) alijs conferat & demandet, vt concione aduocatâ populi animos ad cæleſtis ſapientiæ mores excitet, quæ omnia in primâ claui, quæ dùm Epiſcopi inaugurantur, illis ab inaugurante traditur, ſignificantur, iuxtà illa verba: *Ite prædicate populis*; vt denique animarum libertatem vel ſoluat vel liget, quod alterius clauis oſtenſione conceditur. Ex quibus omnibus, illud eruit tanquam inconcuſſum Catholicæ veritatis effatum, Epiſcopum idem eſſe ac Apoſtolum. Egregia tanti Authoris verba excipe: *Et quià in ſolis Epiſcopis plenitudo poteſtatis, & iſtorum officiorum perfectio eſt, manifeſtum eſt Epiſcopatum* D *plenum & perfectum eſſe Sacerdotium: idem etiam eſt Apoſtolicum officium ſiue Apoſtolatus: quidquid enim Apoſtolis commiſſum fuit, totum commiſſum eſt & Epiſcopis.* Hoc idem ſancti Petri Damiani magiſterio confirmatur, tanquam clariſſimæ veritatis aſſertum: *Epiſcopi Duodecim Apoſtolorum noſcuntur obtinere primatum.* D Pet. Damian. l. 2. ep. 1. Nec aliter amplitudinem, maieſtatem, dignitatemque Epiſcoporum decebat, docente Irenæo, Irenæ l. 3. c. 3. *Ab Apoſtolis conſtitutos eſſe in Eccleſia Epiſcopos, quos & ſucceſſores relinquebant, ſuum ipſorum locum & magiſterium tradentes.* Regnis item per omnes Hiſpanias effuſis, apertis hiſce verbis contexta lex eſt, vbi de Epiſcopis ſermo habetur. *Sin duda ellos ſon pueſtos por guardar la Fè Catholica; porque tienen lugar de los Apoſtoles, y han quel miſmo poder, que nueſtro Señor Ieſu Chriſto dio à los Apoſtolos.*

vide Bellarm. l. 4. de Sū. Pontif. c. 24. & ſeq. Datâ autem operâ ſuperiùs mihi dictum fuit, *Qui in conſueta authoritate ſuccedunt*; quamquam enim Apoſtolis, tanquam ipſorum & Eccleſiæ Princeps Petrus A
præeſſet, adhuc tamen aliâ maiori, & vt vocant, extraordinariâ auctoritate fuère, Christo inſtituente, muniti, cuius vi tanquam ſui Legati populos
omnes ſacris concionibus erudiunt, & Eccleſiarum fundamenta iaciunt per totum
orbem terrarum, quod abundè ſignificauit Sanctiſſimus Euangelij concinnator
Marc. 16. 15. Marcus illis verbis: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ*: quod tamen priuilegium ſpeciali titulo illis impertitum nullo modo ad
ſucceſſores Epiſcopos effluxit: neque hac in re vel leuiſſimè audiendus Marcus
Antonius de Dominis nequiſſimus olim Spalatri Antiſtes, & væcors poſtea Catholicæ Fidei transfuga; omnia enim Catholicorum ſuffragia amenti eius menti aduer-
1. Pet. 5. 2. Actor. 20. 28. ſantur, & clariſſimè verba illa ex ſancto Petro deprompta teſtantur: *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Christi*, & illa rurſus alia ex ſancto Paulo: *Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus Sanctus*. Ex quibus apertè innoteſcit,
ſuam vnicuique Eccleſiam Diuino erudiendam ſermone committi, ſuoque ducen- B
dam exemplo concedi! Quàm aptè totum hoc Ciuili, Canonicoque iuri conſonat!
Rot. in antiqu. deciſ. de decim. & in antiq. 10. deciſ. 876. & in Viren. pręcrien. 17. Aprilis 594 coram Gipſio. vtrumque enim ex iſtis docet, quod ſubſtitutio nullo pacto perſonalia priuilegia
comprehendit, vt frequentiſſimè ſacræ Romanæ Rotæ Senatus ineluctabili ſuffragio
definiuit. Quamobrem ſanctus Cyprianus, ſui calami vim in Nouatianum acuens,
vnicam eſſe Eccleſiam ſapientiſſime docuit, ſimulque in varia membra ſeiunctam
vnicum Epiſcopatum, & multiplici Epiſcoporum prole fœcundum; *Cùm ſit à Christo vna Eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa, item Epiſcopatus vnus Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus*.
D. Cypr. ad Nouat. lib. 1 ep. 2. c. ex auctor. c. abſit 11. q. 3. obſeruat gloſ. in c. videntes. 12. 16. q. 1. Quod ergo Apoſtolorum vita in paupertate religioſâ, & communi rerum
omnium vſu, repræſentetur, etiam ad Monachos ſpectat, vt ſacris inſcriptus
Canonibus Diuus Gregorius docet: aliqua etiam ex Sacramentis promiſcuè omnibus imperriri, omnium etiam Sacerdotum, ex eiuſdem Gregorij ſententia, munus
& miniſterium eſt; ſed Apoſtolica dignitas, quæ potiſſimùm in poteſtate ſacros C
conferendi ordines eluceſcit, ad ſolos referri tantùm debet Epiſcopos, qui Apoſtolorum ſucceſſores Summo Maximoque Hyerarchæ, tanquam capiti membra,
debitâ connexione obſeruantiâque iungantur.

Illud extremò reliquum eſt vt aduertam, quod cæleſti quadam iucunditate
animos Epiſcoporum perfundet, & leuiores dulcioreſque Antiſtitum exantlatos
labores efficiet; hoc autem maximè in eo verſatur, quod, quæ Apoſtolis, vt
eorum maieſtati munerique conſuleret, Christus Seruator ſuæ vi poteſtatis abundè
promiſit, in Epiſcopis eorundem ſucceſſoribus non abſimili fœlicitate perrennent,
adeòque de his æquè ac de illis, pari planè animo ſe excepturum profitetur vel obſeruantiam, vel contemptum, quo eorum omnium doctrinam, dogmata, mores,
Luc. 10. 16. ſubiectæ gentes exceperint. *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit*.

Const. Ap. l. 8. c. 3. Hinc etiam ſanctus Clemens in Apoſtolicis Conſtitutionibus, & in quadam ex
ſuis decretalibus ſanctus Anacletus, Vrbanus Primus & Secundus collegêre exi- D
mij vim amoris paternæque ſollicitudinis faſtigium, quâ Epiſcoporum indemnitati & ſaluti ſe inuigilaturum noſtræ ſalutis Author aſſerit, ac ſi in Epiſcopis delicias
ſuas, amoremque ſuum inter omnia creata poſſideat: econtrà verò ſupplicijs ingentibus afflicturum minatur eos, qui væcordi temeritate præcipites ipſorum ſanctitatem ſcelere aliquo, vel obſcurare vel extinguere niterentur, cùm menſurâ eâdem lex illa ſuperiùs allata, Apoſtolos ſimul Epiſcopoſque reſpiciat: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei* (vt innumeris propè conſtat exemplis, quibus opportunè aliàs vtemur): ex illis autem verbis, *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad con-*
Matth. 28. 20. Const. Ap. l. 7. c. 47. *ſummationem ſæculi*, vt ſanctus Clemens interpretatur, clariſſimè innoteſcit paterni
amoris ardor, ſanctique culmen patrocinij, quo Epiſcopos ſuos veluti amicos, fidoſque ſuæ voluntatis interpretes, veluti quodam inconcuſſo munimento vallabit:
eadem quoque verba quis non videat, Diuinam beneuolentiam Epiſcopis apertè
patefacere, cùm breui perituris, immortalique gloriæ lumine fruituris, non breue ſed immortale patrocinium pollicetur? adeò vt mundo ſolùm deficiente deficiet, illiſque ſolùm finibus claudetur, quos vniuerſi morientis vita patietur.

Non-

A Nonnulli afferuntur tituli, quibus Epiſcoporum dignitas decoratur. Cap. III.

NVlla eſt è tot dignitatibus, quibus vniuerſus orbis quodam veluti coronamento ornatur, quæ cum Apoſtolico munere contendere de principatu prudenter poſſit. Vnâ hâc *Apoſtoli* voce, quidquid Latina Græcaque facundia, multiplici panegyri commendaret, quodam veluti commendationum compendio continetur: quem enim Apoſtolum dixeris, laudatiſſimum habes; hoc vno titulo, tantum tribuitur commendationum & laudum, quantum ferre poteſt humana caducitas: quâpropter inutilis & ferè ſuperflua quæcunque alia laus futura videbitur, cùm iam, è ſuperiùs dictis, ſacros Hyerarchas, Apoſtolorum ſucceſſores eſſe clariſſimè agnoſcatur. Aliquam tamen inurere notam Antiſtitum dignitati viderer, ſi, quæ cælum ſimul & tellus titulorum lumina ad ipſorum ornamentum contulêre, ſi-
B lentio præterirem; piâ enim inter ſe contentione quodammodo certauerunt, vt præſtantiſſimis titulorum fulgoribus, Epiſcoporum verticem redimirent.

Atque vt minores primùm titulos efferamus; ille *Illuſtriſſimi*, quo tantùm priores ætates iactabundæ turgebant, vt vix à nobiliſſimis ædibus excipi dignaretur, familiare adeò conſortium cùm Epiſcopis iniuit, vt non lumen ipſis afferre, ſed ab ipſis adducere videretur; itaque Prætorij Præfectis dignitate & titulo pares erant Epiſcopi, vt plurimarum ſuffragio legum, non pauci Doctores affirmant.

Procedat vlterius Oratio: tam excellens Hierarcharum dignitas Chriſtianæ Reipublicæ oculis viſa fuit, vt totius Eccleſiæ Maximus Præſes Gregorius, ſanctitate & nomine Magnus, ſimul cum Octauo Concilio Toletano, illos *Eminentiſſimos* appellauerit; quæ laus eò magis excellit, quò tunc temporis ipſimet Pontifices *Eminentiſſimi* titulo gaudebant, vt apertum videtur ex Clementis Tertij Decretali: noſtris autem hiſce temporibus, ex Vrbani Octaui mandato, Sanctæ Romanæ Eccle-
C ſiæ Cardinales, hoc eſt Purpurati Eccleſiæ Senatores, ſummique Hyerarchæ Conſiliarij, titulo *Eminentiſſimi* decorantur.

Quod autem Regius pariter & Cæſareus *Sereniſſimi* titulus Epiſcopis etiam impertiretur, ex Clementi Quinti Clementina, non obſcurè habetur, vt communi placito Canoniſtæ conueniunt: ibi enim cùm de Paupertate, quâ tunc temporis miſerè laborabant Epiſcopi, Summus ille Pontifex quereretur, paterno ductus amore ait, inter indigentiæ ſordes ſquallentes Epiſcopi, *Serenitatem Pontificalis obumbrant dignitatis*; quâ eâdem dicendi formâ Henricus poſteà Germaniæ Rex, in Synodo Francofurtenſi appellauit Epiſcopos, dùm enim piam ſuam Epiſcopis aperiret voluntatem, magnâ ſupplex obſeruantiâ, ad eos conuerſus hæc pronunciauit, *Ob hoc veſtrimet Sereniſſimam interpello pietatem*.

E cæteris autem, quibus potiſſimùm Antiſtitum nomen fuit honeſtatum, vt maxima, quæ ipſis debetur obſeruantia, ſubiectis gentibus innoteſceret, primariam veluti ſedem occupauit titulus *Reuerendiſſimi*, qui prætеritâ ſæculorum ætate eò erat illuſtrior, quò verior: nec enim, vt noſtrâ hac tempeſtate, vtpotè nimis frequens vileſcebat, ſed ipſimet ſupremi totius Catholicæ fidei Moderatores, Pe-
D tri Succeſſores, Chriſtique Regnantis Vicarij, tanquam clariori cæteris titulo vtebantur; effectum inde eſt, vt Iuſtinianus, Martianus, Anaſtaſius, Honorius, Theodoſius, Cæſareo ſceptro, Imperialique dignitate venerandi ſimul & formidandi, hoc titulo Epiſcopos ſalutauerint, pariterque ab omnibus ſalutandos ſtatuta lege præceperint, quorum forte veſtigia ſequutus Diuus Gregorius plurimis in Epiſtolis, quas ad nonnullos ſcripſit Epiſcopos, *Reuerendiſſimi* nomine eos honeſtauit. Optimè hinc conijci poteſt, quàm indecorè, noſtrorum temporum vitia, moreſque corrupti clariſſimum tanti nominis lumen nimiâ prodigentia ferè proſtituerint, & quàm iniuſtè hic idem titulus Epiſcopis denegetur à nonnullis longè minoribus, cùm tanti viri, Cæſares nimirum & Pontifices, tàm prona benignitate, Epiſcopos illo donauerint.

Haud quiſquam eſt adeò leuiter in antiquitate inueſtigandâ verſatus, qui neſciat,

Anti-

Digitized by Google

Antiſtites olim ipſomet nomine *Papæ* fuiſſe decoratos; quod luce clariùs conſtat A
ex Epiſtolà, quam ad Cartaginenſem Clerum, Romanorum Clerus inſcripſit; argui hoc ipſum facilè poteſt ex alijs, quas Sanctiſſimi Viri Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus ſcripſere, & ex illa potiſſimùm, quam ad eundem Auguſtinum Bonifacius Comes tranſmiſit, in eà namque *Venerabilis Papa* nominatur; rurſus ex alijs Epiſtolis hoc idem habes, quas Melchiades Pontifex ad Hiſpaniarum Antiſtites, S. Ambroſius ad Comenſem, Zoſimus Pontifex ad Næſichium Salonitanum, Gelaſius ad Epiſcopos Lucaniæ ſcripſerunt: quin etiam Concilium Aurelianenſe, Agathenſe, Sextumque Toletanum, *Summos Pontifices*, *Maximosque* dixerunt, & tam magnifici nominis acceſſione, Epiſcoporum nomen amplificarunt.

Hoc autem in communi hominum more poſitum fuiſſe apud omnes, purpurà ſimul & doctrinà clariſſimus Cardinalis Baronius aduertit, licet ſubſecutis poſteà temporibus, magnifica hæc titulorum ornamenta in vnum duntaxat ſupremum totius Eccleſię Paſtorem, vnanimi ferè ſenſu deuoluerentur, illo tantùm *Pontificis*
in Epiſcopis ſuperſtite, quare, Diaboli mentem imitante hæretico, ait Græcæ fa- B
cundiæ Magiſter Chriſoſtomus, vbi de Epiſcopis ſermo inſtituitur, Pontificis nomen, inuidioſa impudentià denegatur.

Nec defuere qui *Eccleſiæ Principes* Epiſcopos appellauerint, vt Auguſtinus & Hieronymus: hic autem adhanc rem illuſtre mirandumque vaticinium ex Iſaia depromptum affert, iuxtà ſeptuaginta Interpretum idioma *Dabo Principes ſuos in pace, & Epiſcopos ſuos in iuſtitia*: hic ſummà admiratione defixus immoratur tantus Eccleſiæ Magiſter, nec ſe temperare valuit, quin impete admirationis impulſus in hæc erumperet: *Admiranda in hoc Scripturæ ſacræ Maieſtas; quæ Principes futuros Eccleſiæ Epiſcopos nominauit, ac dicitur Epiſcoporum viſitatio ſit in pace, & vocabulum dignitatis in iuſtitia*. Hac de cauſa quotieſcunque ad Principum fauorem aliquæ leges emanant, illarum in partem Epiſcopi, velut Eccleſiæ Principes, & tantæ conſortes dignitatis aduocantur: nec aliud ſonat *Eccleſiæ Ducis* nomen, quo Zoſimus Pontifex illos deſignauit, vt inter ſacros Canones Gratiano mandante concinnatos C
videre facilè eſt.

Vniuerſi etiam *Senatores*, authore Diuo Bernardo, vocantur, quod quanti æſtimandum ſit, commodè cuicunque patebit, qui Senatorum amplitudinem Maieſtatemque à prima Romanæ Vrbis ætate recolligens inueniet, à Pyrrhi Epyrotarum Regis Legatis, Romanos Senatores tot Reges fuiſſe vocatos.

Nec abſimile illud eſt, quo ſacri Vatis præconio celebrantur; *Optimates enim & Capita populorum dicuntur*: Ex eo Optimates dicuntur, quòd, vt ſuo opportunè loco ſcribetur, non boni tantùm ſed Optimi ſunt æſtimandi; ſimiliter quia, docente Areopagita Dyoniſio, cum ea boni conditio ſit, vt in alios ſponte diffundatur, Epiſcopi, quibus hoc maximè conuenit, quia optimi ſunt, hoc habent, vt in gentium ſuo amori commiſſarum ſalute quærendâ, curam omnem, omnemque vigilantiam, vberrimo velut è fonte diffundant: Capita item populorum dicuntur, quoniam, vt ad totius corporis integritatem & decus omnia ſenſuum inſtrumenta colliguntur & ligantur in capite, ſic Epiſcopi eſt, ſubditorum calamitates, & detrimenta, paterni magiſterio amoris ſua conficere, vt vel illa remouere ſtudeant, vel ſaltem pietate commoti, ſeù conſilio, ſeù commiſeratione ſolatium illis & auxilium ad to- D
tam malorum molem perferendam præbeant, cùm probè probatèque, è Diuinè palæſtrà charitatis, docuerit S. Chriſologus, *Verus amor paſſionibus comprobatur.*

diſt. 20.q.1. art.4

Præſulis autem nomen licet frequentiſſimum, non eſt inter tot alia recenſita facilè contemnendum: hoc enim ex Angelici Doctoris mente, Epiſcopis adeò conuenit, vt ab ipſis tantùm indui debeat, cuius ea ratio ad hoc probandum eſt, *quia ipſi ſunt Rectores integri populi, & quaſi Reges in paruo Regno, atque ità præſunt hominibus omnium ordinum, ætatum, ſexuum, conditionum*, nec propriè addit Abbatibus hoc vſurpandum: *hi etenim ſunt ſolummodò veluti Patres vnius familiæ & domus, & præſunt ſolis Monachis*.

Ep 22. Apol 20. l.4. ep. 38.

Inſuper *Eccleſiæ Columnas* Sanctus Athanaſius, *Animarum Sponſos & Paranymphos* Sanctus Nazianzenus, lucidiſſima Cœli ſydera Sanctus Gregorius Pontifex vocauere Hyerarchas.

Excelſa

Digitized by Google

A

§. I.

EXcelſa hæc, & præclariſſima titulorum eſſe præconia, quis adeò cœcutiat, vt
neget! adhuc tamen alia nobis eorundem lumina & ornamenta conſideranda
obijciuntur, quibus Illuſtriſſimis veluti gemmis, Antiſtitum Thyatæ præfulgent,&
ferè ad noſtræ humanitatis inuidiam, eorum vmbracula ſubſelliaque ſcintillant.
Sunt igitur Epiſcopi pretioſæ Militantis Eccleſiæ ſtylobatæ, eiuſdemque pulcherri-
ma fundamenta, quæ Diuino & Angulari lapidi firmiſſimè innixa, tanquam veri
Apoſtolorum ſucceſſores, arduam hanc Diuinamque molem fulciunt & ſuſtentant.
de his porrò, ſi Euſebio Cęſarienſi danda fides eſt, Cæleſte illud Oraculum fuiſſe l. 10. hiſtor. Eccleſ.
videtur,cum Eccleſiam Deus alloquens ait *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos* Iſai. 54. 11.
& fundabo te in Saphiris cum reliquis inde ſequentibus, *& ponam iaſpidem propugna.*
cula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos ſuos lapides deſiderabiles.
totum enim quantum eſt Eccleſiæ pondus, ipſorum menti,tergoque connititur. Quis
hic decantatum inaniſſimi nedicam an immaniſſimi Neronis Palatium oſtendet, de
quo mirandum illud Plinius poſteritati reliquit, margaritis ſcilicet & gemmis ana-
B glyptis Pauimenta habuiſſe conſtrata? quam ineptam emollitamque in Principe
tanto laſciuiem deridens Martialis ait

Calcatuſque tuo ſub pede lucet Onix.

Quid hæc ad noſtra? Cæleſtem Hyeroſolimam, noſtra hæc Eccleſia æmulata (ſi-
mili namque opere fabrefactam illam, inter miranda Apocalypſeos arcana,oculiſ- Apoc. 21. 18.
ſimus Ioannes aſpexit) præſtantiſſimis & diuinis quodammodo gemmis, illuſtrata
in pauimentis eſt, non ex eo tantùm, quod radijs dignitatum eluceat, ſed quia
virtutum ſanctiſſimarum irradiata fulgoribus, populorum oculos menteſque, ſacrà
quadam admiratione perſtringit. Gemmas haſce longè illis pulchriores,quas Ru-
bri Gangeticique maris opulentia pariat, lapides illi pretioſi adumbrabant, quos
Aaron Euangelici Antiſtitis Icon præferebat in pectore,vnde exortum,vt ſapientiſ-
C ſimus Nazianzi Antiſtes *Lapides Sanctuarij* vocaret Epiſcopos. Inter hos, autho- In paſſ p. p. cap. 7.
re Iſaia, fulgentiſſimus præſtat Zaphirus, qui cæruleo colore cęlum repræſentans,
egregiè oſtendit Myſtagogos virtutum luminibus radiantes, non aſpecta imò deſpe-
ctà tellure,cæleſtibus duntaxat hærere, & vnà cùm Apoſtolo tantùm in cælo verſari
adeò vt veriùs illud, quod de Socrate Ariſtophanes, vſurpare ſibi de ſe poſſint

Scando aerem, ſolumque deſpicio.

Quod autem in admirationem ipſam admirationem trahit, illud equidem eſt,
quod huiuſmodi fundamenta non ima ſede depreſſa, & ſepulchrorum inſtar obruta
iaceant in profundo,ſed montium inſtar ſe habeant,qui cælum vertice aſſequuntur,
hoc eſt meritorum excellentià & culmine dignitatis: ex quo Regius Vates *Funda-* Pſal. 38.
menta eius in montibus ſanctis.

Quod ſi molem hanc adeò ponderoſam Vniuerſi, ſuper abyſſos firmiſſima veluti
fulcimenta, architectantis Altiſſimi manus impoſuit, & firmauit, vt oſtenderet
quàm labiles & euanidæ ſint, quibus adeò tellus tumeſcit, magnitudines & deli-
tiæ, iure optimo factum eſt, vt ſolidiſſimis hiſce fundamentis, ſuæ opus Eccleſiæ
Deus adſtrueret,vt eius ineluctabilem æternùmque perennaturam firmitatem re-
D præſentaret.

Quia verò in tanti ſtructurà operis nullus labor interceſſit humanus, ſed Diui-
num ſolummodò deſudauit ingenium, hinc factum arbitror, vt ſicut lapis Angula-
ris ex Auguſtini ſententià, tùm in ſupremà, tùm in infima operis parte reperitur, In pſal. 86.
ſic pariter datur Epiſcopis,vt eodem ſimul tempore ſint eiuſdem Eccleſię *pauimenta*
ſimul *& Columna*, quibus ad ſæculorum,Tyrannorumque victoriam conſtantiſſima
perſeueret.

In quadam ex Decretalibus tali eos nomine deſignat Sanctus Anacletus Ponti- Anacl. ad Epiſc. Ital. ep. 2. relat.
tifex ad Epiſcopos Italiæ ſcribens, cuius veſtigijs adhæſit ad eoſdem ſcribens Pela- in c. accuſ. 15. 2. 0. 7.
gius itidem Pontifex. Horum menti ſententiæque ſubſcripſit Clemens Quintus in Pelag. rel.
Viennenſi Concilio: hic etenim in eà, quam Clementinam appellant, illuſtre illud, in c. Caro-
ad Antiſtitum decus promulgauit elogium *Epiſcopi dicuntur Sanctiſſimi Chriſti le-* nic. 6. 79. 5 Clem. 1 de
gati Pœnit.

Digitized by Google

gati exiſtunt, ſpirituales ſunt Patres, noſtrique fratres & Coepiſcopi, Columnæ compro-
bantur Eccleſiæ. Columnæ meritò iſti vocantur, quas irrito vanoque conamine hæ- A
Iudic. 16. 30. reticorum viribus Samſon Tartareus tentat excutere, vt non tam trepidare, quam
ruere tam excelſum videant opus: manet enim, æternùmque manebit Chriſti in
Math. 16. 18. terris Imperium, iuxtà illud *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Quàm
Exod. 36. autem bene in columnis Tabernaculi, exprimuntur Epiſcopi! lignum enim imitan-
tes, incorrupti videntur, auroque charitatis ornari: Columnis alter perſimiles il-
4. Reg. 5. 13. los diceret, quæ Hieroſolymitani Templi foribus inſeruiebant; inuicta enim forti-
tudine animi confirmati, impiorum audaciam retundere non verentur, effrænesque
potentium eſtus extinguere.

3. Reg. 10. 18. Magna hæc & maxima ſunt tam concordi ſuffragio Epiſcopis impertita præco-
nia! ac ſi tamen exigua, illotumque dignitati non paria viderentur, maiori tubâ
Concilium Toletanum Secundum, Romanumque item Secundum, Regnante San-
cto Syluestro coactum, Hyerarcharum laudes extulerunt, cum *Dei Thronos* Anti-
ſtites appellarunt; in illis enim, vt noſtræ intelligendi imbecillitati conſulatur, B
gaudens feſtiuumque videtur ſupremum Numen aſſidere, æternisque flammis exæ-
ſtuans beata diffundere incendia charitatis, quibus ſimul orbis ignescat & illu-
ſtretur.

Solium Salomonis inſpectans admirabundus orbis hærebat; in eo namque ope-
ris præſtantia materiem ſuperabat, cum totum ex ebeno conſtaret, quod ſuperin-
ductis auri laminis coruſcabat; terrena tamen hæc ornamenta iure quidem meritò
terrenum Regem decebant. Cœleſtem Regem, cui pro regalibus ſedibus Epiſcopi
ſubſeruiunt, cæleſtia poſcunt, ideòque cæleſtium ſoliditate gemmarum ſubſellia
ſua componit: nec abſimili ſpecie ſedentem ſemel ipſum aſpexit oculatisſimus Va-
Daniel. 7. tes, *Thronus eius flamma ignis, Rota eius ignis accenſus*, vbi vt egregiè Sanctus
Gregorius docet, Epiſcopi graphicè deſcribuntur, quia ſaluti animarum vigilan-
tisſimè incubantes, ſibi ſemper præſens Numen anteferunt, diuinæque charitatis
ardore ferueſcunt, *Hi enim* ſic Gregorius loquitur *qui animarum cuſtodes ſunt, &*
hom. 5. in Ezech. *paſcendi gregis onera ſuſcipiunt, mutare loca minimè permittuntur*, quia in Eccleſiis
l. hor p. 8. ſibi addictis reſidere tenentur, *ſed quia in vno loco poſiti, Diuinitatis in ſe præſen-*
Apoc. 2. *tiam portant, & ardent, thronus Dei dicitur flamma ignis:* quà eadem in re illud Eu- C
ſebius refert ex ore Conſtantini Cæſaris ſuâ non tam virtute quam pietate celeber-
rimi, ſe ſcilicet Epiſcopos piè ſanctèque colere, non velut homines, ſed tanquam
eos, qui Deo pleni, Deum geſtant in pectore, tantique capaces hoſpitis, beatita-
tem Numinis ipſo ſpiritu fundunt.

Nec deſunt, qui Dei *Legatos, & Oratores* Hyerarchas appellant, vti fecere San-
ctus Anacletus, Euariſtus, Pelagius, & Clemens Quintus ſupremi Eccleſiæ Hiero-
phantæ, quibus illud ex hoc colligitur, ſumma nempè veneratione & obſequio
colendos eſſe, quòd Diuinam quodammodo perſonam repræſentant; ſed de hoc
infrà vberiùs agetur.

Quin etiam *ſingulares Dei Vicarij* vocantur, qui vices eius obeunt, & moderan-
tur imperium, hinc aditus nobis, Diuo Ambroſio ducente, reſerabitur, vt illuſtria
Diui Pauli verba ad Chorintios ſcribentis facilè percipiamus: hic etenim, vt ho-
mines non operto capite templo adſint, mandat Apoſtolus, vt Dei imaginem, ad D
quam fero procreatis, abſque velamine oſtendant; at ex aduersò de mulieribus lo-
quens, præcipit, vt velo caput obumbrent; ex hoc tamen quod ille deducit, non
videtur ſatis aptè congruèque dictis ſuperiùs conuenire; *ideo debet mulier poteſta-*
tem, (ideſt velum) habere ſupra caput propter Angelos. Quem latet Epiſcopos eſſe
Angelos, iuxtà oraculum quod inter arcana & ænigmata Apochalypſeos habemus?
Cur autem mulier aſſidens templo, Epiſcoporum causâ velato capite debeat immo-
rari, magnum nobis negotium faceſſeret, niſi implicitas difficultatum ambages
explicaret Magnus dicendi Magiſter Ambroſius: huius ea mens eſt, quod cùm ex
muliere, maligno velut ex fonte crimen in hominem effluxiſſet, neque illa imagi-
nem Dei poſſideat, ideò ad Epiſcoporum aſpectum, obducto in Eccleſiis capite in-
cedere debet, & ſilentio linguam reſoluere; cum enim Epiſcopus, Dei vices per-
ſonamque repræſentet, ad eius præſentiam tanquam ad Iudicis tribunal, vt pri-
mæui

Digitized by Google

A mævi ſceleris rea, velamine & ſilentio ſubmiſſa & humilis, cunctis appareat, ne-
ceſſe eſt. Audi loquentem Ambroſium, hoc eſt melleo ore fundentem ambroſiam.
Mulier ergo id circò debet velare caput, quia non eſt imago Dei, ſed vt oſtendatur ſu- Ambr. in epiſt. 1. ad. Chor. c. 11
biecta, & quia præuaricatio per illam inchoata eſt, hoc ſignum debet habere, vt in Ec-
cleſia propter reuerentiam Epiſcopalem non habeat caput liberum, ſed velamine tutum,
nec habent poteſtatem loquendi, quia Epiſcopus habet perſonam Chriſti; quaſi ergo an-
te Iudicem, ſic ante Epiſcopum, quia Vicarius Domini eſt, & propter reatus originem
ſubiecta debet videri.

Non longo proximus interuallo procedit titulus alter, quo Sanctus Ignatius Mar-
tyr Epiſcopos honeſtauit: *viua enim Dei ſimulacra* Antiſtites dixit: ij enim ſunt, Ignat. Epiſ. ad Smyrn. & Cecin.
qui Dei charitatem imitati, patres ſunt populorum, Dei ſedem obtinent, eiuſque
exercent authoritatis imperium, ſupremumque Sacerdotium vt Chriſti ſimulacra
moderantur, & quidem *Supremos Sacerdotes* appellant tùm Sancti Anacletus, Fabia- c. Deus. 6. 3 q. 1.
nus & Zoſimus Pontifices, vnà cùm Sancto Ambroſio, tùm etiam Concilia Aure- c. accuſat 2. q. 1.
B lianenſe, Agathenſe, Toletanum, vt è cæteris videre eſt apud Baronium.

Ipſemet Cæleſtis ſponſus in cantico illo melleo, vbi amores & nuptias cùm Ec- Conc. Aurel. c. 3.
cleſia ſuâ ſponſâ decantat, Epiſcopos tanquam ſpecioſos & purpureos ſuæ ſponſæ Cōc. Agat. c. 6.
Capillos cum magnâ exultatione commendat, *Coma capitis tui, ſicut Purpura Regis* Conc. Tol. c. 6.
vincta canalibus: Quàm bellè autem vtrique ſibi concordant! ipſi enim ſunt, qui
comarum inſtar in ſupremo Eccleſiæ faſtigio aſſurgunt, vbi, ſi Caput Sanctiſſimum Barô. 397. n. 4.
Pontificis, ſacrique Purpuratorum Patrum Senatus exceperis, primas ipſi ſedes Cantic. 7. 5.
ſortiuntur: in illis æquè ac in Samſonis capillis robur Eccleſiæ vegetâ ſemper virtute
adoleſcit: quod ſi muliebris ornatus è coma potiſſimùm habetur, cui exploratum Iudic. 6.
non eſt, pretioſiſſimum præ cæteris omnibus Eccleſiæ ornamentum in Epiſcopis 1. Chor. 11. 15.
& Lithurgis haberi? ſed ne in recenſendis innumeris, qui ſuperſunt, titulis ad
tantæ dignitatis ſplendorem faſtidioſus videar, vnum illud ei præſens elogium
ſufficiat adſcribere, quo veluti aliorum compendio vſus ſanctus Proſper, Epiſco- de vit. contempl. l. 2 c. 2.
porum nomen & munus pro ſua eloquentia illuſtrauit. *Qui per Dei gratiam ſunt*
C *Diuinæ voluntatis Iudices, Eccleſiarum Chriſti poſt Apoſtolos fundatores, fidelis po-*
puli duces, veritatis aſſertores, prauæ doctrinæ hoſtes, omnibus bonis amabiles, &
malè ſibi conſcijs etiam ipſo viſu terribiles, vindices oppreſſorum, Patres in Fide Ca-
tholica regeneratorum, prædicatores Cæleſtium, primæ phalanges inuiſibilium prælio-
rum, exempla bonorum operum, documenta virtutum & forma fidelium: ipſi ſunt
Eccleſiæ decus, in quibus ampliùs fulget Eccleſia, ipſi columnæ firmiſſimæ, quibus in
Chriſto fundatis innititur omnis multitudo credentium, ipſi ianua ciuitatis externæ,
per quos omnes qui credunt in Chriſtum, ingrediuntur ad Chriſtum, ipſi ianitores,
quibus claues datæ ſunt Regni Cælorum, ipſi etiam diſpenſatores Regiæ domus, quorum
arbitrio in aula Regis æterni diuiduntur gradus & officia ſingulorum.

§. II.

D TAnta hæc tam illuſtrium titulorum pompa, quibus noſtræ ſalutis Aſſertor An-
tiſtitum dignitatem ad ſummum honoris faſtigium euexit, efficere non potuit,
quin maiora illis ornamenta conferre meditaretur: eò igitur vſque honoris efferre
illos voluit, vt ſuaſmet excellentias, ſibique tantùm debita commendationum co-
ronamenta, Epiſcopis etiam ex parte tribueret, ſuique vellet quodammodo conſor-
tes honoris. Quandoquidem ſi Chriſtus Seruator *Stella* vocatur, ad huius luminis con- num. 24. 17
ſortium Myſtagogos vocat, atque vt fulgore muneris errorum noctem illuſtrent, do-
ctrinæque radijs tenebras depellant inſcitiæ, ſtellarum in imagine, ſeptem Aſiæ Apoc. p. 16
Epiſcopos dilecto Diſcipulo repræſentat, *Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem*.
Sic ſancti Doctores Ambroſius & Thomas docent, vnà cum Riccardo, Alberto
Magno, Lyrano, Gloſſa alijſque.

Et ſanè ad commendandas cæleſtes illas nullâque materiâ concretas mentes,
quæ ſæculorum Regi decantatis laudibus perpetuo famulantur obſequio, nullus
alius vſurpari potuit nobilior atque illuſtrior titulus, quàm ſi Stella Dei diceren-

tur; hoc enim ſenſu verba Dei apud Iob ſacrorum librorum Magiſtri interpretantur, *Cùm me laudarent aſtra matutina & viſitarent omnes filij Dei.* Aſtra enimuerò matutina Angeli fuêre; ex omnibus enim rebus creatis primi ipſi fuerunt, qui Creantis imperium Triados, promptâ facilique aure ſentirent. Eodem igitur titulo, quo Angelorum dignitas ſalutatur, Antiſtitum etiam nomen honeſtatur, A

Ioan. 8. 12. Si lucis ſibi nomen vindicat Seruator Deus, *Ego ſum lux mundi*, lucis etiam nomine Apoſtoli, eorumque ſucceſſores donantur Epiſcopi, vt Abulenſis explicat.
Matth. 5. 14. *Vos eſtis lux mundi*: ſi Magiſter ipſe vocari gaudet, *Vnus eſt magiſter veſter*; quis neſciat orbis *Magiſtros* inſtitui Apoſtolos, *Docete omnes gentes*! Si fidelium
Himn. Eccleſ. ſaluti peruigilans Cuſtos Eccleſiæ Chriſtus dicitur, *Speculator adſiat deſuper*, nonne idem de Hyerarchis referri ſuperiùs vidimus? Eccleſiam amat Chriſtus vt ſponſam,
Matth. 25. *Ecce Sponſus venit, exite obuiam ei*, ad eiuſdem amorem Epiſcopos veluti ſponſos
Ioã. 10. 11. abſque vlla zelotypia illi coniungit; Fidem ipſe enutrit vt paſtor *Ego ſum paſtor bonus*; quidni etiam vt *Fidei paſtores* eligat & deſcribat Epiſcopos, iuxtà illud *Paſce*
Ioã. 21. 12. *oues meas*! hoc certè titulo eos appellarunt Carthaginenſis, Turonenſis, Rhe- B
Carth. 4. can. 2. menſis & Tridentina Synodus. Quid pluribus immoror? ſi Pontifex dici voluit
Turon. c. 2. *Habentes ergo Pontificem maximum qui penetrauit cælum Ieſum Filium Dei*: rurſus ſi,
Rhem. c. 1. vt habemus ex Diuo Petro, Primus ipſe fuit omnium Epiſcopus, *Conuerſi eſtis*
Paul. ad Hebr. 4. 14. *nunc ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum*: *Pontifices ſimul & Epiſcopos*
1. Petr. 2. nos vnâ dignitate ſignauit: haud tamen hîc eius beneuolentia ſtetit: Chriſti nomen,
1. Par. 16. 22. quod ſibi pretio tanto coëmit, & noſtrum facit, *Nolite tangere Chriſtos meos*: Perge vlteriùs, Deus, (quid excelſius?) ipſe vocatur, & eſt: nos pariter ad Diui-
Exod. 22. num verticem attollens, vocari voluit Deos, *Dijs non detrahes, & applica illum*
D. Greg. l. 4. ep. 31. *ad Deos*. Hæc etenim verba de Epiſcopis intelligenda docet ſanctus Gregorius
ſeù c. 21. in epiſtola ad Mauritium Cæſarem tranſmiſſa, vbi illud etiam addit, quod cùm
vel in c Sacerdot 41. in quadam Synodo plures, aduerſùs Epiſcopos, ſupplices libelli Conſtantino
11. q. 1. Magno Cæſari Maximo traderentur, Cæſar, aduocatis coram Epiſcopis, libellos illos in flammas pius iniecit, voces illas ingeminans æternâ cedro digniſſimas, C
D. Bernardin ſerm. 2. Sanctique Spiritus ore compoſitas, *Vos Dij eſtis à vero Deo conſtituti, ite, & inter*
Dõ. 2. Quadrag. *vos cauſas veſtras diſcutite, quiâ dignum non eſt, vt iudicemus Deos*; quæ eadem verba perpendit ac refert in quadam ex ſuis concionibus, inclytus Diuini Verbi Præco Bernardinus Senenſis: quibus excitatus Hadrianus Quartus Pontifex, ſtylum in Federicum Cæſarem acuens, illa inter alia tanto Authore digniſſima verba
Baron. an. D. 1159. protulit: *Quid de fide dicam, quam iuratus Diuo Petro & nobis ſpopondiſti? quam conſtantiam in eius propoſito tenes? dum tributum & iuſiurandum ab illis exigis, qui Dei ſunt, & Dei filij* (hic Epiſcopos intellige), *ſuíſque ſacras illorum manus aſſocias?*

Tantis iam adeòque egregijs titulis ſimul in vnum collectis, quis adeò obſurdeſcat, vt Hyerarcharum illuſtriſſimum nomen non audiat, tot veluti linguis, tot oratoribus commendatum? nec tamen alia, & fortè maiora deſunt inferiùs explicanda tanti nominis ornamenta: præterquam quòd minora videntur hæc eſſe præ illis, quæ morum pietas, viuendique ſanctitas illis adminiſtrat; hæc enimuerò ſunt D illa, quibus eorum nomen clariſſimum emicat, & ſuper humana ſe tollit faſtigia maieſtatis. Ad hanc veritatem exhibendam ſupremus Synagogæ Sacerdos, in
Exod. 28. quo rudis Antiſtitum Idæa deſignabatur, in extrema veſtis lacinia malogranata plurima gerebat, quæ cùm ſpeciem coronæ præſeferant, poteſtatem adumbrant, in area verò frontis auri mundiſſimi laminam, quam hæc verba inſcripta ornabant, *Sanctum Domino*: hâc enim figurâ docebantur Antiſtites, vt titulos authoritatis, quibus humana tumeſcit ambitio, calcarent animo, & primariâ corporis parte, veluti bacchatum gemmis diadema, innocentiam, ſanctitatemque præferrent.

Re-

A Regia dignitate clariorem eſſe Epiſcopi Dignitatem. Cap. IV.

NIhil eſt in toto terrarum ambitu, qno magis aſpectus hominum gaudeat, &
veluti præ maieſtate ſuperbiat, quàm Sacerdotale ſolium & Regale. Duo
hæc dieeres primarios vniuerſæ molis axes, quibus humanum & Chriſtianum
Imperium incumbens, ad populorum commoda & ſalutem perpetuo rotatu ſe
voluit; ſi hæc è medio abſtuleris, quæcumque alia, quæ fulgeat nobilitas, ob-
ſcura eſt, quælibet alia magnitudo barbariem ſonat, refertque Tyrannidem qui-
cumque alius dominatus. Tam arcto fœderis nexu plurimas apud gentes duo hæc
dignitatum lumina ſibi fuêre aſſociata, vt amico ſemper aſpectu, fruerentur, &
nuſquam paterentur eſſe ſeiuncta. Sic Melchiſedechum Regem, ſimul & Sacer-
B dotem fuiſſe habemus; apud Egyptios verò tam fuit hoc idem in more poſitum, Plat. l. 16. de Regno.
vt ex illis hoc Plato erueret, tanquam legem in ſua tam benè contexta Republica
obſeruandam, vt acutè Sanctus Ambroſius aduertit. *Plato* (ſic ipſe) *eruditionis* S. Ambroſ. ſerm. 18. in pſ. 118.
gratia profectus eſt in Egyptum. vt Moyſis geſta, legis oracula & prophetarum di-
cta cognoſceret: inter alia autem didicit apud Egyptios, non licere Regem abſque Sa-
cerdotio imperare: Quin imò ſi ex alio genere quiſquam Regnum vſurparet, cogeba- Xenoph.
tur ſtatim Sacris initiari, vt ſimul Rex eſſet & Sacerdos. Hoc idem è Xenophon-
tis ſuffragio apud Lacædemonios vſitatum maximè fuit, nec aliâ ratione Roma-
num Imperium Numa Pompilius duxit, ſi danda fides eſt Dyoniſio Halicarnaſſæo, lib. 2.
quàm ſi Regale ſolium Sacerdotali throno iungeretur, Anium Deli Regem fortè
imitatus, de quo Mantuanus Vates.

Rex Anius idem hominum Phœbique Sacerdos. Virg. Æn. 3
Victis & ſacra redimitus tempora lauro.

Tanti autem Sacerdotium fecêre Romani, vt non ſolùm ſuperſtitione imbuti
C Cæſares, & nefarij Idolorum cultores, ad Regalem roborandam Maieſtatem, Baron. ann.
cum ſceptro thiaram voluerint fœderare, ſed ipſemet adeò pietate ſuâ celebris &
Magnus Conſtantinus, alijque è ſuis ſucceſſoribus Cæſares Chriſtiani, eidem
placito adhæſerint.

Cùm autem duo hæc inter ſe, tum miniſterio, tum authoritate diſtinguantur,
imò in pluribus diſcordia ſibi videantur aduerſari, hinc factum exiſtimo, vt non
rarò de primatu contenderint, & partes Regnum ſuas, ſuas Sacerdotium, ad
ſuam tuendam authoritatem centuriauerit; ſed pace Regni dixerim; pro Sacerdo-
tio plura & maiora fuêre Iudicum ſuffragia: ambo quidem ſupremam Cæli autho-
ritatem præſeferunt, pari è Diuina fronte radiantis luminis diademate redimita Aug. in quæ. vet. teſt. q. 35. c. 4.
ſuperbiunt, Deum in ſe pingit vtrumque, *Dei enim imaginem habet Rex ſicut &*
Epiſcopus Chriſti. ait Auguſtinus, licet Sacerdotij vel immemor, vel ignarus, de
Regno tantùm dixerit Diogenes & Pythagoras: maxima vtrumque colere debe-
D mus obſeruantiâ, cùm Rex æquè ac Sacerdos cæteris hominibus auguſto imperio
præſint, *Nec enim eſt poteſtas niſi à Deo* Paulus docuit; at ſi componantur ſimul, ad Rom. 13
& ſub aſpectum cadat ſimul vtrumque, Sacerdotali Cydari Regium diadema, ſa-
croque lituo ſceptrum profanum cedat oportet, eâque menſurâ Pontificium pal-
lium ſyrmati Regali præcellit, quâ plumbo aurum antefertur. Quàm egregiè
concinnèque expreſſit hæc Ambroſius, *Sublimitas Epiſcopalis nullis poteſt compara-* D. Ambr de Sacer. c. 2.
tionibus adæquari, ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati; longè erit
inferius, quàm ſi plumbi metalla ad auri fulgorem compares.

Confirmat hæc Ptolœmaidis Antiſtes Syneſius; nam cum in Iudæorum Repu- ep. 59.
blica, duo hæc coniuncta ſimul fuerint, Diuino conſilio factum eſt, vt tùm au-
thoritate, tùm miniſterio diſiungerentur, *Vtrumque horum*, verba illius habe, *ſa-*
crum, alterum ad regimen atque imperium conſtitutum eſt, alios ad infimarum rerum
faces conuertit, alios ſibi aſſocians.

Pari pretio apud nonnullas Græciæ gentes, narrante Plutarcho, Pontificia &
Regia dignitas fuêre, nec alteri alia, vel tituli ſplendore, vel muneris maieſtate

Digitized by Google

præſtabat ; ex mendacium Deorum veneratione, in eorum lithurgos & myſtas A
veneratio defluebat.

Quid igitur mirum, ſi qui tam excelſo dignitatis faſtigio in aulâ Diuini Regis
poſiuntur, non tantùm terrenis Principibus æquiparentur, ſed etiam tum digni-
tate tum titulis antecedant? quod ſi iuxtà ritus veteris legis, Regibus lithurgi
De Regin. Princ. l. 1, c. 4. parebant, quià in illa ad bona tantùm temporanea, vt Angelicus Præceptor ad-
uertit, dirigebatur aſpectus, iure optimo decet, vt in noua noſtraque lege, cæ-
leſtia ſolùm intuente, ea dignitas, quæ ad cæleſtia poſſidenda nos ducit, quâcum-
que aliâ dignitate ſit maior, cùm ineluctabile ſit Stagyritæ dogma, eò excellentio-
rem eſſe facultatem aliquam, quò excellentior eſt finis, cui eadem inſeruit: Cùm
igitur Politici Principatus finis ſemper humi ſerpat, & ſolùm ad ſæcularis fælici-
tatis poſſeſſionem deſudet, & ex aduerſo Epiſcoporum labor tantummodo in eo
verſetur, vt ab hiſce temporaneis nos auellentes, æternaque anhelantes, breuio-
ri viâ cæleſti beatitate fruamur, deducere omninò neceſſe eſt, longè excellentio-
Senec. lib. 1. de Clem. c. 1. rem Regiâ, Pontificiam eſſe dignitatem. Quid apud Senecam glorietur Princeps, B
ſe veluti Deo proximum, præ tota turba mortalium illi aſſidere, ſuâque manu ho-
minum bona, voluptates, ærumnas, commoda, incommoda, dextram ſiniſtram-
que fortunam pro ſuo arbitrio rotare? rariora illa ſunt, quibus Epiſcoporum no-
men & dignitas coronatur: ab ipſorum etenim ductu cæleſtes theſauri, ſalus æter-
na, vita immortalis, ipſorumque Principum fælicitas, tamquam è fonte prima-
rio, deriuatur; quàpropter, quod olim Theodoſio Cæſari Diuus Ambroſius di-
xit, cum illum patrati criminis reum amouit è templo, non immeritò illis con-
gruit, *Purpura Regem facit non Sacerdotem.*

Num. 36. Quin imò, ne quidem in veteri lege conceſſit Regno Sacerdotium; & hùc fortè
Moyſes Legislator reſpiciens, cùm extrà propriam Tribum vetuiſſet Hebræis con-
nubia, Leuiticæ tantùm permiſit, vt cùm Regiâ inire matrimonium poſſet, vt
nempè ſignificaret, Regiam dignitatem nequaquam nomini Sacerdotali præcelle-
re, imò ab hoc ſibi gloriam & decus comparare. C

Ad huius etiam æqualitatis ſignificationem præcepit Deus, vt Sacerdotibus ve-
luti Regibus, è decimis tributum ſolueretur, qua in re, eò ipſi Regibus videban-
tur maiores, quò Regibus huiuſmodi vectigalia, inuitis & lacrymantibus populis,
Sacerdotibus verò ſponte & hilariter ſoluebantur.

Hac pariter de cauſa vetuit Deus, ne Maximus Sacerdos, qui, vt nunc tempo-
ris Reges, ſacro Chriſmate inungebantur, aperiret alicui caput, quod obſequij ergo
cum Regibus tantùm vſurpatur, vt ſcilicet oſtenderet, cum Sacerdotali Regiam
num. 10. ineſſe dignitatem. *Sacerdos ſuper cuius caput fuſum unctionis oleum, & cuius ma-
nus in Sacerdotio conſecrata ſunt, caput ſuum non diſcooperiet.*

Cauſam Strabus exquirit, qua in ſacri Euangelij exordio, Abrahæ filium & Da-
Matth. 1. p. Strab. 161. uidis ſe Chriſtus Seruator explicet, *Liber Generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij
Abraham*, accipe iam ab eodem reſponſum, *Vt per Regiam & Sacerdotalem Perſo-
nam natura Dei & hominis monſtraretur.* D

§ I.

Regalis honor dignitatis, Chriſti Seruatoris humanam quam induit naturam,
adumbrat, ſuprà cæteros homines tantâ excellentiâ præſtantem: Sacerdo-
tis autem dignitas eiuſdem Diuinitatem deſignat, adeòque magno hæc lumine præ-
fulget, tantâ ſublimitate grandeſcit, vt Diuinum quid redolens, ſuperet huma-
num omne faſtigium: quàm meritò igitur ſanctus Dyoniſius Areopagita docuit,
De Eccleſ. Hier. c. 1. *Qui Sacerdotem, (id eſt Pontificem) dicit, auguſtiorem, prorſuſque Diuinum vi-
rum inſinuat.*

Ad hoc oſtendendum, cùm Moyſes exacto iam vitæ ſtadio non longè eſſet à fu-
num. 27. 18. Oleaſt. 161 nere, vt Ioſue in ſuo munere ſibi ſufficeret, præceptum illi fuit à Deo: *Tolle
Ioſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus, & pone manum tuam ſuper eum, qui
ſtabit coram Eleazar Sacerdote.* Cogitabundus hic Oleaſter immoratur, & vocem
illam,

Digitized by Google

A illam, *Stobit*, aptè perpendens interrogat, quid eſt, vt in Principem illius gen-
tis loſuè eligatur, quæ populorum victrix, victis leges & iugum impoſuit, cuius
ad arbitrium ſpectabat promiſſæ terræ fines partiri, diuiſoſque impertiri, bella
indicere, fœdera firmare, pœnas præmiaque deſcribere? an igitur, vt ſtaret,
ille decebat, quem tanto Numen eligebat imperio? an non aptiùs ad argumen-
tum Principatus ſederet? an ſaltem vt pari cum Eleazaro gradu ſolium Regale cal-
caret. Ipſe ſibi propoſitæ difficultatis implicitum nodum aut ſoluit, aut ſcindit,
*Non dixit ſedebit, ſed ſtabit, vt diſcant Reges, & Principes ſuperiores ſe habere Sa-
cerdotes, & ſtandum ſibi eſſe coram Sacerdotibus Dei.* Erudire Principes Regeſ-
que terreſtres hoc exemplo voluit Deus, ne faſtu inani ſe illis præferre au-
deant, quos colere potius, impensèque obſeruare præ ſanctitate dignitatis de-
bent; ex quo, vt id obiter hic delibem, manifeſtum ſit, quàm longè defle-
ctant à vero nonnulli, qui Regalis titulo nominis deſtituti, adhuc de loci
primatu cum Epiſcopis contendere non reformidant, quorum Corona tanta in Baron. an. 18
B æſtimatione apud veteres fuit, vt apud Baronium, Auguſtino narrante, dum ſ. 2.
præteritâ ſæculorum ætate, populi indigentis precibus aliquid quærebatur peteba-
turque ab Epiſcopo, ſuam Coronam ad beneficium impetrandum inter preces
vſurpabant. Quàm optimè igitur iſtorum audaciam retundebat Diuus Hyeroni-
mus, quem licet tanta exornarent meritorum honeſtamenta, ingentem ſibi reli-
gionem inijcere arbitrabatur, ſi coram Epiſcopis Apoſtolorum nempè ſucceſſori-
bus aſſideret, qui præter ea, quæ cum alijs Sacerdotibus habent communia, ſacra
miniſteria, illud potiſſimum tenent, vt cæli iura tueantur, & immaculatum ſan- D. Hyer.
ctumque coniugium cum ſponſa Eccleſia ſeruent. *Qui Apoſtolico gradus ſucceden-* ep. 1.
tes, ſic ille, *Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos Chriſtiani ſumus, qui
claues Regni cælorum habentes quodammodo ante diem Iudicij iudicant, qui ſponſam
Domini ſacra caſtitate conſeruant.* Ex hiſce tam altè, tam verè de ſacra dignitate
Hyerarchica prolatis, illud inde arguit, *Mihi ante Presbyterum ſedere non licet.*

Presbyteri tunc temporis Antiſtites vocabantur, vt ſuperiùs oſtendimus; at ſi
C Hyeronimi verba enucleatè perpendamus, non ipſe ſuam ſententiam explicat di-
cens, ego coram Epiſcopo non aſſideo, verùm non licet, non decet, nefas eſt;
& nihilominus, qui hæc humillima verba pronunciabat, præſtantiſſimus erat
ſanctitate Hyeronimus: nec quidem immeritò: quandoquidem, ſi ex Oraculi cæle-
ſtis mandato, coram ſupremo Legis Moſaicæ Myſtagogo, ſtare tenebatur Rex,
quantò magis hoc noſtris præſtandum Hyerarchis longè illo nobilioribus? mani-
feſtum hoc magis erit, ſi ſacræ Scripturæ verba duobus locis expreſſa ſimul di-
ſcutiantur: ſermonem enim de primo Sacerdotio faciens Deus ait, *Si pactum meum* Exod. 14.
cuſtodieritis, eritis mihi in Regnum Sacerdotale; è quibus verbis arguitur, illud di-
gnitati Regiæ fuiſſe quodammodo annexum, ideòque huic veluti ſubſtantiæ more
accidentis adiectum: at ex aduerſo nouum Sacerdotium commendans Apoſtolo-
rum Coriphæus ordine inuerſo voces immutat, *Vos autem genus electum, Regale* 1. Pet. 2.
Sacerdotium: vides, vt quod adiectum erat vt accidens, mutetur in ſubſtantiam?
D Sacerdotium ibi eſt Regale, hic Sacerdotale Regnum eſt, vt pateat omnibus, in
noua Chriſti Lege Regale faſtigium, Sacerdotali dignitate ſuperari, ideòque huic
veluti minoris pretij accidens adiungi, tantique ornamenti haberi pro appen-
dice: quàm egregiè hæc excogitauit Alexandrinus Clemens: *Homo, qui eſt verè* Cl. Alex. 9.
Regalis Sacerdos, vbi etiam Regni excellentia additur Sacerdotio quaſi accidens ſub- ſtrom.
iecto, à quo ſuſtentatur, & cui famulatur, cùm minoris ſit entitatis.

Aliarum momento rationum idem probatur. Cap. V.

Tripliciter, ni mea mens fallit, Principatus aliquis præferri alteri tanquam
excellentior poteſt; ſcilicet vel ratione ſubditorum, quos ad nutum ſui im-
perij moderatur, vel ratione beneficiorum & munerum, quibus eos valet afficere
& ditare, vel demum ratione amplitudinis ditionis & authoritatis, quâ ſuam di-
gnitatem

gnitatem exercet. Quamcunque ex his ſi reſpexeris, Regio nomini munus Epiſcopale præcellit; quandoquidem, ſi in ſubditorum excellentia immoreris, numeret quidem Rex longâque pompâ recenſeat Principes, Duces, Equites, Dynaſtas obſequio promptos, & ſuo nutui obtemperantes: eius tamen dominium mortali corpore definitur, & re adeò imbecilli atque caducâ Regia poteſtas innititur: at verò immortales animas Epiſcopi attingit imperium, ſupràque corporis fragilitatem potentiam ſuam euehens, ſuo verbo tanquam Dei Vicarius animas percutit, inde ſanat, è fidelium cætu ablegat, inde reuocat, cæleſtes ab ipſis theſauros amouet, inde reſtituit, è quibus deducere licet, eò magis Regiæ dignitati Epiſcopale culmen præſtare, quò corporibus, nobilitate, virtute, excellentiâ ſunt animæ præſtantiores: ita quidem Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuffragio definitum olim reperio: *Quantò ergo anima corpore præſtantior eſt, tantò eſt Sacerdotium Regno excellentius; ligat enim aut ſoluit ſupplicio vel remiſſione dignos*. Cui pariter conſpirat ſancti Chriſoſtomi ſententia, dum agens, an Eccleſiarum Præfectura ſit alacritet amplectenda, hæc ſtatuit, *Qui Sacerdotij optione propoſita (quod quidem Regno tantò eſt excellentius, quantum ſpiritus & carnis interuallum eſſe poteſt)* &c. B

Conſt. Ap. l.c.39. — l.3. de Sacerd. — Geneſ. 1.9.

Quantum riſus excitaret Luna, ſi maius ſibi imperium arrogans, cum Sole de Principatu contendere auderet? Magna hæc duo lumina adduxit Deus è nihilo, eò tamen reſpiciens, vt Sol diei, Luna nocti diſtincto imperio præeſſet; eò igitur Sol Lunâ pulchrior, lucidior, excellentior eſt, quò dies nocte clarior, nobilior, & dulcior eſt, quo ſenſu locutus Diuus Ambroſius, cùm de Sole verba faciens ait, *Eſt oculus mundi, iucunditas Cæli, Dei pulchritudo, naturæ gratia, præſtantia creaturæ*. Agnoſce hic egregium Epiſcopi & Principis ſymbolum: hic noctem, idest, corpus, ille diem, hoc eſt ſpiritum, ampliſſimo interpoſito ſpatio moderatur: non mihi ſed Beato Alredo illuſtris hæc arguties tribuatur. *Sunt*, ſic ille loquitur, *& in ſancta Eccleſia firmamento à Domino creata duo magna luminaria, Sacerdotium & Regnum, Rex & Epiſcopus, Princeps & Clericus: dies ſpiritualia, nox temporalia ſignificat: itaque luminare maius Sacerdotium vt præſit diei, ideſt ſpiritualibus, luminare minus Regnum vt præſit nocti, ideſt ſæcularibus*. C

Exam. 4. c. 1. — Serm. 1.

Nullus ergo admirationi debet eſſe locus, quod inter Apocalypſeos miranda ænigmata in ſeptem ſyderibus, ſeptem Aſiæ Epiſcopos Lynceus Ioannis oculus deſignatos agnouerit ad argumentum præſtantiſſimæ eorum dignitatis: ad huius honorem, ipſâ ſuâ dexterâ manu, Deus illos gerit, quibus conuenientius aptandum videtur illud præconium, quo Philo Hebræus natiuas ſtellarum faces ſuo eloquio exornauit. *Cæterum opifex condidit has ſenſibiles ſtellas ſimulacra diuina & pulcherrima, quas tanquam in templo, inter corporeas eſſentias pulcherrimo collocauit in cælo;* tot enim Soles repręſentantes, ſacrum Eccleſiæ cęlum illuſtrant, & ſpirantes Numinis imagines gloriam Maieſtatemque Diuini Conditoris exornant. Hinc vt oſtendimus de illis dictum, *Vos eſtis lux Mundi*. Quàpropter, ſicut è Planetis diſtincto ordine collocatis tres ſuprà Solem, tres alij infrà eundem perenni agitatime pereurrunt, nec vllus eorum eſt adeò væcors, vt ei confidentiâ inſanâ audeat comparari, quin imò eius ſplendore illuſtres, eiuſdemque virtute potentes, obſequioſa luce illum veluti Principem venerantur, & famulari veluti curſu ſequuntur, ſic de Epiſcopis dicendum, qui in Eccleſia ſua Solis imaginem præſeferunt; licet enim ad ſęculi faſtuoſi lumen Coronatis Regibus, maioribus veluti Planetis videantur minores, non ideò tamen vllo dignitatis conſortio cum eo comparandi videntur: Chriſti tantùm Vicario in authoritate minores, nullius vel comparationem vel ſuperioritatem patiuntur; quin immò Planetas ipſos, qui ſublimiores videntur, impertita luce coronant, pretioſis gratiæ muneribus eos ditant, effuſiſque cęleſtis beneficentiæ theſauris locupletant. Quis abſque Epiſcoporum facultate vel æraria ſalutis vel cęli fores aperiat, cùm ſacra miniſteria conferre, Sacerdotia impertiri ſolis concedatur Epiſcopis? D

Apoc. 1. — lib. de mūd. opific. — Matth. 5. 14.

Hoc idem ex illis Prophæticis verbis clariùs agnoſcetur, quibus alibi, duce Auguſtino, deſcribi diximus Antiſtites, *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram:* illæ enim particulæ *ſub* & *ſuper* idem ferè ſonare videntur, ac priùs & poſteriùs; cùm igitur ſuper omnem terram, hoceſt ſuper vniuerſi habitationes ipſi dominentur,

Pſalm. 44. 17.

Digitized by Google

A tur, apertum videtur, cæteris omnibus ſæculi dignitatibus, Epiſcopos dignirate
præferri: ad cuius rei argumentum, cùm Pontificijs indutus veſtibus Antiſtes, ob-
uium habet ſeu Regem, ſeu Cæſarem, nequaquam aperto capite thyaram exuit,
verùm velut eo excellentior, cum maieſtate incedens, ſublata dextera manu, ſi-
gnum ſanctæ Crucis effingens, ipſi benè precatur.

Quid plura? ſi Sacerdotali ſolio ipſa quoque Regum ſubſellia ſubſtant, ſi eius
authoritatem ſubmiſsè ſuſpiciunt, quis inficias ierit, hoc titulo, dignitate Re-
gia Hyerarchicam eſſe nobiliorem? hæc pro ſuggeſtu verba faciens Nazianzi
Theologus clariſſimè confirmauit *Quid verò vos Principes & Præfecti? ad vos enim* Greg. Naz. tract. 18.
iam noſtra ſe conuertit oratio; quorſum autem hæc? *Nam vos quoque mea poteſtati,*
meoque Tribunali Lex Chriſti ſubiecit: Imperium enim ipſi quoque gerimus: adeò
etiam præſtantius atque perfectius, niſi oporteat ſpiritum carni cedere, & cæleſtia ter-
renis. Quæ omnia maximè conſonant vocibus illis, in quas Regius Vates erupit:
Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Mi- pſ. 18. 8.
B rum quantùm ſe Hyerarchica poteſtas efferat in eos Principes, qui Fidei ſuſceptæ
degeneres, è ſemita ſanctitatis procul aberrantes, tranſuerſùm vitijs aguntur!
Tales enim compedes ſic ibi Auguſtinus *conſolidat vobis Epiſcopi manus*. Quando- Aug. 16.
quidem vt Purpuratus Eccleſiæ ſcriptor Baronius oſtendit, cum ea, quæ à Deo
emanant, ordine præſtantiſſimo ſtatuantur, decebat vt Sacerdotio Politicus Prin-
cipatus concederet, & vt corpus animæ, humanaque Diuinis ſubiecta ſunt, pri-
matus illius innoteſceret.

§. I.

IAm, vt ad ſecundum caput progrediamur, ſi commoda, & beneficia, quibus
Principum opulentiâ populi diteſcunt, reſpiciamus, licet apud aliquos Prin-
C cipes, magnus ſit dubitationi locus, an beneficia quæ conferunt, ſuperent vel au-
geant grauamina quæ inferunt, & an in lance veritatis, maioris momenti ſint dura
Principatus onera, quorum aliqua ex parte certior fuit à Deo Samuel factus Re- 1. Reg 5. 8
gum primo, quàm lucra, quæ è Principum Præfectura deriuantur, ſtatuamus tamen
Principem alicubi efflorescere maiorem Alexandro, Solone iuſtiorem, amabilio-
rem Tito, atque inſtar Conſtantini pijſſimum, vt fermè illos eſſe, quos Catholica
enutrit Eccleſia, ſpontè mihi ſuadeo: Munificentiſſimus ille ſit, & inexhauſta li-
beralitate, luculentiſſima diuitiarum commoda effundat in populos, nobilitatis
ordines, illuſtres titulos, Præfecturas, Dominia, aulam tot blandimentis deli-
cijſque impleat, quot recentium fabularum concinnatores è mente figmentis ple-
nâ deducunt: quid inde? ex tanto munificentiæ decurſu quid effluxerit, præter-
quam caducum aliquid & breui periturum emolumentum? tota Regalis potentiæ
vis inter beneficia peritura euaneſcet, quæ dum Lunæ cui ſubſunt, tam varias al-
ternaſque vices imitantur, varia pariter & mutabilia ſint, oportet. Alia verò ex
D parte repræſentetur Epiſcopus; terrena hic & humilia dedignatus, excelſa, imò
Diuina ſuperuolans, cæleſtia bona diſpergit, ſupremique Theſaurarius Condito-
ris, munera admiranda congerit in populos opeſque diffundit, qualcunque alias
vniuerſi diuitias exuperantes. Grauiſſima ſint & ferrea vincula, quibus cruciati ſem-
piternis ignibus ſpiritus, reas animas ſeruituti mancipatas obſtringunt, & pęnè
ſuffocant, Epiſcopus illa vel ſuâ vel alienâ manu diſſoluet & deſtruet; Diuinis ipſe
dapibus populum paſcit, & ad animos in Fide confirmandos chriſmate ſacro perun-
git, plurimiſque Liturgis & Sacerdoribus ritu ſolemni & ad Religionem compo-
ſito conſecratis, pretioſiſſimis è cælo theſauris orbem ditat & beat. Quantò igitur
præ Regimine Principum, Hyerarcharum Præfectura potentiaque præſtantior eſt!
hoc certè illud eſt, quo Regem cum Epiſcopo componens Aureus cognomento
Ioannes poſt multa tandem deducit, *Nam ſi vis videre*, ſic ille, *quantùm abſit* Criſoſt. 3. in c. 6 Iſa:
Rex à Sacerdote (Epiſcopum intellige) *expende modum poteſtatis vtrique traditæ,*
& videbis Sacerdotem multò ſublimiùs Rege ſedentem: admirandus videtur thronus
Regius, ſed rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt; Sacerdotis thro-
nus

nus in cælis collocatus, de cæleſtibus negotijs habet pronunciandi authoritatem. A

Superbiat inter gemmas Regale ſolium, illoque Holofernis illuſtrius obſequentis famæ laudes obſcuret; clariſſimis bacchatum lapillis paludamentum ſyrmate longo Rex trahat; margaritarum pretioſiſſima, ad eius diadema illuſtrandum Erithræum æquor aſportet, ad ſaturandam purpuram innumeras conchiliorum acies nuttiant maria vniuerſa, ditiſſima Herodis Antipæ clamyde ſcintillet indutus, obſequiorum & admirationum tributa ab omnibus excipiat, aurea Neronis Regia pro domo ſua vtatur, nec aulæ Salomonis, quæ Reginas ex altero ferè orbe præ fama aduocauit, aula ſua concedat; quid tùm? tam ingentia, tam ſplendida perſonæ, dignitatis, nominis ornamenta, terræ finibus, hoc eſt arctiſſimo puncto clauduntur; ſuam cum Eſau hereditatem à ſupremo Iſaac excepiſſe gaudebit [Gen. 27. 28] *in pinguedine terræ*, cum Epiſcopis grandior illa & pretioſior aduenerit *de rore Cæli*, quam Iacob accepit.

Hinc eſt, vt tertiæ tandem propoſitæ parti hæreamus, vt licet cum Rege Epiſcopus in terrena ditione conuenire vllo modo non poſſit, eoque longè ſit minor, efferat ſe tamen ad humanæ ambitionis arbitrium eius imperium Magni Macedonis fines, eius dominatus exuperet, cum Auguſto de dignitatis amplitudine contendat, vniuerſi populos ſibi vectigales enumeret, ipſos Antipodas ſuarum legum fræno coërceat, adhuc tamen humi iacens ipſius potentia ad ſuprema nequit aſcendere, cum ex aduerſo Epiſcopi dignitas, terrena hæc omnia, ſancta ambitione, faſtidiens, ſublunarium rerum ſplendidam pompam deſpicatur, latè ſuprà cælum ſe tollit, nubes aſſequitur, cæleſtis aulam Regnaotis inuadit, ibique ſui fines imperij, ſolo æquat Olympo: Quàm egregie hæc omnia, aurei oris Ioannes expreſſit, his verbis: *Alij ſunt termini Regni alij Sacerdotij, ſed hoc illo maius eſt: neque enim gemmis & auro æſtimari debet: ille quæ ſunt in terris ſortitus eſt, Sacerdotij vis à ſupernis deſcendit, Regi quæ hìc commiſſa ſunt, mihi cæleſtia, Regi corpora commiſſa, commiſſa ſunt Sacerdoti animæ: maior hic Epiſcopatus, propterea Rex caput ſubmittit manui Sacerdotis.* [Chriſoſt. in Iſai. c. 4. & 5] B

Quo eodem ſenſu loquutus idem alibi fuerat, [Id. l. 3. de Sacer.] *Sacerdotium ipſum quidem in terra peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem, ordinemque referendum eſt.* C Ne igitur ſuæ Diœceſeos finibus Myſtagogi autoritatem metiaris, ipſius enim cæli,& incircumſcripto cæleſtium Regionum interuallo eſt definienda: *Etenim* proſequitur in eadem explicatione tantus Græciæ Magiſter, *Iis qui terram incolunt atque in ea verſantur, commiſſum eſt, vt ea quæ in cælis ſunt diſpenſent*: non igitur in Pontificali Sede gemmarum lumina curioſus exquiras: habeat ſibi hæc Regalis pompa vanitatis: verùm ſeù Cenſorijs execrationibus aliquem deuinciat, vel iiſdem vinculis laxet, ſeù ad Dei gratiam reos ſua confeſſione perfectos, abſolutionis beneficio reuocet, ſeù ſanctiſſimi Chriſmatis vi populos in Diuina Fide confirmet, ſeù Sacerdotij ordinibus aliquem inſcribat, ſeù rem Diuinam potentiſſimis conſecrationis verbis ad aram faciat, eius voces tam promptè cælum excipit, exceptaſque approbat,probataſque commendat, acſi è terræ arbitrio, cæli ſuprema poteſtas pendere videatur.

[2. Paral. c. 26.] Accuratè ad hanc rem ab eodem Diuo Authore facinus Oziæ Regis affertur: hic D enim vt Regalis faſtum dignitatis ſuprà conceſſos ſibi nobilitatis fines attolleret,in Sacerdotale ſe inferre munus non formidauit; ratio autem eſt, inquit ipſe, [Id. vbi ſup.] *Siquidem Sacerdotium Principatus eſt, ipſo etiam Regno venerabilius ac maius*: quod inde comparatione vtriuſque authoritatis ducta, magis roborat, demumque definit, longè Regali Pontificalem præſtare dignitatem, cùm cæleſtes vſque ſedes attingat, ſuperàque tantùm ditione claudatur, adeò vt, *à terra iudicandi principalem authoritatem ſumat Cælum: nam Iudex ſedet in terra, Dominus ſequitur ſeruum, & quidquid hic in inferioribus iudicaueris, hoc ille & in ſupernis comprobat.* Quantùm hinc Hyerarchica poteſtas excellit, eiuſque maieſtas effert ſe! ſi namque rerum ſublunarium ordinem perpendamus, quem latet, vniuerſi hanc molem arcano nexu de cælo pendere? ſi verò de rebus, quæ naturæ vires excedunt,ſermo habeatur, indubitatum pariter eſt, quod [Iacob. 1. 17] *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre Luminum.* Si verò Eccleſiaſticæ rei conditionem inquiramus, ea menſurâ ſuæ fœlicitati velificat, qua ſupremæ Hyerarchiæ

vento

Digitized by Google

vento paret,& Diuinæ Legis auræ ſe cooformat: nihilò tamen minùs, eò excellen-
A tiæ Antiſtitum iuriſdictio procedit, vt eorum ſententijs cæli arbitrium ſuffragetur,
ſui Legati leges impleat,ſuo famulo inſeruiat,& ſi fas eſt dicere, eò ſe deprimit,vt
ad eius voces expeditum imperata alacriter faciat,*Obediente Deo voci hominis*:Quid Ioſue 10.
igitur Hyerarchis præferre ſe Principes audeant, cùm minori adeò poteſtate ful- 14.
ciantur? quod vt clariùs innoteſcat, exploratum cuique eſt, Seruatorem Chri-
ſtum, vi ſanctiſſimæ vnionis, quam Hypoſtaticam vocant, facultate tantâ imbutum
feciſſe, vt poſſet aſſerere, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*: hæc autem Matth.cap
eadem poteſtas deriuata ab ipſo in Apoſtolos fuit, quorum, vt ſuperiùs probatum vlt.
nobis fuit, ſucceſſores ſunt Epiſcopi: *Pater omnem poteſtatem dedit filio: Cæterum
video ipſam eandem omnifariam poteſtatem à Dei Filio Sacerdotibus traditam; nam
quaſi iam in cælum tranſlati ac ſuprà humanam naturam poſiti, ſic illi ad Principa-
tum iſtum perducti ſunt*. Sic Chriſoſtomus. Quàm meritò igitur aptari illud Epi-
ſcopis poteſt, quod de Bethlemiticis Paſtoribus Hiſtoriæ Euangelicæ Scriptor exi-
B mius Diuus Lucas aſſerit, *Claritas Dei circumfulſit illos*; ipſis etenim ea lumioa Luc.2.
ſempiternus luminum Parens inſeruit, quorum vi vſque ad Diuinæ Regiæ ſedes
eorum nomen illuſtratur. Dictum quidem de Principibus velim, *Claritas Regia*,
ſed de Hyerarchis altiori ſermoue dicendum eſt, *Claritas Dei circumfulſit illos*.

§. II.

TRibus igitur hiſce titulis iam propè explicatis, Epiſcopis ſuprà quemlibet ſæ-
culi Principem ſe efferentibus, ſatis iam explicatum mihi videtur, quod ini-
tio propoſueram, Hyerarchicam ſcilicet dignitatem Regali longè præcellere.
Hinc eximij ſacræ Thelogiæ Magiſtri, Hugo potiſſimùm Victorinus & Alexander Hug.1.par
Alenſis, adeò Epiſcoporum iuriſdictioni, ſæcularium Principum authoritatem eſ- l.2. de ſa-
ſe minorem, vt eorum animaduerſores Cenſoreſque eſſe poſſiot: mihi quidem in cram. p. 2. & 4.
C quadam ex meis deciſionibus illud ſatis probatum videtur, quòd liceat Antiſtiti, Alex. Alēſ.
negligentiam ſocordiamque Politici Principatus explere,cùm tamen hoc idem nullo 3.p.ſum 9.
modo Principi ſæculari liceat, ſi deſes & remiſſus in ſuo Regimine fuerit Epiſcopus. 48.membr.
Ad hanc rem ſanctus Martyr Ignatius illud etiam nos edocet, ideſt, quòd ſicut in p.cart 3.
hac terrarum vniuerſitate nihil datur, vel maius vel Deo par, ſic nihil Epiſcopo In reſolut.
ſublimius in orbe Chriſtiaoo conſurgit. Audiatur ipſe. *Neque enim Deo quiſquam* Sperel. de-
maior aut ſimilis in omnibus rebus creatis: neque enim in Eccleſia maior quiſquam ciſ n.p.2.
Epiſcopo, qui Deo pro totius mundi ſalute ſacrificat; nam Sacerdotium bona omnia hu- D. Ign. Ep.
mana tranſcendit. Quàpropter non eſt,cur aliquis purpureo ſyrmate & ſolio Rega- ad Smyrn.
li faſtuoſus incedat, ſi oamque Eccleſiæ pars eſt, ſubditum ſe eſſe & minorem Epi-
ſcopo fateatur, oportet. Cuius Doctrinæ pondus, imò neceſſitatem, cùm maxi-
mam eſſe ſanctus idem Doctor agnoſceret, vt populos tam palmaris erroris vmbrâ
diſcuſsâ, ad lucem veritatis adduceret, eandem paulò aliter explicatam ingemi-
D nare ſententiam voluit ad Trallenſes ſcribens. *Quid enim eſt Epiſcopus, niſi qui* Id. ep. ad
omni Principatu & poteſtate ſuperior eſt, & cunctis dominatur, quantùm quidem ho- Trall.
mo dominari poteſt, factus pro virili ſua, Dei imitator? Quin imò ſuis in Vrbibus vi-
dentur Epiſcopi, Pontificiâ ſimul & Regiâ dignitate fulgeſcere, cùm ex ſancto Pau-
lino & Epiphanio ſimul conſpirantibus habeamus, Epiſcopos in Dauidis ſolio eum D. Epiph.
Regiâ authoritate aſſidere, quod ſignificatur, cùm in eorum inauguratione Regum her. 29.
inſtar ſacrâ vnctione ſparguntur, ſimulque eis dicitur: *Vngantur manus iſtæ de oleo* Baron.ann.
ſanctificato & Chriſmate ſanctificationis, ſicut vnxit ſimul Dauid Regem & prophe- 59. In Pontifi-
tam: ſimul etiam Pontificijs indumentis tanquam Aaron ornatur, vt pateat,vtram- cali.
que ſimul in eis dignitatem exiſtere. Quod autem ex hac eadem vnctione aduocen-
tur ad Regem, potiſſimoque titulo, filij Dei conſtituantur, non obſcurè ſanctus
Athanaſius edocet, & in eundem ſenſum conſpirat ſapientiſſimus ætatis ſuæ magi- S. Athanaſ.
ſter Diuus Bernardus: hic enim, plurimis Epiſcopis, ſimul pro Synodo facienda ep. ad Se-
collectis, ſermonem habens, verba illa Pſalmi perpendens: *Iudicabunt nationes,* rap.
& dominabuntur populis, illud aſſerit,futuros ibi Epiſcopos à Regio Vate deſigna- D. Bern. ſerm ad Ep. in Syn. con
ri: greg. in nu

Digitized by Google

ti; Bernardum audi loquentem: *Duplex eſt dominium Prælatorum; habent enim claues Eccleſiæ, quibus claudunt, & nemo aperit, aperiunt & nemo claudit; habent & Regalia; quia Domini ſunt Vrbium & Oppidorum, nec ſolum Epiſcopatus, ſed & Conſulatus habent, vt meritò eis dicatur, quid vltrà debui facere & non feci?* In quam pariter ſententiam ſancti Præceptores Amrboſius, Bernardus, Thomas eunt, illa verba Principis Apoſtolorum explicantes: *Vos autem genus electum, Regale Sacerdotium.* In Conſtitutionibus autem Apoſtolicis, vbi de Epiſcopis ſermo habetur, hæc grauiſſima verba recenſentur, *Hos exiſtimate veſtros Præſides, hos putate Reges, his quaſi Regibus vectigalia offerte.* Hinc factum eſt, vt anno à noſtræ reparatione ſalutis mileſimo ducenteſimo ſexageſimo, ad Epiſcopos Pragæ & Olumucij Alexander Quintus ſcribens (epiſtolam ipſam in Vaticana Bibliotheca reperies,) argutè obſeruauerit, Regem vel humero, vel brachio, Sacerdotes manu perungi, ſed Epiſcopum ſacrâ vnctione in Capite aſpergi, quod membrorum omnium nobiliſſimum, primam ſortitur inter omnia alia ſedem. Vulgare pariter apud omnes eſt, & iam populorum linguâ detritum, Hyerarchicum munus ſupremum & veluti apicem eſſe omnium dignitatum. *Epiſcopatus non eſt dignitas, ſed dignitatum culmen*; quod idem diſcolori voce indutum, ad Smyrnenſes ſcribens ſanctus Antiſtes Ignatius ſignificauit.

D.Tho. ep. 20. 2.Petr.2. Conſt.Ap. l.2.c.39. Epiſt.259.2 Cap. vene. 37. de præ.

Cùm igitur primariâ ſede in Eccleſia fruantur Epiſcopi, minoreſque gradus ab ipſis dependeant, & omnium ordinum maximus, eorum operâ, poteſtateque concedatur, illud etiam conſequatur oportet, quòd, iuxtà Areopagitæ doctrinam, Reges, Domini, & veluti terreſtres Dei ſint appellandi. *Sanctos verò & Reges, Dominoſque, ac Deos Scripta Diuina appellant, gradus & ordines, qui in ſingulis primas obtinent, quorum opera ſecundi ſiue inferiores, munera quæ à Deo proficiſcuntur accipientes,* &c.

Quâpropter nullus eſſe debet admirationi locus, ſi ſupremus Eccleſiæ Moderator & Princeps, Caput Eccleſiæ viſibile, ad quemlibet Regum ſcribens, pro filio illum habet, quod idem cum alio quouis è populo faceret: dum econtrà ad Epiſcopos ſcribens, *Venerabiles fratres* illos appellat, cùm dignitate ordinis pares illos agnoſcat, vti ſanctus Anacletus oſtendit, licet miniſterio & vſu, eorum caput exiſtat, ipſiſque ſuprà omnem æſtimationem Maximus antecellat.

Hinc ad exaggerandas Antiſtitum laudes, contentione piâ, illuſtres ſanctitate Doctores adlaborant: *Stupendum miraculum* à ſancto Ephræm dicitur, *Diuinum opus* à ſancto Gregorio Nyſſeno; nihil Hyerarchico munere excellentius in vniuerſo exiſtere, ſanctus Ambroſius aſſerit, eòque commendationis effertur, vt in Epiſcopis, veluti pulcherrimis ſpeculis, Diuina gloria eluceſcat; quod idem ſancti Anacleti ſuffragio roboratum poſteà fuit, cùm ad Galliarum Epiſcopos ſcribens, illaſque Apoſtoli voces enodans, *Vir quidem non debet velare caput ſuum quoniam imago & gloria Dei eſt* aſſerit hic agi de Epiſcopis; *Sacerdos enim eſt imago & gloria Dei: eſt enim vir in ſupremo rerum gradu collocatus in hoc mundo, & tanquam ſecundarius aliquis Deus, omnibus dominans.*

Anacl. ad Ep. Gall. 1. Chor. 11. 7.

Quàm igitur ex hoc corripiendi damnandique nonnulli ſæculares Principes videntur, quibus ea obliqua mens eſt, vt in ſeſſionibus, aliiſque publicis actis præſidere nitantur Epiſcopis; quod ne quidem Principibus hæreticâ luce imbutis, vel licitum viſum, vel tentatum vnquam fuit: quid aliud hoc eſt, quàm eò vſque vim ſuæ ambitionis efferre, vt ſuprà maximam Chriſtiani nominis dignitatem ſedem collocare affectent, & maximis videri maiores? Quin immò, quia Diui Bernardi ætate illud in more poſitum erat, vt nonnulli ex primariis Pontificis adminiſtris, Epiſcopis gradu ordineque præſtarent, illud vir ſanctiſſimus ad Eugenium Pontificem ſcribens magna cum athoritate aſſeruit, leuiſſimum hoc eſſe, riſuque propè illuſoris dignum, cum rationi obſtet, piarum ætatum conſuetudini aduerſetur, & Eccleſiæ totius authoritatem euellat; quod ſi conſuetudine velut obducto clypeo tueri & roborare hanc audaciam vellent, vtilius fore, conſuetudinem extingui, quàm clariſſimum Eccleſiaſtici luminis ordinem obſcurari; habes aurea illius verba: *Ridiculè miniſtri veſtri, veſtris compresbyteris anteferre ſe conantur,* (Presbyteri nomen in Epiſcopos etiam olim cadebat) *non hoc ratio habet, non antiquitas habuit,*

non

A *non conſentit authoritas, & ſi de conſuetudine calumnia ſtruitur; melius profectò alio, quàm ſummus ordo contemnitur*: nihilominus ſtandum eſt decreti, ab Eccleſiaſticis, eiuſque legibus parêre noſtrum eſt, non aduerſari.

Quæ non adeò contrà ordinem dicta ſunt, vt admirationem parere debeant: vt enim idem ipſe melliflnus Doctor repetit, Dei ipſius operâ confectum eſt, vt ſuprà Reges & Cæſares ſuam ſedem collocarent Epiſcopi: quin imò ipſiſmet Regiæ cæleſtis illuſtriſſimis mentibus, Antiſtites prætulit Deus, rurſus igitur audi Bernardum: *Quantam dignitatem contulit vobis Deus? Quanta eſt prærogatiua ordinis veſtri? prætulit vos Deus Regibus & Imperatoribus, prætulit ordinem veſtrum omnibus ordinibus, imò vt altiùs loquar, prætulit vos Angelis & Archangelis, Thronis, & Dominationibus.* ſer. ad Paſtor in ſyn.

Illud tamen etiam ab illo edocemur, vt quò magis Diuino conſilio noſtra dignitas cuicunque humanæ dignitati præcellit, eò magis humiliter demiſsèque de nobis ſentire debeamus, omniaque illa Principibus viris obſequia referamus, quæ B nos deceant, abſque eo quod Thiaræ noſtræ decus, abiectione aliqua indecorâ denigreſcat.

Quanti æſtimanda habendaque ſit Dignitas Epiſcopalis. Cap. VI.

EX Angelici Præceptoris magiſterio habemus, honorem & exiſtimationem, 2. 2. q. 103. art. 1. ſignum quoddam eſſe, quo alicuius excellentiam & præſtantiam apertè ſignificamus. Tributum veluti quoddam eſt, quo vel priuatum alterius meritum, vel publicam quâ *fungitur dignitatem*, veneramur: agreſtes quoſcunque animos illud flectit, refractariam quamcunque ceruicem rapit hæc ad obſequium: quod ſi, fædere ſimul inito, duo hæc lumina eluceſcant in vno, mordaciſsimos viros ad commendationes C trahunt & plauſus: Dignitas deſtituta virtute, ſi laudem minus aſſequitur, ſaltem æſtimationem honoremque ſibi conciliat, nec enim fulgores ſuos ex homine trahit, ſed è Cælo. *Si Conſulem videre*, ait Seneca, *aut Prætorem, omnia quibus honor haberi ſolet, faciam, equo deſiliam, caput adaperiam, ſemitam cedam*: Sen. ep. 54. Quò excellentior eſt dignitas, eò potentior eſt, & quodammodo imperio cogit, vt illam alacres veneremur: iniuſtus ſuprà quam dici poſſit habendus is eſt, qui hoc ei vectigal offerre recuſat; vel enim rationis vocibus obſurdeſcit, vel licet audeat, ſolutioni adeò debitæ nimis immeritò aduerſatur. Cùm Metaphyſices nobilitatem pluribus expreſſerit Ariſtoteles, atque hinc illius exiſtimationis apicem recolligens ait, *Quæ enim Diuiniſſima, eadem etiam honorabiliſſima eſt*, quàm veriùs aptari Ariſtot. hæc poſſunt Hyerarchicæ dignitati! è ſuperiùs allatis apertè patet, Diuinum in ea opus elucere, non humanum; *Ea igitur honorabiliſſima eſt*. Tot illa prærogatiuis ſuprà cætera excellit, vt obſeruantia & honor ei denegari non poſſit, quin Deo D ipſi denegetur. Virtutum Sol Religio eſt, quæ, veluti luminum parens, in Cæli Chriſtiani orbe coruſcans, lumen deriuat in cæteras, quæ ſi eius aſpectu deſtituantur, citiſſimè denigreſcunt, & in vitia degenerant; qui igitur ordini Hyerarchico, cuius ſcopus Religio eſt, debitam ſurripit obſeruantiam, clariſſimè oſtendit, ſe tenebris obrutum iacere omniumque ornamento virtutum ſpoliari: quòd ſi è Philoſophica paleſtra, Theologicas ſedes accedamus, ineluctabili argumento docebit D.Th. 2. 2. q. 102. ar. 2. Angelicus, quòd, cùm quodcunque mouens excellere videtur, ei quod mouetur, neceſſe omninò eſt, vt Antiſtes, cuius munus potiſſimùm eſt, vt ſubditas Ie 2. 2. q. 103. art. 2. gentes ad finem ſibi congruum moueat, ſuprà cæteros ſe lumine dignitatis attollat, licet alijs nominibus ipſiſmet Laicis minor agnoſcatur.

Hac de ratione, pronunciatâ lege Spiritus ſanctus præcepit, vt non tantùm ſingulari obſequio ſupremi Sacerdotes excipiantur, ſed etiam, ac ſi diuinum quid ſanctumque præſeferrent, aduolutis genibus adorentur *In tota anima tua time Dominum & Sacerdotes illius ſanctifica*, Eccleſ. 7. huius vis vocis Græco magis idiomate ſonat ἁγίαζε hoc eſt tanquam Numina venerabundus cole, humique proſtratus adora

Digitized by Google

quod idem, iiſdem ferè verbis ingeminat, *honora Deum & tota anima tua & honorifica Sacerdotes*. Quanti momenti hoc eſt, quantùmque in hoc opere elaborat A Deus, dum ſui conſortem cultus quodammodò Sacerdotem facere dignatur! vtrobique enim Salomon, Dei ſimul & Sacerdotum honorem intexit, ac ſi diceret, nihil in hoc orbe terrarum excellentiori cultu obſeruandum eſt, quam Pontificale miniſterium; ſic equidem de Diuino mandato ratiocinatur Lyranus. *Honora Deum,*
Lyra. ibid. *nam diligendus eſt ſuper omnia, & honorifica Sacerdotes eius locumtenentes*. conijcere ex hoc liceat, an præ Epiſcopis, qui ad temperandos ſacris legibus populos Dei vices ſortiuntur, maiori ſunt afficiendi honore Principum Sæcularium Vicarij? quâ propter duce Aquinate, vnanimes aſſerunt Theologi, peculiarem virtutis habitum dari, qui à communi obſeruantiâ diſtinctus, ſolùm circà Epiſcopos ve-
Vaſqu. de ador. diſp. 6 nerandos verſetur, ex eâ potiſſimùm ratione, quia nobiliori quodam titulo noſter animus excitatur ad Epiſcopos reuerendos, quàm ad aliam quamcumque politicam dignitatem; qui loquendi modus non longè diſſonat ab ijs, quæ ſuperiùs diffusè memorauimus: ſicut igitur Principes Regeſque, populorum meritò aſſumunt B obſequia, quia Diuinas impoſitâ Præfecturâ vices obeunt, tantamque maieſtatem præſeferunt, vt terrena ferè Numina videantur iuxtà Senecæ dicendi formulam. *Populus non alio animo Rectorem ſuum intuetur, quam ſi Deus immortalis poteſtatem viſendi ſui faciat*, quod ipſiſſimis verbis excerpſiſſe ab Homero videtur, qui ait

Homer. Iliad. *Vadentemque per vrbem aſpectant Numinis inſtar*,

ſic multò decentius, maiora debent ad Epiſcoporum aſpectus obſequia deuolui, cùm illi ipſi ſint, qui Diuinitatem populorum ſpiritali regimine præferentes, viua, ſpirantiaque Numinis ſimulacra dici poſſunt? Hoc certè ſignificaſſe videtur Sanctus Ignatius Martyr, qui Apoſtolorum magiſterio eruditus, Smyrnæos inſtruens, quo modo varios in gradus venerationem diſtinguere & partiri deberent, primo loco ſupremi numinis cultum ſtatuit, ſecundo Epiſcopos, tertio Reges honorandos
D. Ign. ep. ad Smirn. committit. *Ego autem dico*, ſic ille ſanctiſſimus Eccleſiæ Magiſter & defenſor, *honorare quidem Deum, vt authorem omnium ac Dominum, Epiſcopum verò tanquam* C *Principem Sacerdotum, Imaginem Dei ferentem, Principatum quidem ſecundum Deum Sacerdotium vero ſecundùm Chriſtum, & poſt hunc honorare oportet etiam Regem*. vides quam rectè honorum leges graduſque diſtinguat? quantùm thiaræ fulgor diſtet à diadematis luce? vtrumque etenim dignitatis lumen ſibi Myſtagogus vſurpat, Regium quo Deum exhibet, Pontificium quo Chriſtum exprimit. in Aſtreæ trutinâ ponderans Diuus Chryſoſtomus, titulorum copiam & vim, quibus obſtricti ſunt Regibus ſubditi, patribus filij, & Epiſcopis populi, extremam hanc duobus alijs prioribus grauiorem eſſe pronunciat his verbis *Sacerdotes merito non modò*
D. Criſoſt. ſerm. 3. de Sacerd. *plus vereri debemus, quàm vel Principes vel Reges, verùm etiam maiori honore, quam parentes proprios honorare*; idem enim Antiſtes Princeps ſimul eſt & Parens populorum, & præterea Legatus Chriſti eſt, ſuæque inſcrutabilis Sapientiæ interpres: hoc illud eſt, quod de Epiſcopis loquens Apoſtolus gentium Paulus indica-
2. Chor. 5. 20. uit. *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*.

Quantam venerationem erga Legatos Regios imponit ciuilis legis humanitas? D quàm honorificè ſplendideque illos excipimus? quot obſequijs colimus, quot comitatibus & demiſſionibus eos proſequimur ex eo potiſſimum ducti, quia Regum ſuorum maieſtatem in ipſis veneramur; acerbos effræneſque illorum mores vltrò patimur, impotentem eorum in loquendo licentiam, Principes ipſi, pœnes quos morantur, ſuſtinent, inter ipſos hoſtes, genteſque cultu efferas & moribus barbaras, ab omni vitæ diſcrimine degunt immunes, quis credat, etiam cùm bella circumferunt, internecionemque cum vaſtitate minantur, ſummâ exiſtimatione coluntur, opulentiam munerum, comitantium obſequia recipiunt. quantò maioribus eſſent afficiendi honoribus Hierotelestæ Cæleſtis Regis oratores, in quibus Deus ipſe; vel contemptum, vel honoratum ſe ipſum profitetur? validiſſimè hac ratione pugnauit aureus Conſtantinopolitanæ Vrbis Antiſtes Chryſoſtomus, cùm
Criſ. inc. 1. ad Chor. hom. 3. ſub fin. animaduertens Principes aliquos viros ſuæ poteſtati ſubiectos, ſuarum correptionum pertæſos illas auerſari, obliquoque oculo illum ſpectare, verbis grauiſſimis ait *Legati qualeſcumque tandem ſint, propter Legationis prærogatiuam multo po-*

tiuntur

Digitized by Google

A *tiuntur honore: in medium barbarorum terram, inter hoſtes ſoli ingrediuntur, & quoniam plurimùm valet legationis lex, omnes eos honorant, omnes in eos intendunt, omnes cum fiducia & liberè illos dimittunt*; tùm ad Epiſcopos conſuetudinem hanc transferens ſubdit, *Iam & nos legationis ſermonem accepimus, hoc enim eſt Epiſcopatus dignitas; honore vero potiri volumus, non propter nos, abſit, ſcimus enim noſtram vilitatem, ſed propter vos, vt quæ à nobis dicuntur, diligentiùs audiatis*.

§. I.

SI igitur æternus Vniuerſi Dominator in Epiſcopis repræſentatur, Scythis, Sarmatis, & Nabathæis efferatior erit, qui debitum illis honorem perſoluere, iuſtiſſimaque præbere obſequia recuſauerit. ad hanc rem egregiè auctèque perpendit Magiſter doctiſſimus Caietanus, in Arcâ ſimul cum Mannâ Moyſis virgam
B ſeruatam abſcondi: quis in Mannâ Diuinam Eucharistiam exprimi ignoret? huic igitur adiungenda ſimul erat Moyſis virga, hoc eſt Epiſcopalis poteſtas, vt omnibus innoteſceret, eâdem prorſus honorificentiâ habendum Epiſcopi nomen, quâ ipſe Chriſtus ſacroſancti ſpecie panis inuolutus habetur: an non hoc ipſum Seruator ipſe aperuit, cùm pronunciaret, *Qui vos audit, me audit*: quam loquendi normam hoc planè modo in Apoſtolicis Conſtitutionibus Sanctus Clemens interpretatur, in Conſt. Ap. l. 2. c. 20.
in quibus alibi ſæculares viros admonet, vt amore, timore ſuum proſequantur Epiſcopum, veluti Dominum Parentem, Magiſtrum ſalutis; quod idem præceperunt Apoſtoli, aſſerentes Hyerarchici ordinis viros, non hominum, ſed Numinum inſtar honorandos, cùm populis veluti Deos addixerit illos Deus, eodem planè more, quo Moyſem Pharaonis Deum renunciauit.

Non abſimili formâ, Mauritium Cæſarem Diuus Gregorius adhortans ad Hyerarcharum venerationem, præceptum illud, Moyſis voce pronunciatum, Deo mandante perpendit *Si latet fur, domus applicabitur ad Deos*, vbi aduertens Deos Exod. 28. 8
C à Deo compellari illos veteris Synagogæ myſtas, qui futuros Eccleſiæ Myſtagogos præſignabant, illud aptiſſimè deducit, *nam per Moyſem, de eo qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur, applica illum ad Deos, id eſt ad Sacerdotes; quid mirùm, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos, ipſe etiam Deus appellat?* Vt ergo ab Epiſcoporum obſequio iure meritò diſcedas, Deo ſolo ſis minor. S. Greg. l. 4. ep. 3.

Quàm igitur meritò Diuus Bernardus arbitratus eſt, nullo poſſe rationis ementitæ prætextu, venerationem Epiſcopis debitam præteriri; ſcribens etenim ad Adamum Monachum, qui nulla petitâ facultate, e ſuſcepto ordine ad alium proceſſerat, poſtquam ei dixiſſet, primi Ordinis Abbatem à ſe contemptum, facilè in querelas & dolorem induxiſſe, illud etiam ſubdit, *Poſſem & Epiſcopum, cuius nihilominus quia non fuit expectatus conſenſus, inexcuſabilis eſt & contemptus, cum ad ipſos, & de ipſis Dominus dicat, qui vos ſpernit, me ſpernit*: ex his conſtat tanto D. Bern. ep. 7.
D Deum amore ergà Epiſcopus ferri, vt non corde ſolùm, ſed præ manibus ipſos habeat & geſtet. Quid illuſtrius ad rem hanc clariſſimo illo aſpectu, qui in Pathmos Eremo dilecto Diſcipulo fuit, Deo explicante, repræſentatus? In ſolio ſummâ cùm Maieſtate aſſidentem Filium Dei ipſe proſpexit, aliaque ipſi circumſtantia, quæ ſtuporem ſimul & terrorem ſpectantibus inferebant; ſed præ alijs omnibus illud conſideratione digniſſimum, *Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem*. Septem hæc ſydera, vt ex communi Sanctorum Patrum ſuffragio diximus, ſeptem erant Aſiæ Epiſcopi, quorum nomina ibi recenſentur; ex ſuæ dignitatis lumine ſtellæ ipſi vocantur; ſtellas autem iſtas pretioſiſſimas veluti gemmas præ manibus gerit Deus, vt, quoniam tantâ venerationis ſpecie ſupremum Numen illos honoret, nullus ſit, qualicunque muneris ſplendore conſpicuus, qui eas venerari & obſequi dedignetur. Apoc. p. 1.

Ideò autem Hyerarcharum exiſtimatio & fama cordi Deo eſſe videtur, vt quamuis aliquando à rectâ morum lege deflectant, adhuc tamen eorum famam tueri, honeſtatemque ſeruare ſollicitâ curâ contendat: ad hoc ſignificandum, cùm ſitien-

tis

tis populi tumultum tranquillaturus, Moyſi præcepit Deus, vt petram alloqueretur, A
Num. 20. *loquimini ad petram* à conſueto fidei ardore diſcedens Moyſes, omiſſis ad petram diuinitùs præceptis verbis, bis eam virgâ percuſſit, vt populi ſitim aquis impertitis extingueret, ſi ſic laborans defecit à Deo Moyſes, & nihilominus vberrimi fontes, Deo præcipiente de ſilicis verberati ſinu fluxerunt; mihi quidem pro exploraro eſt, maius extitiſſe miraculum, vt incredulo Moyſi petra illa parèret, quam quod eadem petra ex areſcentibus ſuis vberibus tanta redundantium aquarum fluenta populo anhælanti largiretur; ſpiritus enim quo miracula viuunt, fides eſt, adeòque, vt ſine ſpiritu vita hominis cadit, ſic abſque fide prodigia ſtare non poſſunt; habes ab argutiſſimo rerum ſacrarum Magiſtro Auguſtino rationem, cur increduli Moyſis precibus exoratus Deus prodigioſas vndas tam affluenter reſerauerit, ſcillcet, ne ſui adminiſtri nomen & fama apud illas gentes aliquâ vitij maculâ laboraret, priorque illa ſanctitatis opinio non conceſſo aquarum beneficio deni-
D. Auguſt. ibid. greſceret; *Infidelis exauditur, ne Sacerdos contemnatur.* ſic elegantiſſimè Auguſtinus. Vide hic Diuini amoris exuberantiam, quâ Hyerarcharum famæ honorique per prodigia patrata conſulitur! B

Nec longè aliter cùm Aaron egit Deus, cùm non leui criminè reus diuinæ legis lineam tranſilierit. capitalem enim labem vulnuſque mortiferum, ex Theologorum Sanctorumque conſenſu, Aaron admiſit, cùm ab aurei vituli ſuperſtitioſo cultu populum ſibi traditum, nullâ arte nulloque niſu remouerit; in pleroſque neglecti Numinis vindex ira deſæuijt, viginti tribus millibus cruentâ internecione dele-
Exod. 32. 6 tis, cùm in tantâ ſuppliciorum acerbitate Aaron impunè degeret, & ſecurus; rurſus annon in Moyſem obmurmurans, cum Mariâ ſorore pariter ipſe peccauit grauique crimine ſe obſtrinxit? & nihilominus tota pœnarum moles in ſororem Mariam deuoluitur, ideòque elephantiaſi obducta, turpiſſimè vexabatur, cum alia ex parte longè ab omni tenui ſupplicio fuerit Aaròn, qui criminis conſors, ſupplicij conſortium merebatur. Quantùm Hyerarcharum famæ opinionique ſeruandæ allaboret Deus, hic apertè oſtenditur! in ſupplicij partem non vocatus cum ſorore C Aaron, ne futuri Sacerdotij miniſterium, quod in ipſo deſcribebatur, ex incuſsâ pœnarum maculâ de priſtino fulgore deperderet, & tam ſacri muneris venuſtas elephantiaſis impreſſione ſordeſceret; ſic ad hanc rem explicandam, aureus Ioan-
Chriſ. ho. 3 in epiſt. ad Chor. Theodor. quæſ. 5. in lib. Num. nes, & Theodoretus conueniunt his verbis, *Quare cum ambo contestati eſſent, ſoror ſola pœnas luit? cur non & Aaron? Quoniam leproſus ſecundùm legem immundus eſſe videbatur, Aaron autem radix & origo ſacerdotum, propterea & Deus parem pœnam non inflixit, ſed per ſororem terruit.*

§. II.

QVid igitur mirum, quod ſæculis ætate deuolutâ præteritis, cùm Hyerarchicæ dignitatis fulgor adhuc effloreſceret, eiuſque pulchritudo nondum decolorata deficeret, Myſtagogiæ ſacræ Principes ſupremis & inuſitatis honoribus D afficiebantur, vt egregius ſacrorum Annalium concinnator tradit Cardinalis Baronius? Genibus poſitis ante eos aduolui; pedibus eorum oſcula dari, crucibus elatis obuios illis procedere populos, in Eccleſijs Antiſtitum ſede præcellentibus;
Baron. ann. 375 non inſignia ſolum, vti nunc quoque temporis facimus, ſed imaginem quoque
ann. 393. Epiſcopi ſpectandam apponere, natalem Hyerarcharum diem anniuerſaria feſtiui-
ann. 401. tate recolere, in Luſitaniâ, quis credat? Diaconis ſuccollantibus, triumphalis in
ann. 411. modum pompæ, Myſtagogum deducere; eò demùm vſque honorificentiæ & exi-
ann. 451. ann. 570. ſtimationis Epiſcopale nomen acceſſit, vt ſimplex illorum fides iuris iurandi vim
ann. 675. ann. 447. haberet, adeò vt, non alio verborum auxilio ſuas voces roborare cogerentur: nullus è probis probatiſque Catholicis erat, qui vel ſanguine vel titulo præſtantiſſimus ad Epiſcopi præſentiam non ſe venerabundus ſiſteret, ſummamque illi obſeruantiam deferre niteretur; maximis enim quibuſcunque honoribus illuſtrentur laici viri, ſceptrum vibrent, purpurâ geſtiant, ſemper tamen hoc illis vel inuitis hære-
ann. 869. bit, vt ſint ſui Paſtoris oues, eiuſque veſtigia obſequenti & alacri greſſu ſequantur,

A tur, qua dicendi formula Baſilium Tertium Cæſarem allocutum fuiſſe Purpuratus Baronius refert.

Illud tamen inficiari minimè velim, quod hæreſum & ſchiſmatum graſſantium vi, turpiſſimis diſceptationibus & controuerſijs inter Epiſcopos exortis, nonnulli qui doctrinas à perſonis diſtinguere, & Catholica dogmata ab Hæreticis ſeiungere neſciebant, ſacros Hyerarchici Ordinis lythurgos contemptui habere & nihili ducere conſueuerunt. de quo grauiter ingemiſcens ſcriptorum propè omnium clariſſimus Nazianzenus Gregorius illud non ſine lacrymis intonabat, tantæ culminis dignitatis ad inanem iam redactam nominis vmbram deſpicatiſſimo loco haberi; *Hac inquam tempeſtate, qua mutuo bello membra inter ſe conflictantur, ut perijt quantulumcunque reſtabat charitatis, nomenque iam inane Sacerdos eſt, effuſo videlicet in ipſos quoque Principes contemptu.* Sic tantus Orator: in quæ iam erumperet ſanctiſſima iracundiâ percitus idem Doctor, ſi inter fidei ſanctiſſimæ Monumenta, conſentientibus in vnum eundemque animum pietatis cunctis Hyerarchis, tam væ- B cordi immanique contemptu deſpici videret, non ſupremis tantùm à viris, ſed ab ipſa hominum plebe, atque auræ popularis arbitrio? quibuſnam ipſe fletibus Eccleſiæ detrimenta proſequeretur, dùm ipſimet Sacerdotes & Clerici, qui ad Antiſtitum obſequium, iureiurando fidem ſuam obſtringunt, quibuſque adeò Hyerarcharum honeſtas & fama adeò cordi eſſe deberet, vt ad illius defenſionem, res ſuas ipſamque vitam obiectui eſſent, exemplo alijs præeunt, vt negligantur, & deſpicatiſſimi habeantur? quibus ille gemitibus, ad afflictos decurrentis mores ætatis, aſtlueret, dum plerique non deſunt, qui, cum Hyerarchicæ dignitati proſpicere, ſuaque illam authoritate amplificare teneantur, & veluti clypeo elato, ab hoſtibus aggreſſam tueri, nihili eam ducunt, adeò vt mediocris notæ Proceribus illam poſthabere contendant, tam *indignâ* perturbatione ſacris profana miſcentes? ad hanc nullam gradibus habitam rationem, vnuſquiſque è Præſulibus illud vſurpare poſſet, *filij matris meæ pugnauerunt contra me*, illudque è Sancto Iob formidandum accidiſſe arbitraretur, *Ducit Sacerdotes ingloriosos*. Quàm magnis hæreant C implicati erroribus iſti, & quàm deformem ſuo nomini notam inurant, ex hoc facilè colligere poſſent, quod, cùm Epiſcopos inter & animas nexus quidam intercedat, quo veluti Pater cum filijs alligatus, Epiſcopi honor ad ſe ipſos adeò refertur, vt ab illius obſeruantia nemo ſe poſſit eximere, quinam contemptus partem ipſe etiam filius aduocetur: inglorius amat videri, qui Hyerothelicæ gloriam obſcurat, ſibique illius contemptus maculam imprimit, quâ Lithurgicam dignitatem denigrare contendit; an non ex Eccleſiaſtico habetur, *Gloria enim hominis ex honore Patris ſui, & dedecus filij Pater ſine honore*. Sed clariùs hoc idem, vt magis erubeſcant, in ſequentibus hoc mihi explicandum ſupereſt, enumeratis adhuc remplurbus exemplis, quibus non Principes tantùm Catholici, ſed ſuperſtitioſi idolorum cultores, nos anteiuere: illud tamen omittere piaculi loco ſit, me hîc cum Ioanne Chryſoſtomo ſolemniter obteſtari, venerationem hanc, debitoſque iſtorum Epiſcopis honores, non à me hîc exigi, ac ſi illorum vtilitati, beneficioque vertantur; D inutilia ſunt enim illis ad gloriæ immortalis adeptionem obſequia gentium, quin imò, vt hæc illos à ſalutis ſecuritate diſtrahunt, ita in ſolo contemptu vera ſempiternæ famæ corona reponitur: ex illis potius, populorum commodo ſalutique conſulimus, tùm quià Hyerarcharum honores ſibimet tribuit Deus, illorumque menſurâ, præmia pœnaſque metitur, tum etiam, quia ſi huiuſmodi obſequia defecerint, magnum patet criminum ſeminarium, & indelectâ ſcelerum reſeratur origo: Quàm egregiè ad hoc Chryſoſtomus: *Hoc nempè eſt malorum omnium cauſa, quod Rectorum authoritas perijt, nulla illis reuerentia habetur, nullus honor, nullus me[illegible] tus, &c.*

D Greg. Naz. apol. 1. de eius fuga.

Cant p 5 Iob. 12.

Hom. [illegible] in 2. ad Tim.

A Princi-

A Principibus etiam Viris honorandos Epiſco- A
pos pluribus exemplis confirmatur.
Cap. VII.

Syneſ. de regad Arc. QVodcunque Politicum opus Religione ſolâ fundatur: ſtylobata, quâ firman-
tur imperia, Pietas eſt, ait Syneſius, illiuſque virtuti quæcunque alia vi-
uendi moles innititur: tolle pietatem ex vrbe aliqua, inextricabilis erit labyrinthus,
& vitijs veluti monſtris confertum nemus: pietatis eſt efferos effrænesque animi
metus compeſcere, populis ſalutem, tumultibus præſtare tranquillitatem: pietas
eſt, quam virtutes aliæ concordi ſuffragio venerantur, & obſequia ei veluti Prin-
cipi tribuunt in vectigal: quàpropter iuremeritò naturali quâdam incitatione ad
illam vix natus homo vocatur, adeò vt hanc certam legem ſcripſiſſe in eius animo B
videatur Deus, cuius ductu ad veri Numinis cultum, eiuſque Myſtarum obſequia,
dulciter ſimulet potenter accedit.

Sicut autem cæteris alijs hominibus Numinis benignitate Principes præſunt, ſic
etiam præcellere alijs hâc virtute debent, vt non tam grati animi oſtendant imagi-
Liu.hiſt.l 5 nem, verùm etiam vt ſibi ſuiſque commodis vtiliori conſulant viâ: fœlicitas, teſte
Ariſt.l. 5. polit. Liuio; eorum ſemper eſt qui Numen colunt, & plurima Ariſtoteles enunciat bene-
ficia, quibus Religioſi Diuinitatis cultores abundant.

Vt igitur ad Præſules Numinis adminiſtros honorandos cogerentur Principes, eoſ-
que illorum obſeruantiam edoceret, præcepit Diuinus Legiſlator, vt ab ipſis Di-
uinæ Legis exemplar aſſumerent, & nunquam à ſuo aſpectu dimouerent. Hinc
Deutr. 17 18. nulla gens, nulla natio fuit licet barbara, omnique morum cultu aliena, cuius non
tàm plebs, quàm Principes obſequentiſſimos ſe Hyerarchis oſtenderent, eò quòd
in ipſis ex Diuinarum rerum adminiſtratione, quam obibant, Numinibus ipſis cul- C
tum præſtare ſibi viderentur.

Non hic mea mens eſt, ne faſtidioſus videar & acerbus, innumera congerendi
exempla, quibus obſequia deſcribantur, ipſis mendacium Deorum adminiſtris im-
pertita: ſatis ſuperque tùm ſacræ tùm profanæ hiſtoriæ nobis illa ſuppeditant, abun-
dèque illis ditescere quis pro arbitrio poterit ex luculentiſſimo rerum Eccleſiaſti-
Baron ann. 57. carum ſcriptore Cardinali Baronio: illud quidem Socratis dictum à Xenophonte
Xenoph. l. 3. de fact. & dixt. ſocr. relatum aptiſſimè hic mihi ſubſcribendum videtur: *Quod ab omnibus gentibus ob-
ſeruatum eſt, id non niſi à Deo ſancitum eſſe, dicendum eſt.*

Illud tamen omittere nullatenus licet, quod è recentioribus clariſſimus quidam
de re politica Scriptor memoratum reliquit, ex quo, ſi exerceretur, non tantùm
in Eccleſiam magnus honor, ſummaque tranquilitas, ſed in Principes pariter au-
thoritas maxima deriuaretur. De Alexandro Seuero illud ipſe narrat, tantâ æſtima-
tione obſeruantiâque Liturgos omnes, & ſacros augures habuiſſe, vt ſua reuocandi
mandata ſuaſque deſtruendi leges, copiam illis faceret, ipſorumque arbitrio D
cauſas omnes committeret; vtilitates poſteà recenſens, quas ex huiuſmodi obſe-
quio deducebat, ſubdit, *Bona ſubmiſſio non minuit, ſed auxit principale culmen in-*
Iuſt. Lipſ. demonit. & exempl. polit. monit. 4. *frà religionem id poſuiſſe.*

l. 1. c. 28. Ex iſta pariter reuerentia, quam mendaciſſimorum Numinum cultores ſuperſti-
tioſo & turpiſſimo Sacerdotio exhibebant, illud in Conſtitutionibus Apoſtolicis,
Diuino afflatus ſpiritu Diuus Clemens Pontifex collegit ſcitu digniſſimum. *Quan-
tò eſt iuſtius nos, quorum fides clariſſima & ſpes vera, qui promiſſum præclarum &
ſempiternum, & quod fallere non poteſt expectamus, per eos, qui nobis præſunt, hono-
rem Deo deferre, ità vt Epiſcopos os Domini eſſe arbitremur.* An non noſtram eru-
beſcentiam nuſquam interituram prouocaret, ſi in huiuſmodi ſacris viris obſeruan-
tiâ deferendâ, nobis infideles præcellerent? Inexcuſabile profectò eſſet ad cæleſte
Tribunal crimen noſtrum, & nobis veram religionem minoris ducentibus, quam
Cryſ. hom. 65. in Gen. illi mendacem, æternum Chriſtiani nominis eſſet opprobrium: *Ne ſimus*, audiatur
hìc aureus Ioannes, *deteriores infidelibus, qui propter errorem Idolorum ſuorum, ad-*
huc

hue tantum culmen exhibent eorum Sacerdotibus, ſed quantùm diſtant error & veritas,
A *tantùm diſtant illerum & Dei Sacerdotes.*

Hoc eodem argumenti fulmine faſtum arrogantiamque Mauritij Cęſaris Ponti- D. Greg l. 4.ep. 51 relat. in c. Sacer. 41, 22, q. 1.
fex Maximus Gregorius Magnus concuſſit, cùm Epiſcopos minori, quâ par erat ob-
ſeruantiâ proſequereretur: quàm palmare crimen in Catholico Principe eſt, ſic ille
aiebat, nullo Hyerophantas pretio habere, cùm Conſtantini anteceſſores Auguſti
lignea ſaxeaque ſimulacra ſummâ religione colentes, *Eorum Sacerdotibus honorem*
maximum tribuebant!

Omittendum pariter mihi videtur, quod de obſequijs ab Iudæa Gente, Sacerdo-
tibus ex Aarone fluentibus exhibitis, produci poſſet in medium; ſed è tot tantiſ-
que ſilentio prætermiſſis, inuoluere non licet illud, quod de Macedone Alexandro,
ab Hebręo Ioſepho, alijſque Scriptoribus memoratur: Magnus hic exercituum Ioſeph. L. 11 ant. c. 8.
Ductor, & bellicis adoreis clariſſimus Heros, Gazâ Tyroque, fortiſſimâ obſidio-
ne ſubactis, ad expugnandam Hyeroſolimæ Vrbem ſuâ inſoleſcens potentiâ acce-
B debat, Iaddi ſummi Pontificis conſtantiam ſuâ violentiâ perfracturus: tantam hic
armorum molem excipere pari marte non valens, Diuino conſilio fretus, ſtatuit
extremum malum extremo periculo, vel eludere, vel euincere, experimentum
facturus, an pietate potentiam, & faſtum victoriarum religionis ſanctitate poſſet
extinguere; Pontificalium igitur veſtium pompâ indutus, cunctiſque Lithurgis ſua-
rum nitore veſtium effulgentibus, candidiſque pariter togis toto populo conueſtito,
decretâ ſupplicatione, inter ſacras & inuſitatas huiuſmodi acies, omnium primus
Alexandro Duci obuius, ſingulari plenus maieſtate proceſſit. Vt primùm ad eius
aſpectum bellator Macedo acceſſit, ſacræ veſtium ornamenta admiratus, (& maxi-
mè capitis Cydarim opere Phrigio elaboratam, palliumque hyacintinum) eius
ſpecie obſtupefactus, & auguſtum in eo quiddam atque diuinum intuens, feritate
depoſitâ, ex equo deſilijt, conceptâque irâ in admirationem conuerſâ, primus ad
obſequium Pontificis citato gradu feſtinauit; vexillis inde purpureis & atris, qui-
buscædes & funera præſignabat, in candida & pacifica immutatis, ſimul cum Pontifi-
C ce Vrbem Templumque ingreſſus, non alio more, quàm quem Pontifex indixe-
rat, ſacram Deo hoſtiam litauit: facinus enimuerò, cuius vi, Regum & Dinaſta-
rum, qui tùm aderant, animi obſtupuerunt, cùm impotentem bellatorem omnium-
que populorum imperium ſpe deuorantem, ſolus deliniuit inermis homo, maxi-
miſque ab eo ſuſceptis honoribus pietate eum vicit, ferociam ſanctitate ſubegit:
ſed magis illud admirabile eſt, & prodigij portentique loco ſimillimum, quod Par-
menioni poſteà aperuit, cùm tàm expeditæ faciliſque manſuetudinis cauſam explo-
raſſet, *Ille enim*, ſic Hiſtoricus Ioſeph, *non hunc ſe adoraſſe reſpondit, ſed Deo,* Ioſeph. Hebræus 16. c. 8.
cuius Pontifex eſſet, honorem eum exhibuiſſe.

Nondum eò temporis, ad ſupremos gradus, honoreſque Diuinos, humanam
caducitatem euexerat Deus homo, nondum voce, exemplo, ſanguine ſalutis viam
reſerauerat nobis, formidandum illud nondum pronunciauerat de Hyerarchis lo-
quens, *Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui vos audit me audit*: Veri Numinis Author. para. mor. p. 2. par. 33. & 34.
D ignarus penitus erat Alexander Macedo: faſtum hic nutu ſpargebat turgidus, eâ-
que ſuperbiâ æſtuans è victorijs, quas toto Oriente collegerat, quam alibi in mo-
ralibus paradoxis explicauimus: è tot tantiſque tenebris, naturali tantùm lumi-
ne illuſtratus agnouit venerationem Dei adminiſtris exhibitam, ipſimet Deo ex-
hiberi. Supremâ mundi die, ad noſtros Principes condemnandos, Princeps hic Ido-
lorum cultor aduocabitur; iſti namque licet Chriſtianæ fidei, pijſſimo ſacra-
mento obſtringantur, non ſolùm promeritos Epiſcopis honores impertiri recuſant,
ſed in eorum depreſſione & contemptu ſuæ faſtigium dignitatis adſtruere & ampli-
ficare conantur: Quantùm à recta via deceſſerint, & quantam ſibiipſis inuſſerint D. Greg. l. 7. ep. 30.
iniuriæ notam, illud ſatis ſignificabit, quod ſanctus Gregorius ad Eulogium ſcri-
bens Alexandriæ Heyrarcham, ſcriptum reliquit, honori ſcilicet ſuo Antiſtitum ho-
norem tribuere, ſibique ſuadere, tantùm ſibi ſubtrahi dignitatis, quantùm illis
debitæ honorificentiæ minuebatur.

§. I.

A

PArentem, Paſtorem, Præſulem, Magiſtrum Principum ſimul & populorum, Epiſcopum eſſe quis ambigat? atque adeò obſeruantia omnis, ad eius cultum impendenda eſt, vtpotè qui præſtantiſſimâ dignitate præfulgeat: id autem non apud Principes tantùm religioſos & pios inualuit, ſed apud illos etiam, quorum moribus allatrat fama, quorum nomina mordentur à ſæculis: enumeratis exemplis hoc planè conſtabit.

Chriſtiani nominis infenſiſſimus hoſtis, Idolorumque cultor addictiſſimus Aurelianus, tam magno pretio Catholicos Hierophantas habuit, vt horum operâ in Epheſina Synodo, ex Antiocheno ſolio, deturbato Paulo Samoſatheno turpiſſimo hæreſum magiſtro, cum eius Cæſaream poteſtatem inuocaſſent, vt illum de Epiſcopali ſede depellerent, illud Cæſar, teſte Diuo Athanaſio ſubſcripſit, *Id eſſe debere ratum, quod vnà cum Renato Epiſcopo, Italiæ Chriſtiani*, (ideſt Epiſcopi) *decernerent*. B Proh Deus! quonam illuſtratus hic lumine fuit, vt primatum Vaticanæ Eccleſiæ cognoſceret, vt Conciliorum authoritatem, poteſtatemque Epiſcoporum approbaret, vt hæreſim velut animorum & gentium luem damnans, Catholicæ Fidei, cuius interitum vaſtitatemque meditabatur, amantiſſimè ſuffragaretur? quis Cæſareum calamum rectâ adeò regulâ duxit, vt characteres illos exararet, quibus Epiſcoporum dogmata ſtatutaque probantur? quis hic ſingularem Dei afflatum non agnoſcat? quis hic Antiſtitum contemptores non arguat, tacitâque obiurgatione corripiat?

D. Athan. lib. de Syn.

Haud minoris admirationis mihi eſt, quod Alaricus Gothorum Rex de Codice Theodoſiano decreuit: licet enim Arrianâ hæreſi ſordeſceret, noluit tamen, vt publicæ luci daretur, antequam cenſoriæ Epiſcoporum virgulæ ſubijceretur, vt lydio veluti lapide leges illas probarent, probatas eligerent, electaſque ſuffragio ſuo firmarent. Quid hìc de nonnullis Proceribus dicendum, qui ſuo arbitrio indulgentes, leges exleges ſtatuerunt, Eccleſiaſticæ pietati, Antiſtitumque dignitati, C animarum ſaluti penitùs aduerſantes?

Baron ann. 506. com. 8.

Principis huius veſtigijs promptè adhæsêre Ludouicus & Carolus è Galliarum Principibus, qui cum Lothario Cæſare de Galliarum Regno diſceptantes, Epiſcoporum arbitrio, illorumque conſilijs ſe commisêre, ne recto à tramite deflecterent, eâ opinione ſubnixi, vt eorum ſententiæ, tanquam è Cælo diuinitùs immiſſa oracula eſſent: adeò autem, eâ ætate, apud Galliarum Principes, Epiſcoporum veneratio ſe amplificauerat, vt nunquam grauiſſima Regni negotia peragenda capeſſerent, ni prius ab Epiſcopis petito acceptoque conſilio, ex eorum vocibus Diuinum placitum exploraſſent; quem commendatiſsimum morem ſi nunc temporis Europa obſeruaret, non atroci adeò lue, bella graſſarentur, hæreſique & impietate triumphatâ, Fides Chriſtiana floreſceret.

Baron 800. 41.

Illud etiam de Gaina Gothorum Duce Theodoretus memorat: licet enim Arrianâ hic hæreſi imbueretur, temperare ſe tamen non potuit, quin longo viarum interuallo obuius procederet Conſtantinopolitanæ Vrbis Protopræſuli aureo nempe cognomento Ioanni, Arrianæ peſtis acerrimo profligatori, filijſque præceperit, vt ad eius obſequium ſupplicum more deuoluti, eius genua oſcularentur. D

Theodoret.

Quid de Maximo dicam? ſæuiſsimâ hic licet Tyrannide inſoleſceret, Diuum Martinum Turonenſem Antiſtitem conuiuio excipiens primam illi ſedem adſcripſit, ſecundâ ſibi appoſitâ, Diuinoque conſilio id factum eſt, vt in ipſo debitæ huius venerationis documentum Catholici Principes ſortirentur.

Solpit. in vit. s. Mart.

Conſtantinus itidem Magnus, tàm admirandâ obſeruantiâ in Nycena Synodo Epiſcopos coluit, vt ex illorum ſedibus Regale ſuum ſolium dimouerit, humilique ſellâ contentus noluerit in eâ aſsidere, vſquequo Epiſcoporum precibus peramanter coactus, illorum monitis obtemperauerit; ex ipſis Concilij actis res geſta hoc ſtylo narratur; *Simul ac verò ad ſummum locum venit, primùm in medio conuentu erectus conſtitit, ac cum parua quadam ſella ex auro fabricata, illi eſſet in eo loco poſita, non priùs conſedit, quàm Epiſcopi id annuerunt*. Hæc de Conſtantino,

Conc Nyſ. c. 10.

cuius

Digitized by Google

A cuius id temporis in Orientem æquè ac Occidentem porrigebatur Imperium.
Idem Conſtantinus, cùm è ſuggeſtu ad populum ab Antiſtite concio haberetur, Euſeb. de v. Conſt. l.4.c.10.
ſtante, vti tunc moris erat, toto populo, ſtare pariter acquieuit, nobilique ſede,
quam ad eius venerationem Maieſtatis geſtauerant, reiectâ, eodem quo populus
gradu, ſermonem dicentis excepit; hic me interrogare liceat, quinam potentiori
ſtylo populi animum ad pietatem conuerteret, Epiſcopus, ne ſuæ cum vi eloquen-
tiæ, an ſuo cum pondere exempli Magnus hic Cæſar? ſedem & quidem nobiliſſi-
mam reiecit, ſed illius loco auream immortalemque conſtruxit illi fama, vbi per
totum Chriſtianum Imperium Conſtantini nomen aſſurgit; è Cæſare Magiſter effe-
ctus, ex illa contempta ſede Principes ſubſequentium ſæculorum edocuit, non
alibi, quàm in Epiſcoporum obſequio veram gloriam & populorum famam re-
periri.
Cum è Presbyteri gradu, ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam, ſuarum virtu- Sur. in vit. 27. c. Ian.
tum ſuffragio, Ioannes cognomento Chryſoſtomus aſſurrexiſſet, non Vrbis tan-
B tùm Proceres & Regalis Aulæ Purpurati ad eius obſequia properarunt, ſed ad eum
inniſendum, ipſemet Cæſar Arcadius, obſequentis in morem acceſſit: illud etiam
ſingularem conſiderationem efflagitat, quòd cùm Eudoxia Cæſariſſa eius vxor, im-
potentis animi, maſculæque ſuperbiæ fœmina, quæ poſteà ex altercationibus cum Baron. ann. D.401.
Chryſoſtomo habitis ſæuitura in ordinem Hyerarchicum credebatur, officioſâ vi-
ſitatione à ſanctis viris Ioanne Cæſareæ Archiepiſcopo, & Porphirio Gazæ Anti-
ſtite fuiſſet excepta, eo planè tempore, quo puerperio proxima omni prorſus motu,
metu partus abſtineret, prior ipſa fuit, quæ amantiſſimis ſalutationibus illos compel-
laret, Diuinæque benedictionis theſauros ab ijſdem expoſtulans ait: *Benedicite Pa-
tres*. Strato inde aureo quieſcens, illud addidit, *Parcatis mihi velim venerandi
Chriſti adminiſtri, ſi partus onere præpedita, obuia vobis haud fui; me namque iure
decebat, vt Sanctitatem Veſtram foribus exciperem, exceptamque venerarer*: Habent
hic minoris pretij Principes fœminæ quid addiſcant, habent etiam aliæ quo eru-
C beſcant, quarum ea audacia eſt, vt cum Epiſcopis degentes, maiores illis videri ve-
lint, ijſdemque inſolenti ſuperbiâ præcellere.
Haud minor his eſt Cæſar Valentinianus Auguſtus: hic Electores ſacros adhor- c. Valerian. 63. dıſt.
tans, vt Eccleſiæ Mediolanenſis regimini meritiſſimum Præſulem ſufficerent, ſan-
ctiſſimas illas voces enunciauit, quas aureo charactere exaratas, imprimere ſibi
deberet in animo è Catholicis Principibus quiliber. *Talem itaque in Pontificali
conſtituite Sede, cui & nos, qui gubernamus Imperium ſincerè noſtra capita ſubmitta-
mus, & eius monita, ſi tanquam homines deliquerimus, neceſſariò velut curantis
medicamenta ſuſcipiamus*.
Illud etiam de Solenardo Hiſpaniæ Rege Quarta Toletana Synodus refert, quod
cùm ſacram Diuæ Leucadiæ ædem, vbi ſimul collecti morabantur Antiſtites, cùm Baron ann. Dñi.634.
Regni Proceribus ingrederetur, poſt præſtita humillimę demiſſionis obſequia, co-
ram ipſis humi deuolutus, ardentiſſimis eos precibus obſecrauit, vt Deo ſe, ſuaque
commendare dignarentur: ſingulari dein veneratione adhortatus illos eſt, vt iuxtà
D ſacros Canones cuncta dirigerent, directaque ſtatuerent, cuius facinoris iuremeritò
ait Magnus Scriptor Baronius, æternam habendam eſſe memoriam.
Nec abſimile huic illud eſt, quod Leo Caſtrenſis in vetuſtiſſimo Codice Ordinis Leo Caſt. in c. 49. in lib.
Benedictini inueniſſe teſtatur: Reges ſcilicet Hiſpaniarum, Epiſcoporum Syno-
dos tanquam Numen adeuntes, ad eorum genua atque pedes toto corpore ſterne-
bantur, pauimenta illius domus oſculantes, nec vnquam è ſolo vbi ſtrati iacebant,
abſtrahi patiebantur, niſi priùs è ſuis ſubſellijs Antiſtites aſſurgentes, ſtratos Prin-
cipes ſuis manibus attollerent, elatoſque Regijs ſedibus collocarent.
Tanti in partem honoris accedant & Galliæ Hyerarchici nominis obſequentiſſi-
mę; quis enim, Helgrado referente, neſciat Robertum Regem, admirandâ men-
tis & corporis demiſſione Epiſcoporum conuentibus adeſſe conſueuiſſe? nec ſe tan-
tùm minimo quoque illorum Lithurgo minorem pręſtabat, ſed, vt ex apparitoribus
vnus, ad imperantium nutus promptus alacerque manebat: illud autem inter alia
memoratu digniſſimum eſt, quod cùm Lambertum Lingonienſem Epiſcopum Baron. ann. 1004.
pręe pinguedinis, quâ laborabat incommodo, ſuſpenſis in ſedendo pedibus, non

paui-

pauimento quieſcentem conſpiceret; miſertus illius, eiuſque moleſtiam ægerrimè ferens, ſcabellum inuenturus perſonaliter abiuit, inuentumque, cunctis admirantibus, eius pedibus venerabundus appoſuit. A

Parem quoque ergà Epiſcopos obſeruantiam in Francofurtenſi Synodo collectos, poſt duos annos Rex Germaniæ Henricus exhibuit: Epiſcopos enim ibi coactos pronâ tantùm ceruice, vultuque demiſſo alloquebatur, eoque fixus gradu, nunquam dimouebatur, quoad vſque Moguntini Hierotheleſtæ, in cuius diœceſi degebat imperio & manibus erectus aſſurgeret: cùm autem neſcio quid ab illa Epiſcoporum Synodo poſtularet, memorandâ hâc dicendi formulâ vſus fertur: *Ob hoc Sereniſſimam veſtrimet interpello pietatem*.

Bar. an. n. 106.

Sic etiam de Tertio Baſilio Orientis Cæſare ſcribitur in Conſtantinopolitana Synodo, Hadriani Secundi Romani Pontificis authoritate coacta, tùm re, tùm verbis obſeruantiſſimum Epiſcopis morem geſſiſſe; quod longâ narrationis ſerie productum ab Anaſtaſio Bibliothecario, breuiorique redditum ſtylo à Cardinali Baronio, poſterorum oculos excitat vt legatur. B

Anaſt. in Adr. 2.

§. II.

Sax. Hiſt. Dan. c. l. 11.

VT igitur ad propoſitum inſtitutum redeamus, de obſequentiſſimo cultu, quem Epiſcopis Principes exhibuêre, Canutus Daniæ Rex, vt videre eſt in Saxo Grammatico, populos ſuos agnoſcens è natiua agreſtium morum craſsitie, minori, quàm par erat, loco habere Hyerarchicam dignitatem, vt primarios ſui Regni Dynaſtas Epiſcopi præcederent, ſtatuit, Ducum eos gradu, prærogatiuâ & amplitudine donans.

Phot. L. 3. Chiô c. 19

Conſtantinopolitani Cæſares, vt aliquis in recentem Patriarcham eligebatur, aureum illi lituum donabant gemmis margaritiſque bacchatum, ditiſſimiſque inſtructum phaleris honorarium equum, cui demùm inſidens Patriarcha, magno tùm Principum, tùm gentium comitatu primarium Vrbis Templum accedebat, fauſtaſque inter exultantis populi voces ſanctiſsimis religionibus conſecrabatur. C

In vit. S. Dunſt.

Inter alia à ſanto Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo geſta illud etiam memoratur, quod ei Regiam aulam adeunti obuius erat Rex vt illum exciperet, ſuâque manu, ſacro illum in ſolio collocabat; qua tamen in re non adeò commendandus ipſe mihi videtur, quoniam, vt aiunt, *de iure*, iuxtà id, quod è Canonum Magiſtris apud Caſſaneum definitur, Regibus multòque magis minoris notæ Principibus, excipere Epiſcopos obſequentiſsimè conuenit, ipſiſque accedentibus, è Regia ſua ſede primus exilire debet, inde dextero ſibi è latere illos aſsidentes habere: quod autem vel à maximis terrarum Principibus plurimum obſequij ſit præſtandum Epiſcopis, vetuſtiſsimus ſcriptor, & in re legali verſatiſsimus Martinus Laudenſis & Panormitanus Abbas conformiter aſſeruêre. Maiori commendationum munere cohoneſtetur à nobis oportet Gulielmus Angliæ itidem Rex; hic enim animaduertens Aldredum Eboracenſem Hyerarcham, eò quòd de re quadam à Rege petita non factus fuerit voti compos, repulſæ iniuriâ non leuiter ſibi eſſe auerſum, ſacris eius pedibus aduolutus, vt culpam repulſæ condonaret, precibus maximis orauit; quod Regni Aulæque Proceribus indignè ferentibus, cùm Epiſcopo ſignificarent, vt illum ad genua ſua procumbentem, ſuâ manu attolleret, illud ipſe ſanctè fortiterque reſpondit, Benè eſt, ſic decet, vt ille ad Petri pedes iaceat aduolutus; quibus verbis, vt annuit Cardinalis Baronius, illud etiam teſtatus eſt, obſequium Hyerarchis præſtitum, Diuo Petro Eccleſiæ Capiti, & Sacerdotalis muneris Chriſto conditori præſtari. D

Caſſ. in catal. glor. mund. p. 4. conſ. 25.

Abb. in c. Solic. & in c. omnes de maior. Mart. Laud. tract. de dignit. v. 10.

Baron. ann. 06.

Quam ad rem aptiſsimè ex Diuo Hieronymo ſciendum nobis eſt, à primis vſque ſalutis Chriſtianæ temporibus, in more populorum fuiſſe, obuiam Epiſcopis venientibus occurrere, ſubmiſſoque ad terram corpore, eorum pedes ſuauiari; quod ſignificaſſe videtur ſanctus Auguſtinus ijs vocibus, *Ad Eccleſiam curris, Epiſcopum videre deſideras, eius pedibus volutaris*, quod etiam Principibus maximis & Regibus vſitatum erat, vt propterea dixerit ſanctus Ambroſius, *Regum colla, & Princi-*

D. Auguſt. ſerm. 10. de verb. Ap. S. Ambr. dign. Sac. c. 2.

pum

A *pum ſubmittuntur genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dexteris, orationibus eo-rum credunt ſe communiri.* Quin ad maiora obſequiorum argumenta Principes non-nulli alacri animo prodiere: Theodoſius enim poſt clariſſimam de Eugenio Tyranno relatam victoriam, ad pedes Diui Ambroſij ſupplex accidit, &, ac ſi triumphi honorem ab eius dexterà excepiſſet, innumeras ei gratias egit, quod idem cum Amphilochio Epiſcopo rurſus feciſſe teſtatur Nicephorus; quantam verò venerationem Valerianus Cæſar, eiuſque Cæſariſſa coniux Sancto Turonenſium Antiſtiti Martino adſtruerent, Fortunati poëſis expreſſit Niceph. l.12.c.9.

Hinc ſede exilijs rapiens ſe Cæſar, & ardens
Martini genua amplectens, pedibuſque volutans
Sic ſuperbum hominem ſe agnoſcere pœna coegit
Imperiale caput Sancti ad veſtigia ſubdens.

Sur. l.3. de vit. S. Martin.

D. Ign. ep. ad Smirn.

tùm de Auguſtâ

Nec Regina pedes ceſſat lacrymoſa rigare,
B *Sternens membra ſolo, ſuſpendens gaudia voto.*

Ad hæc tam illuſtria, tam decora Antiſtitum ornamenta, non datur lacrymas vberi vena profluentes ex oculis temperare, recentia inter hæc ſæcula & antiqua, facili comparatione deductâ, cum ad ea tempora deuenerimus, in quibus Hyerarchicum nomen totuſque Lithurgicus ordo tam humili loco ſit, adeòque inglorius, vt non quidem Principum obſequia iactet, ſed ne Procerum quidem & Dynaſtarum cultum extorqueat: quà propter non eſſe locus admirationi debet, ſi plurimis inde laborent ærumnarum incommodis, imò ſi ſpontè præcipites in magnas calamitates ruant: non rarò ſubiectis à populis ea *ipſis* denegatur obſeruantia, quæ ab ipſis denegatur Epiſcopis: *Principatus* à populis contemnitur, quià à Principibus contemnitur Sacerdotium; veritati certè maximè conſonum eſt, quod Apoſtolorum diſcipulus Sanctus Ignatius ad Smyrnenſes ſcribens aſſeruit *Qui enim honorat Epiſcopum honorabitur à Deo, & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur.*

C Nec, tàm demiſſis obſequijs, quibus enumerati Principes diuites adeò fuerunt ad honorandos Epiſcopos, nomen eorum regalis quid piam fulgoris deperdidit; quin imò regiæ dignitatis lucem tam pia obſeruantiâ amplificarunt, diuinamque beneuolentiam obſtrinxerunt ad illorum fœlicitatem augendam, vt magis efflorescerent, eorumque memoria præconijs & plauſibus exciperetur à poſteris: cùm ex aduerſo Antiſtitum contemptores inhonori iaceant, & veluti Gigantes inſanos fulmine percuſſerit iratum cælum, eorumque nomen ſine nomine obliuione teterrimâ obuoluerit.

Adhoc, vt ſupra ſæculariumPrincipum lucem Hyerarchicus fulgor eluceret, quantùm hàc noſtrâ recentiſſimâ ætate Sanctiſſimi vir nominis Carolus Borromeus adlaborauit! vix de alicuius Antiſtitis aduentu leuis aliqua notio per vrbem Mediolani gliſcebat, vt ſtatim nobiliſſimos aulæ ſuæ Viros obuios ad illum excipiendum mitteret extrà vrbem; inde ad omnium Auguſtiſſimum Templum ducebat, vbi ſolemnibus induti veſtibus eum excipiebant hinc inde Canonici ſtantes, cum innumerâ minorum Lithurgorum turbâ; demùm ad Archiepiſcopale palatium adductos, primarios aulicos ad eius miniſterium addictos habebat: nec ea ſolùm ipſe præſtabat, quæ ad populi aſpectum honorificatum Epiſcopum facerent, illud etiam permittens, vt ſigno ſanctæ Crucis ſubiectis gentibus benè precaretur, ſed enixè etiam ſtudebat, vt eodem honore à Principibus viris afficerentur, adeò vt animaduertens, Taurinenſem Archiepiſcopum ad palatium, quod appellant Ducale, progredientem, ſignum ſanctæ Crucis elatum non præſeferre, abſtinere ſe non potuerit, quin illum de tam inhonorâ omiſſione argueret, illud etiam ſuperaddens, quod vel in ipſoDucis, cubiculo illià non vti dedecebat: frequentiſſimè autem cumDucibus Ferrariæ, Mantuæ, Regiaque Celſitudine Sabaudi Principis degens, vt accedere Epiſcopum audiebat, Ducibus derelictis, obuius illi procedebat, vt populis & Principibus illis exemplo eſſet, doceretque, quà obſeruantiâ eſſent ab ipſis excolendi ſacræ Myſtagogiæ Principes, arbitri ſalutis, Mundi Auguſtales; ad hoc etiam illud conſpirabat, quod Romæ commorans, & Auguſtum Patrum Purpuratorum Senatum ſingulatim de more inuiſens, Epiſcopos ab ſuo comitatu arcebat, ne cùm reli- Ciuſſan. in eius vit. l.8 c.3.

D (margin letter beside "merâ minorum Lithurgorum turbâ")

liqua

ſiqua aulicorum licet nobilium turba verſari cogeretur in procætone.
Quam autem admirationem nobis pariat, ſi ſanctitate clariſſimus vir Carolus, A
vnà cum tot tantiſque vniuerſi Principibus ad ſacras Antiſtitum Infulas tot hono-
rum tributa deuoluerint, ſi vel ipſi mali Dœmones Epiſcopos venerari cogantur,
& ipſis reluctantibus, Hyerarchicum nomen ſupra omnes ſæculi Principes reuerean-
tur? quod olim ab Apoſtolis, primis ſcilicet fidei ſatoribus & Eccleſiarum Epiſco-
pis Seruatori Chriſto dictum fuerat, *Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis*: nunc
etiam, Deo iuuante, in Epiſcoporum iuriſdictione perennat, dùm Epiſcopi ij ſunt,
& ex eorum authoritate minores Sacerdotes, qui ſtygia monſtra ſacrarum poten-
tiâ precum ab Energumenis obſeſſis pellunt, eorum ferociâ miſerrimè cruciatis.
Quid adhæc ſæculares Principes? exerant quidem totam ſuarum virium molem,
ſuæque potentiæ pompam explicent, quæ huic deceat comparari: profectò illum
Act. 19. 15. eundem finem ſortientur, quem illi in hiſtoria Apoſtolorum acta narrante retulere:
vt enim Apoſtolos imitarentur, Chriſti nomine inuocato, ſpiritus exagitatores è
corporibus lymphatorum excutere conabantur, quibus hæc Dœmon reſpondit B
Ieſum noui, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? atque vt effrontem eorum proter-
uiam effringeret, magnumque eis diſcrimen, quod ſacros inter viros & profanos ine-
rat, oſtenderet cunctis, *inſiliens in eos* ſic geſta proſequitur ſanctus Lucas *homo, in
quo erat dæmonium peſſimum & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt nudi,
& vulnerati effugerint de domo illa.*

Vt igitur auitas diadematum gemmas Summi Principes magis illuſtrent, Deo-
que ſimul gloriam tribuant gloriæ conditori, Eccleſiam ſuam ſponſam, quę in
Epiſcopis potiſſimum repræſentatur, honorare apprimè debent: ſimul enim ma-
gnanimos & pios ſe prodent, ſi dignitatem cæleſtibus mentibus ſacram, Tarta-
reis monſtris formidandam ſimul, & venerandam, merita obſequiorum pompa
coronauerint.

Honorandos Epiſcopos eſſe vel indignos. C
Caput VIII.

Psal. 140. 4. HAud me profectò latet, quid afferre communiter aſſueuerint homines *ad ex-
cuſandas excuſationes in peccatis*, vt maculam, quam illis inurit Antiſtitum
deſpicientia, vel abſtergant, vel obſcurent, & vim exemplorum retundant, quæ
ineluctabili robore ad honorem Epiſcopis adſtruendum, depoſitâ veluti aciè cen-
turiauimus. Sanctos ea ætate fuiſſe Antiſtites aiunt, integerrimos, immaculatos,
ideoque non tam dignitatis, quàm virtutum ſplendore, & magis integritate mo-
rum, quàm tituli faſtigio, ſibi populorum beneuolentiam, gentiumque obſequia
aſſequutos: hac autem loquendi formâ ſubnixi Epiſcopos recentes exhibent veluti
ab antiquâ pietate degeneres, alijſque prorſus profanis hominibus non abſimiles;
quà propter alios aiunt, vel ſanguinis obſcuritate, alios ignorantiæ tenebris, alios
corruptelà morum, populorum omnium & maximè Principum obſeruantiam de- D
mereri, nec defuturos Theodoſios, ni deeſſent Ambroſij.

Euanida nulliuſque omninò momenti eſt ratiocinatio hæc, eâque qui vtitur, ne
leuiſſima quidem aſperſum litteraturâ ſe prodit: ne arguatur improbitatis, ſuperci-
lioſum ſe oſtentat, cùm ſimilium criminum non alia ſit origo, quàm tumor immo-
dicus faſtuſque impotentiſſimus: hoc autem mendaciſſimæ rationi innititur, nec
enim arcano Diuinitatis conſilio vlla ætate Præſules defuere, quà nefarijs imbuti
moribus, vitæque ſolutiori vacantes, vt ex hiſtoriarum monumentis habetur, ani-
marum præfecturæ ſtuduerunt, (quod Deo fauente longè alienum eſt ab noſtra
ætate) adeò vt nonnulli fuerint, qui ritus Eccleſiaſticos ſuſdeque miſcere, fidei
dogmata deprauare, inſanâ temeritate tentauerint; ex aduerſo autem noſtris com-
modis tanta beneuolentiâ proſpicit Deus, vt Epiſcopis tùm doctrinà, tum ſanctita-
te coſpicuis noſtra hæc ſecula exornet. Quod ſi adhuc, vt detur benignitati lo-
cus, hoc illis concedatur, illud profectò idem eſſet, quod olim Idololatræ Reli-

A gioni Chriſtianæ obijciebant, malam & nefariam ſcilicet eſſe, eò quod malos & nefarios haberet ſui ſectatores.

Fateor, quod ſi in Epiſcopis reſpicienda tantummodò eſſent, quæ ipſius perſonam decent, mihi nullus ſupereſſet locus querelarum, ſed mihi tantùm contemptum illum tribuerem, quo nomen Epiſcopale populi dehonorant; cùm autem in Epiſcopi dignitate non Epiſcopus ipſe, ſed Chriſtus vel honoretur vel contemnatur, vt ſuperiùs explicatum eſt, & in Hyerarchis agnoſcere nos debeamus Dei Legatos, Interpretes, Adminiſtros, Oratores, quis excuſationes acutè intextas agglomeret, vno verbo, quis promeritam Myſtagogis obſeruantiam prohibere prudenter contendat? ſic Theologicâ trutinâ fretus Magiſter Angelicus edocet, ſcilicet, quod licet ad Philoſophi mentem, virtutis quædam ſignificatio ſit honor qui exhibetur, non ideò tamen perſonali virtuti adeò debetur, vt ad eius qui repræſentatur virtutem & meritum referri aliquâ ratione non poſſit; ex quo infertur, quod ſi vel Principi vel Epiſcopo nulla veneratio eſt exhibenda ex eo, quo fœdatur im- [D. Th. 2. 2. q. 53. art. 5. & quodlib. 8 art. 7. Ariſt. Eth. 3.]
B probitatis titulo, non idcircò tamen debita ei reuerentia eſt deneganda, cum publicum vterque præferat nomen, & ille Principatus, hic Eccleſiæ repræſentent maieſtatem: vt autem Solis venuſtas nullam fœditatem vſurpat è luto cui immiſcetur, ſic Hyerarchica dignitas nihil ſuæ authoritatis, ſuæque nihil maieſtatis deperdit è maculis, quibus in morum corruptelâ Antiſtitum vita ſordeſcit. Sanctorum Antiſtitum quos prima peperit ætas, in nobis pietas non efflorеſcit, ſed eorundem dignitas elucet in nobis; indigni quidem corruptis noſtris moribus ſumus, ſed adhuc hæret altè animo infixus ſacer Epiſcopi titulus, qui debito cultu fraudari abſque iniuriâ non poteſt. Quàm valdè ſimili dicendi ſtylo noſtram olim egit cauſam Diuus Proſper noſter in munere tanto Collega, dùm ait *Licet Sanctorum præcedentium vita & meritis longe inferiores ſimus, idem tamen ſacrum miniſterium, quod indigni ſuſcepimus, non minoris dignitatis & authoritatis exiſtit, & quamquam tanto miniſterio indigni ſimus, propter illum tamen, cuius miniſterium gerimus, in nobis non eſt contemnendum.* [D. Proſp. de vit. contemp. c. 2.]

C Perpendatis velim, ait Chriſtus, contra inſurgentium calumnias, primos Antiſtites ipſorumque ſucceſſores alloquens, *Qui recipit vos me recipit, & qui me recipit recipit eum qui me miſit*; cultus, obſequia, honores, quibus vos veſtri tituli muneris populi affluenter proſequentur, non vos at me, meumque Patrem reſpiciunt, atque vt ſanctus Lucas fidem facit *qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit*: Si Epiſcoporum mandata vel exequamini vel contemnatis, mihi tribuitur, mihi veſtra refero; de modo, quo vos exceperint populi, non vobis at mihi ratio habenda eſt; honoranti debitorem me fateor, dehonoranti me enunclo creditorem; cæterum vos ò Præſules ſimulacra nominis eſtis, dignitatis inſtrumenta, meræque ſimplices authoritatis adminiſtri: quid nos adhæc? ad tam clara Chriſti effata quid excogitare valemus, quo noſtræ crimen audaciæ aliquâ ex parte decreſcat? quis adeò inſanus ac væcors, vt Rhamnum ſupra Libani cedros Deo ad imperium inaugurante, Diuinitatis conſilia queat illudere? edicta Principum quis omnium inc- [Matth. 8. 40. Indic. 9. 15.]
D ptiſſimus exequi vel excipere nequeat, eâ ductus de causâ, quia recitans ea tibicen vitijs & ſceleribus impuretur? non ipſe reſpiciendus eſt, at Principis imperantis conſideranda adorandaque poteſtas: aptiſſimè hoc ad rem noſtram cadit, cui conſonat mellifluâ voce Bernardus his verbis *Quidquid vice Dei præcipit homo, haud ſecus accipiendum eſt quam ſi præcipiat Deus*: quod itidem grauiſſimis ſimul & clariſſimis verbis à Synodo Aquiſgranenſi, regnante Ludouico Pio, definitum eſt, in quibus, vt dictum in exordio operis eſt, nomine Sacerdotum intelliguntur Epiſcopi, iuxtà morem Sanctorum Patrum, & Conciliorum *Licet Sacerdotes in multis ſint negligentes, non tamen vituperandi, ſed propter illum, cuius miniſterium gerunt audiendi, & congruo honore venerandi; poſt Apoſtolos enim ad ipſos hæc ſententia dirigitur, qui vos audit me audit, & quis vos ſpernit, me ſpernit.* [D. Bern. de præcep. & diſpenſ. Conc. Aquiſgr. c. 3. tom. 3.]

Illud Theodoretus inquirit, in quo maximè imaginem & ſimilitudinem Diuinam expreſſam referat homo, illudque plurium Doctorum ſuffragio ſtatuit, Diuinum quiddam homini ineſſe è dominio, quo cæteris omnibus præeſt: ad cuius rei ſignificationem vix illa admiranda verba Deus effudit, *faciamus hominem ad imaginem & ſimi.* [Theod. q. 20. in Gen. Gen. 1. p. 26]

Digitized by Google

& ſimititudinem noſtram, vt pariter alia illa ſubdiderit, *& dominetur piſci-* A *bus maris, & volatilibus cæli & beſtijs terræ*: Si ergò ad Diuinæ ſimilitudinis faſtigium euectus eſt homo ex animantium imperio, quantò excellentius dignitatis culmen erit, quod ille aſſequetur ex dominio non animantium ſed animarum? Quis ad hæc ſanguinis obſcuritatem in Epiſcopis, ne promeritis excolantur honoribus, obiecerit? quandoquidem quæ obſcurior origo quàm Adæ, qui ſordenti limo concretus tellurem habuit in parentem?

Herodot. in fin. lib. 2. Ariſtot. p. pol. c. vlt. Plutar. in conu. ſept. ſapient.

Aptiſſima ad hanc rem narratio eſt, quam ex Herodoto, Ariſtotele, & Plutarcho habemus: ex infimæ plebis abiectiſſimo gradu ad Egyptij culmen Imperij elatus Amaſis fuerat: cùm autem è ſuæ abiectione originis, primarij Regni Dynaſtæ imperium eius fertè detractarent, meritumque honorem impertiri renuerent, ex magna æris concha ad abluendos pedes elaborata, Idolum conflauit, quod Altari impoſitum ab omnibus venerationem & cultum facillimè impetrauit: cùm Amaſis, ex tam vili abiectaque materie fabrefactum Idolum non erubeſcitis adorare, quià non eius originem deſpicitis, at proſpicitis ſanctitatem, quid ergo debitum mihi B reddere cultum denegatis, cùm in me non natalium lucem, maiorumque titulos, at Regiæ poteſtatis nomen intueri valeatis? quàm eloquenter ab Hiſtoricis tanti Regis conſilium & acroamà commendatur, cum tamen hoc idem de Eccleſiæ Hyerophantis pronunciari opportunius poſſit! cùm enim in his Religionem ſuam adſtruere Deus decreuerit, non Porphyrogenitos elegit, vel ſanguine Cæſareo glorioſos, ſed viros abiectos, ignotos & piſcium ſordibus obſoletos: quamobrem cùm aliquando inter Purpuratos Eccleſiæ Senatores non leuiter in Comitijs diſceptaretur de recenti Pontifice eligendo, cùm non nemo eſſet, qui Patritio è ſanguine aliquem ad ſupremum Pontificatus culmen adducere conaretur, aliumque infimæ ſortis Purpuratum, cui plerique Electorum fauebant, è ſancta Principatus ſede repelleret, non defuit, qui liberè affirmaret, *Piſcatori Petro, fabri filio ſucceſſorem quærimus non Auguſto*: non enim alios aula Dei recenſet Equites, Patritios, Regulos, præter iuſtos, de quibus Regius cecinit Vates *Honorabile nomen eorum coram illo*: ex C Hebræo Codice magnus Eccleſiæ Magiſter Hieronymus ſic habet, *Pretioſus erit ſanguis eorum coram oculis eius*: nulla alia Deo nobilitas æſtimatur, quàm quæ morum ſanctitate, vitæque candore collucet: lutulento frequenter in cęno luculentum radiat aurum: deſpectum ſe contemptumque cenſuit Cumanus Populus, cùm pro ſuo Antiſtite à celeberrimo viro Gregorio Thaumaturgo Alexander Carbonarius illi præficeretur; ex illa tamen nigredine veſtium obſcurique miniſterij nocte, quanta virtutis, lux & quantus fulgor integritatis emerſit ad illius Eccleſiæ ornamentum, vt abundè memorat Diuus Gregorius Niceæ Antiſtes! è pecudum armentario cuſtode populorum paſtor effectus Spiridion eſt: è paſtoritia virga ad Epiſcopalem lituum, ad ſolium è cæno, è tugurio ad Eccleſiam in Cypryo regno Thremitontinam, virtutum ſuarum ſuffragio veluti pennarum remigio aduolauit, & leuiſſimè licet in re litteraria verſatus, tanta nihilominus fama pietatis effulſit, vt non ſolum prudentia & ſanctitate magnus euaderet, ſed in fidei certamine tam fortiter ſtrenueque ſe geſſit, vt oculum ſua de fronte, vi Arriani furoris euulſum, D inuictus ſimul & lætus aſpiceret; In Concilio autem Nycœno ſimplici quidem, at grauiſſimo verborum apparatu verſatiſſimi ſimul & verſutiſſimi ſophiſtæ technas eluſit, ipſumque fecit Chriſtianæ ſapientiæ diſcipulum & magiſtrum, pugilem & defenſorem. Hæc de ipſo luculenter Ruffinus.

Gloſſ. in c. quoniam. 24. q. 15.

Pſalm. 91. D. Hieron. ibi.

Ruffin. l. p. cap. 3. vide Baron. art. 325.

Splendidam iactare proſapiam, fumoſaſque atriorum imagines numerare nequaquam poterat Durandus Leodienſis Antiſtes, ſed ſanctiſſimis doctrinæ & pietatis fulgoribus Eccleſiam illam illuſtraſſe teſtatur abunde Cæſar Cardinalis Baronius: vberius hæc exponere mihi non vacat, ne faſtidioſus videar in ijs enumerandis; cum Deo vſitatiſſimum ſit, ad egregia maximaque facinora illos eligere, qui nobilitatis faſcibus non intumeſcunt, ſed tenui contenti enutritique fortunâ, e populi humilitate educuntur: audi Paulum hæc confirmantem *Ignobilia mundi & contemptibilia mundi elegit Deus, & quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret; vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius*.

Baron. art. 1035.

Ad Chor. p. 28.

Quandocumque tamen ſimul cum ſanguinis obſcuritate morum nigredinem aſſocia-

Digitized by Google

aſſociatent Epiſcopi, non id circo debita illis eſt deneganda obſeruantia, cum
A nunquam dignitatis lucem ſua valeant obtenebrare nequitia: & ne ex Aegypto, quò nos adduxit Amaſis, egrediamur, Pharaonem intueri liceat, ad ſui Proregis titulum Ioſephum efferentem: ſeruitutis hic notam gerebat, & indecoris vinculis mancipatus; turpiſſimis, vt credebatur, moribus imbutus, fideique, quam ſui Domini thalamo debebat violator impurus, ferreas inter compedes longo carcere detinebatur: nihil tamen ex hiſce ſuæ dignitati ſublatum! populi, Dynaſtæ certatim ad eius obſequia properabant, nec generis claritatem ornatumque familiæ metientes, cultum omnem, omnemque venerationem eius in ſinum euoluebant, Principatus conceſſum munus in eo tantùm ſpectantes. Quis iam leui aliquâ excuſatione, ab obſeruantiâ Epiſcopis debita ſe ſubducat, cùm non Pharaonem, vt Ioſeph, ſed Chriſtum Antiſtites repræſentent, nec hominum ſuffragio, ſed Numinis electione tanto fuerint deſtinati miniſterio. Con. Trid ſeſſ. 23. c. 4. de ſacr. ordin.

Quod ſi Apoſtolorum Princeps, Principibus ſæculi vel *diſcolis*, faciliter obedien- 1. Petr. 2. 18.
B dum mandat, (diſcoli autem ex ſententia Hugonis, Bedæ, & Gloſſæ ordinariæ intelliguntur, rudes, agreſtes, acerbi, barbati), quantò magis hoc erga Epiſcopos præſtandum, licet ſuis ſe motibus deturpauerint, aliorumque honores vitæ improbitate repellant. Hug. Card ibid. Gloſſ. ord. 36 ex Bed.

§. I.

AQuilas aduocare poterat Deus tanquam ſerui ſui Eliæ adminiſtras, coruos tamen accerſiuit, nec ideò, eorum turpitudinem ſordeſque Vates Sanctus abhorruit; ex eo enim titulo, quòd à Deo miſſi fuerint, vt Cychnos & Philomelas æſtimauit. Sint igitur nigredine morum, vocis aſperitate Antiſtites Corui, cùm tamen eorum operâ vos educare & enutrire valeat Deus, non ideò ſunt repellendi: excipiendi potiſſimùm ex eo ſunt, quià mittuntur à Deo, & ad tam excelſa mini- 3. Reg. 17. 6.
C ſteria ſupremum illos conſilium Diuinitatis addixit: quam argutè hæc perpendit Sanctus Iſidorus Peluſiota, his alloquens verbis, *Si quid etiam, quod magis mirandum ſit intelligere cupis, per coruum, hoc eſt immundum auem, cælipetam illum Eliam paſcebat, quo circà ne dubites, quod per flagitioſos quoſdam Sacerdotes diuina & natura ſublimiora tradantur.* Iſid. Peluſ. l. 2. ep. 37.

Aenigmatum velamentis obducta, ſe Vati Ezechielli diuina gloria reſpiciendam obiecit, pompâ tam ſpecioſa & admirandâ, vt legentium oculos ad ſtuporem rapiat, cæcaque admiratione defigat. Inter cætera, quatuor ibi viſebantur animantia in eius comitatum euntia: Hominis ſpeciem primum, Leonis alterum, Bouis aliud, Aquilæ vltimum præferebat, *ſimilitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies Leonis à dexteris ipſorum quatuor, facies autem bouis a ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor*: alias tamen eiſdem animantibus occurrens Vates idem, ait *facies vna facies Cherubim, & facies ſecunda facies hominis,* Ezech. p. 10 Ezech. 10. 14.
D *& in tertio facies leonis, & in quarto facies Aquilæ.* Vbi nam ergo in iam enumeratis Bouis facies olim proſpecta? quàm ſibi mutuò hæc dicta concordent, non obſcurè patebit: pigrum illud abiectumque animal, Leoni generoſitate, celeritate Aquilæ, ingenio homini longè quàm dici poſſit inferius in Cherub immutatum, primam ſortiebatur ſedem, primam dignitatem: quo illi ſignificatum ſatis fuit, quod cùm aliquis ad ſacram Præfecturam è ſanguinis obſcuritate conſcendit, infirmam licet, rudemque ſortitus fuerit tùm generis, tùm educationis ſpeciem, non ideò tamen vt Bos, deſpiciendus, ſed ſuſpiciendus vt Cherubim, Diuinum quiddam amplectens in ſe.

Dauidem alibi ſpecta ſancti nominis, animique integerrimi Ducem, Saulis loco à Deo reiecti ad Regium culmen elatum; quià tamen è ſacri Chriſmatis vnctione quà delibutus à Samuele fuerat Saul, minor ipſo erat; quantùm indoluit, cùm vitæ ſtamen valens illi recidere, Regię chlamidis fimbriam ferro deſecuit: quod in Saulle, cùm aluum exoneraturus ſpeluncam ingrederetur, deſignetur Epiſcopus, operis immunditiem animo conceptam, opere miniſterioque adimplens, non pauci è ſacris 1. Reg. 16.

F Docto-

Doctoribus affirmarunt; ex quo nobis illud ſalutare monitum colligendum, Epiſcopi licet nequiſſimi ne quidem veſtem dehonorandam nobis eſſe, quamuis ille Saulem imitatus, furentis æſtu animi præceps, in ſubiectas gentes deſæuiret. A

Cùm in Ananiam æquiſſimâ ira concitus Gentium Apoſtolus efferbuit, eò quia humanitate & legum ordine reluctante, tam inſolenti verbere illum exceperit, vt Sacerdotum Principem, hoc eſt Synagogæ Antiſtitem eum eſſe animaduertit, ingemuit, excuſationem, imò veniam poſtulans, *Neſciebam fratres quia Princeps eſt* Act. 23. 5. *Sacerdotum*, hæret ad hæc admirabundus Diuus Cyprianus, in Epiſtola ad Diuum D. Cypr. in p. p. ad Cornel. eſt ep. 107. Cornelium Pontificem ſcriptâ, perpenditque, Ananiæ Sacerdotium fuiſſe legale, & iam à Chriſti Seruatoris interitu penitùs defeciſſe; hic enim vetus Sacerdotium ſuo ſanguine abolens, recentiſſimum inſtruxit, nobilitate & maieſtate ſplendidius; quià tamen veteris Sacerdotij titulum, imò vmbram ſeruabat Ananias, erubuit Gentium Doctor, & indoluit, ac ſi Sacerdotium illud non æquis honoribus affeciſſet: audiatur Eloquentiſſimus Cyprianus, *Quamuis Domino iam crucifixo ſacrilegi impij & cruenti illi eſſe cepiſſent, nec iam quicquam de Sacerdotali honore & dignitate retinerent, tamen ipſum quamuis inane nomen, & vmbram quandam Sacerdotis cogitans, expauit, neſciebam inquit quod Pontifex eſſet.* B

Quanta hinc in Epiſcoporum contemptores vis ducitur argumenti? redarguit ſe imò etiam damnauit Paulus Eccleſiæ Magiſter, populorum Doctor, aureaque Sancti Spiritus tuba ex illis verbis, quæ ad ſui defenſionem ignoranterque prolata à debitâ in Epiſcopos obſeruantia deflectere videbantur, cùm tamen Epiſcopus ille flagitioſiſſimus eſſet, & inane Pontificis nomen indueret: quis ergo ſine maximi criminis conſcientiâ obſeruare cultu debito Epiſcopum renuat? qui quacumque vel maximâ nequitiâ irretitus, nihil veri ſacrique miniſterij vel minuit vel deperdit?

Quid hìc ego Paulum affero, ſi Diuinus idem homo Seruator Chriſtus euanidam illam Sacerdotij vmbram reuerentiſſimè excolebat? cùm etenim ſceleſtiſſimus ille miles, Annæ Sacerdotis genium palpans, alapam diuino cultu ſacrilega manu inurere auderet, ac ſi irreuerenter in illum ſe geſſiſſet, non ideò tamen vel hiſcere C viſus eſt ad ſui defenſionem, quamuis ille nullius honoris particeps eſſe poſſe vi- S. Cypr. ep. 65. deretur, tùm quia Simoniaci flagitij reus, alijſque ſceleribus inquinatiſſimus erat, cùm etiam quiâ, eius Sacerdotium extremo iam limite conſtitutum deficiebat; eius tamen dignitatis memor, (qualiſcumque ea fuerit) ne verbo quidem iraſci in eum viſus, at ſuæ tantùm ſtuduit innocentiæ; ſic idem Eccleſiæ Doctor in Epiſtola ad Florentium Popianum egregiè animaduertit, vbi de Chriſto Seruatore hæc habet, *cuſtodiens & docens Sacerdotalem honorem ſeruari oportere, contra Pontificem nihil dixit, ſed innocentiam ſuam tantummodò purgans, reſpondit ſi malè loquutus ſum, &c.*

Ipſemet Caiphas perditiſſimus vir, omnique maleficiorum illuuie fœdiſſimus, Sacerdotij titulo quem gerebat, honorari à Deo promeruit, nec in eum immaniſ- Math. 28. 65. ſimi flagitij reum pœnam vllam voluit incutere, quoad vſque dignitate Sacerdotij ſpoliatus, abſque ſacri muneris notâ, debitas pœnas perſoluere poterat: hoc autem D tunc contigit, quando nequiſſimus ille vir *ſcidit veſtimenta ſua* & ait *blaſphemauit*: quot arcanis ſignificationibus redundabat illud arrogantis, & exacerbati animi geſtum! ipſe ſibi, ſui iudex, ſacra veſtium inſignia detraxit, illos imitatus, qui è ſacerdotum albo cùm ignominia amouentur, Deique conſilio effectum eſt, vt ſolùm D. Leo ſer. 16. de paſſ. Dom. tunc ſupplicij vim pateretur, vt Sanctus Leo teſtatur, cùm Sacerdotij ſanctitas iam in ipſo defecerat: *Neſciens quid hac ſignificaret inſania, Sacerdotali ſe honore priuauit: ſed vide reuerentiam ergà Sacerdotem, prius myſtico illo ſacrato amictu ipſe ſe ſpoliauit, antequam puniatur à Deo.*

Ipſe etiam Magiſter clariſſimus Diuus Cyprianus illud egregiè animaduertit, noſtri generis Seruatorem Chriſtum, quamuis Dominus, Iudex, Rex, Deus eſſet, ad extremam vſque ſuæ vitæ periodum Hyerarchas Hebræoſque Myſtas, obſequi ho- D. Cyp. ep. 9. l. 3. relat. in cap. Dominus noſter 9. 2. diſt. norificentiſſimè voluiſſe, licet perditiſſimæ mentis eſſent, & moribus maximè impudoratis imbuti, *Dominus noſter*, affero ipſiſſima Doctoris Sanctiſſimi verba *ipſe Ieſus Chriſtus, Rex Iudex, & Deus noſter vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem* Ponti-

Digitized by Google

A *Pontificibus & Sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti tenuiſſent.*

Et quidem ne diſcedam à vero, quàm flagitioſi, nefarij ſceleratiſſimique viri erant Scribæ & Phariſæi, nobiſcum corporato Deo agente in terris? ipſius tamen mandato effectum eſt, vt quæcumque honoris ſignificatio illis exhiberetur ex debitâ Moyſis veneratione: *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis facite, ſecundùm autem opera eorum nolite facere*: quid ergò dicendum de Epiſcopali ſede, quæ Apoſtolica eſt, imò ipſam Chriſti ſedem repræſentat, cùm longè venerabilior Moſaica Cathedrâ ſit Cathedra Chriſti? an putatis, velit Deus Epiſcopos negligi neglectoſque dehonorari? percepi hæc è Diuo Chryſoſtomo, cuius hæc verba ſunt *Si Moyſis ſedes adeo veneranda fuit, vt propter ipſam audire oportuerit Sacerdotem, multò magis Chriſti*: in quibus verbis potiſſimam illa particula *ergo* conſiderationem requirit, cum enim, vt ità loquar, cauſatiua & illatiua ſit proximaque ad Cathedram collocetur, illud ferè ſignificat, ac ſi diceret, Matt. 23. 2. Criſoſt. in c. 1. epiſt. Coloſſ. ho. 3. ſub fin.

B Quæcumque tibi mandat Sacerdos, vel Scriba ſit vel Phariſæus, nefarius, flagitioſiſſimus, modeſtè & alacriter pareas: ipſa enim è cathedrâ præceptum illud deriuatur; non Epiſcopi mores ac munus, non vita, ſed thiara reſpicienda & ſuſpicienda tibi eſt; hæc omnia è Sancto Cypriano habes; *Scribæ & Phariſæi in Cathedra Moyſis ſedentes, dum agunt quæ ad Cathedram pertinent, per omnia plenitudine poteſtatis vtuntur, & officium non vita tantis effectibus honoratur.* D. Cypr. ſum. de bapt. Chriſt.

Omiſſis igitur alijs obſequij titulis, quos affluenter ſuppeditaret Patris, Paſtoris nomen, ſolam hanc & validiſſimam impertitæ dignitatis rationem amplector, diuinæque authoritatis, quæ in Epiſcopis vigens quancumque venerationem promeretur, quodcumque illis obſequium elargitur. Quis enim adeò vecors, inſanus adeò erit, qui obſequi Deo recuſet, nequaquam reſpiciens an probis & rectis, an improbis & obſcuris moribus imbuatur: in illis Deus honorem ſuum exquirit, ſuamque ipſam ſanctitatem poſtulat honorari: an ignorabat Chriſtus Seruator, futuros ſui gregis Paſtores, ſollicitos alios & laborum amantes, alios ſocordes & ineptos?

C & nihilominus ait, *fiet vnum ouile & vnus Paſtor*: vnum omnes hic vocat ipſe Paſtorem; cauſam ſcrutaris? aperiet Auguſtinus, omnes paſtores, omnes, ſeù mali ſeù boni, Paſtorem vnum tantummodo Chriſtum hominum repræſentant; *per eos vox Chriſti auditur, & ſequuntur oues non mercenarium, ſed vocem Paſtoris per mercenarium.* quapropter Diuus Bernardus, poſtquam omnium animos excitauerit ad promptam alacremque obſeruantiam, cùm mentis affectu, cùm geſtu corporis deferendam Epiſcopis, verbis ampliſſimè exaggeratis illud euincit, vt prætextum omnem remoueamus, qui ex malis Præſulis moribus haberi poſſit: ſed ipſummet audi ſic loquentem: *quod ſi tam manifeſta innotuerit indigna Prælati alicuius vita, vt nihil omnino diſſimulationi, nihil excuſationis admittat propter eum tamen à quo eſt omnis poteſtas, ipſum, quemmodo talem nouimus excelſum reputare debemus, non præſentibus perſonæ meritis, ſed ordinationi diuinæ & ipſius dignitati officij referentes.* Io. 1. 16. S. Aug. tra. 46. ad Io. D. Bernar. ſerm. 1. de aduent.

Leuiſſimam Petri vmbram quot prodigijs illuſtrem venerabilemque reddidit

D Deus? quàm igitur pariter æſtimandus Epiſcopus, licet immorigeratus, cùm vmbra quædam ſit Chriſti animata, prodigiorum ingenti prole fœcunda, dum exiguâ vocularum vi animas euehat ad cæleſtia, ſacraſque imprimat in eis notas, quibus à Deo deſignantur in cælo.

Tanti autem refert, vt non Antiſtitum mores & geſta, ſed eorum miniſterium, quo Deum repræſentant, mentis oculis reſpiciatur, vt magnus dicendi Magiſter aurei oris Ioannes, Chriſtianos populos ad alacre promptumque obſequium Hierarchis exhibendum tanquam Chriſti legatis adhortatus, eò eloquentiâ ſua deuenerit, vt diceret, ne Apoſtolo quidem Paulo obediendum, ſi non Chriſti, ſed ſuo nomine loqueretur; *Plus aliquid dicam* ſic ipſe loquitur, *ne Paulo quidem obedire oportet, ſi quid dixerit proprium ſi quid humanum, ſed Apoſtolo circumferenti Chriſtum in ſe loquentem*: vt expedito animo pareatis, non Ioannes, aut Clemens aut Timotheus ſeù quicunque alius fuerit reſpiciendus eſt: mentis oculus in eo tantùm debet immorari, qui, Deo dante, tuus Epiſcopus eſt, illudque nomen in ſacrò baptiſmatis fonte ſortitus, Dei vices obit, Deumque refert in munere. D. Criſoſt. hom. 2. in 2. ad Tim.

Digitized by Google

§. II. A

QVis Amano crudelior, arrogantior nequior, totâque vitiorum lue deformior? quià tamen Aſſueri Regis beneuolentiâ & imperio ad imperij partem capeſſendam fuit accerſitus, nullus è plebe, nullus è Regni Proceribus adeò ſegniter ad eum honorandum acceſſit, vt metiri prius eius promerita vellet, mores librare, & virgâ cenſoria vitam eius arguere; afferre licet ſacri codicis verba; *Cunctique ſerui Regis qui in foribus palatij verſabantur, flectebant genua & adorabant Aman. Sic enim præceperat eis Imperator.* Iuſſu & authoritate Principis tantùm in eo meritum breuiſſimè adoleuit, vt Numinis inſtar obſequia omnium colligeret: Regiæ voluntatis chlamys vitiorum turpitudinem obuelabat; an igitur obuelare eandem non poterit in Epiſcopis authoritas Diuina? an Hierarchicæ titulo dignitatis extollere adeò non poſſit adminiſtros ſuos Princeps æternitatis, vt ad illis reuerentiam deferendam properent populi, gentes accurrant? effrænatiſſimæ temeritatis eſt eorum B promerita vel demerita rimari, quos Deus, vt Paſtores, vt Parentes, vt Moderatores deſignauit; eorum mores & geſta pendere, librare verba veſtrum non eſt, eum Diuo Damiano loquor, quorſum malignè inquirere, qua viâ ipſi procedant, rectâne an obliqua? illud tantummodò reſpiciendum vobis eſt, vt Chriſto Domino quem referunt obſequamini; refractariam mentis veſtræ ſuperbiam, & indomitam voluntatis iactantiam veſtrum eſt in eorum obſequio ſuperare. *Nolite de Priorum veſtrorum fortè viuentium meritis diſputare, & non qua via gradiantur, ſed cuius vices fungantur attendentes, illis in Chriſto humiliter obedite,*

Eth. p. 2.

D. P. Dam. opuſc. 13. c. 10.

Eò temporis, quo Seiani arbitrio adeò ſe Tiberius Cæſar deuouerat, vt ad eius nutum totum regi videretur imperium, validiſſimè vnuſquiſque contendit gratioſum illi eſſe, fauoremque illius captare: vt autem ruit eius fortuna conuerſione adeò præcipiti, vt teſte Senecâ, *quo die illum Senatus deduxerat, populus in fruſta diuiſit in quem quidquid congeri poterat, Dij homineſque contulerant; ex eo nihil ſuperfuit, quod carnifex traheret,* in eius pariter aſſeclas & fautores Tiberij furor & C indignatio deſæuijt: quamobrem Prothei recentes ſpeciè immutatâ eius amicitiam non exuère tantum, ſed negauere conſtanter; quin immò offenſiones cum eo plurimas habitas proferebant; vnus inter tot Marcus Terentius adſuit, qui ad dicendam cauſam vocatus, Seiani amicum, referente Tacito, ſe dicere non erubuit, nec crimini hoc dandum aſſeruit, at meritò, cùm amore & obſequio proſequutus eum fuerit, quem Cæſar ipſe Tiberius tantâ honorum pompâ illuſtrauerat, alijſque beneuolentiæ quodam impetu prætulerat: *non eſt noſtrum*, ſic ille Tiberium liberè alloquutus eſt, *æſtimare, quem ſuprà cæteros & quibus de cauſis extollas, tibi ſummum rerum iudicium Dij dedere, nobis obſequij gloria relicta eſt*: ſi ergo mortalis Principis arbitrio adeò coguntur homines, vt vel impios ex dignitatis munere venerentur, quantò potentiùs æterni Numinis imperio humani animi flectere ſeſe deberent, & Sacerdotij ſanctitatem in eis quos Deus deſignat, humiliter obſeruare? *Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit, Epiſcopos regere Eccleſiam* D *Dei*, ait olim Apoſtolus: non hæc hominibus electis referenda eſt, at Deo: Deus ipſe ſic ab æterno ſtatuit, eiuſque conſilia nobis obſcuriſſima, noſtra eſt venerari; ſint Amani vel Seiani, quos Diuina Maieſtas in adminiſtros ſuos elegit, illis obſequi ſemper nobis glorioſum.

Senec. lib. de trãquill. c. 9.

Tacit. l. 6. annal.

Act. 20. 28.

Vnum tantùm eſt, cuius causâ à Præſulis obſeruantiâ diſcedere nobis liceat; id autem eſt, ſi ab Eccleſiæ concordiâ diſcordet, ſi contraria fidei dogmata exceperit: profectò euaneſcet hic ratio, cuius vi gentium obſequia rapiebat, nec enim ille Paſtor eſt at lupus, non Chriſti Legatus at Anti-Chriſti præcurſor, Iudam denique dixeris non Apoſtolum: corruptis moribus diffluat, ſolutioremque vitam degat Epiſcopus, niſi tamen in Hæreſim impingat, quis ſine palmari flagitio valeat ab eius honore obſeruantiaque diſcedere? ſic olim à Sancto Clemente ſtatutum in epiſtola ad Sanctum Iacobum ſacris Canonibus intextâ, vbi hæc habes *Sacerdotes & reliqui Eccleſiæ miniſtri, omneſque plebes Epiſcopos ſuos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiamſi ipſi aliter, (quod abſit) agant, niſi in fide errauerint.* quâ de re vberior

C. Sacerdotes 82. q. 7.

A tior mihi dicendi copia facta fuit in quadam ex meis Deciſionibus. Quicumque igitur promeritis honoribus, debitaque æſtimatione & filiali obſeruantiâ Præſulem ſuum fraudauerit, veluti furti, raptuſque ſacrilegi reum damnandum cenſeo.

Author deciſ. 113. nu. 7. & ſeq. p. 24.

Validiſſimè roborat hæc Diui Chryſoſtomi ſuffragium, qui mandatum illud nobis ore Pauli impoſitum expendens, *Obedite Præpoſitis veſtris & ſubiacete eis*, illud interrogat, an eadem ſit illis obedientia præſtanda, quorum dignitatis ſanctitatem turpiſſimis maculis dehoneſtant: *Quid ergo quando fuerit malus, nunquid obediemus?* ſic autem interroganti ſibi reſpondet; *ſi propter fidem quidem, fuge eum & caue, non ſolùm ſi ſit homo, ſed etiam ſi Angelus deſcendens è cælo*: quod ſi multis eſtluat ſceleribus, pluresque in fraudem illiciat, *non vitam, ſed verba attende.*

Heb. 13.

D. Criſoſt. hom. 34. in ep. ad Heb.

Quàm enimuerò fælices dicendi ſunt illi, qui probatiſſimæ virtutis Antiſtites ſortiti, venerari illos violentiâ piâ coguntur, & ad eorum obſequia, non tam voce, quam moribus attrahuntur: haud tamen idcircò miſeri æſtimandi ſunt illi, qui Diuino amore excitati vitioſum perditumque Hierarcham meritis proſequuntur ho-
B noribus: maioris imò pretij iſtorum videtur obſequium, quia reluctantis naturæ vim ſuperat, animique obſtantis motus illuſtri virtute retundit: quod ſi populus non ſe indignum effecerit, Deus ille, cuius imperio rudiſſimùm animal eloquens fuit, vaticinioque clariſſimo imperitum Balaam edocuit, rerum ordine immutato, ipſa Antiſtitum vitia ad animarum fœlicitatem inuertet, illorumque ſcelera, ſi quæ fuerint, quod Deus auertat, inſtruet ad populorum virtutes, cùm nullius momenti Diuinæ Potentiæ ſit optimâ è peſſimis parere, & ex vmbratum ſinu fœtum lucis educere: quà propter cùm ad huius capitis extrema peruenerim, illud ſtudio veritatis, meo, quem ardentiſſimè diligo gregi proferam, quod ex piâ animi demiſſione ſuis olim populis aureus Ioannes pronunciauit: *ſi in Aſino & Diuinatore operata eſt gratia Dei propter diſpenſationem & vtilitatem Iſraelitarum, manifeſtum eſt, neque in nobis operari detrectabit, ſed & hoc facere ſuſtinebit propter vos; Nemo itaque dicat tenuem eſſe me, & humilem, & nulla ratione dignum, vel ſic me obſeruato, ſum enim talis, ſed perpetuus Deus mus eſt, multorum gratia etiam talibus ſe ap-*
C *plicare, & vt hoc diſcatis, ad Cain loqui dignatus eſt, propter Abel, Diabolo propter Iob, Pharaoni propter Ioſephum, Nabuchodonoſor propter Danielem, Balthaſari propter eundem.*

D. Criſoſt. cap. 1. ad Coloſſ. ho. 3 & hom. 66 in Ioan. ſub finem.

Nec illud ex Diuo Petro Damiano omittendum cenſeo, quod quamuis Eli non leuibus maculis Sacerdotale miniſterium deturparet, ſuarum tamen vi precum, Samuelis parenti fœcunditatis prærogatiuam valuit obtinere, & licet diſcordibus ſuo muneri moribus Diuinam à ſe beneuolentiam amoueret, plurima tamen beneficia è Dei ſinu potuit in alios deriuare; neque enim dignitatis, quam gerebat, pondus & decus potuit ſuorum deformitas facinorum eleuare. *Hanc itaque benedictionem* ipſummet affero Damianum loquentem, *efficaciorem reddidit non meritum hominis, ſed officium Sacerdotis, & quod non habebat cauſa miniſtri, virtus exhibuit miniſterij.* quod idem in Epiſtola ad Alexandrum Secundum Pontificem prodigijs adductis confirmat, quæ duo liberioris vitæ, corruptæque famæ Epiſcopi cùm magnâ
D ſui nominis gloriâ patrarunt; ex quibus quis non videat ipſoſmet Dœmones, imò Deum ipſum nullâ factâ meritorum diſcuſſione ſolam Epiſcoporum dignitatem venerari?

D. Pet. Damian. in 4. opuſc. gratiſſ. c. 18. ſub fine.

Id. l. 1. ep. 10.

Alia ratione probatur Epiſcopos vel indignos obedientiâ & honore afficiendos: nam iuxtà populorum merita à Deo vel imponuntur, vel deponuntur. Cap. IX.

INter publicas res nulla maioris momenti datur, & quæ cunctas animi cogitationes à populis poſtulet, quàm vt morum probitate ad ſua vota cæli ſuffragia trahant,

trahant, dum extincto Epiſcopo vacat Eccleſia; Deo etenim vſitatiſſimum eſt ad populorum merita, vel demerita Antiſtites impertiri. A

Neque vlla alia ferè dixerim grauior adſcribi valet occaſio, quà ſibi Deum ſacrificijs, donis, votis propitiare ardentiſſimè ſtudeant populi vt pio, probo, probatoque Hierophantâ Epiſcopalem ſedem implere dignetur, cùm ferè tota gentium Senec. ſalus & beatitas in eius probitate nitatur: *A capite* ſic olim Seneca, *bona valetudo in omnes vegeta eſt atque erecta, aut languore demiſſa*: quid hic Senecam affero, cùm Eccleſ. 10. 3. luculentius intonet è cælo oraculum *Rex inſipiens perdet populum ſuum*, hinc effectum eſt, vt ad ſanctam Epiſcopi electionem à Deo percipiendam, preces & ſupplicationes ſtudioſiſſimè fieri Tridentinæ Synodi Patres opportunè decreuerint.

D. Baſ. ep. lib. 2. Extincto iam Neocæſarienſi Hierarcha, Magnus re & titulo Baſilius ad Clerum populumque ſcripſit, vt quem deſignauerat Deus Antiſtitem probatiſſimum, ardentiſſimis precibus à Deo exorarent; ſapientis etiam viri effatum illud eſt, probum Principem impenſiſſimè exoptandum poſtulandumque à Deo, ſed æquâ poſteà mente ſuſpiciendum ferendumque, ſiue probis ſiue improbis moribus inſtruatur: populorum preces & vota ad hoc colliment, oportet, vt in exigendo Antiſtite ſanctum virum ſortiantur, electumque poſtea ſingulari quà licet obſeruantiâ venerentur. B

Quarè cùm Eccleſiæ Mediolanenſi Myſtagogiæ Dux eſſet præficiendus, hac forD.Gregor. ep. 29. li. 2. mâ ſcribendi clariſſimus orbis Pontifex Gregorius ſuam mentem Clero illi aperuit: *Conſecrato autem vobis Deo authore, Paſtori tota vos mente committite, atque in illo Omnipotenti Domino, qui vobis hunc praetulit deſeruite.* quid autem, antequam eligantur, præſtandum, ipſe idem ſequentibus edocet, *ſed quia iuxtà meritum plebis ſolent superno iudicio perſona prouidere paſtorum, vos ſpiritualia quærite, cæleſtia amate, temporalia vt fugitiua deſpicite, & certiſſimum tenete, quia placentem Deo Paſtorem habebitis, ſi vos in veſtris actibus Deo placeatis*:

Quantùm hiſce monitis totius vniuerſi mores repugnant! vix fato conceſſit Epiſcopus, vt ad ſcelera populi ruunt, & naturæ illis deficientibus, à pietate Deique voluntate ipſi deficiunt. Epiſcopale interregnum, quo vitiorum tumultus, ardore C ſpiritus ab aditu Templorum arcere deberent, timorem, modeſtiam, temperantiam omniumque virtutum chorum excludit: quin imò intemperantijs omnibus, repagula ſoluens, effrænatiſſimo curſu facit eas vndecunque bacchari, adeò vt, cùm magis propitia Diuinitate indigeant, tunc eam ad maiorem excitent indignationem: cùm verò recentem iàm ſuſceperint Antiſtitem, ac ſi Scribarum & Phariſæorum ingenium ſuperſtes in eis ſit, de quibus dicitur, quod Chriſtum *obſeruabant*, non Luc. 14. p. tantùm illum non diligunt vt parentem, venerantur vt Dominum, vt Præſulem colunt, ſed toti ſunt, vt eius verba perpendant, mores obſeruent, geſta librent, & anatomiam veluti exercentes cordis viſcera inquirant, cogitationes inuadant, profundiſſimaque cordis arcana rimentur, breuique fiat, vt obſequia in vituperia, in deriſiones laudes, præconia in ſcommata commutentur; quid igitur mirum ſi permittente Deo Epiſcopos huiuſmodi ſortiantur populi, quibus corruptis adeò moribus ſe dignos effecerunt? D

Quid doleat exacerbata tellus, ſi fulminibus petatur à cœlo? ipſa ſibi ſua tribuat mala: de ſe queratur & doleat, quæ fœculentos cælo vapores inſeruit, quibus fulmina fabricantur: peccaminoſæ genti iure merito ſanctus denegatur Antiſtites, & licet hac ſe lege non ſemel eximat Deus, frequentiſſimè tamen Antiſtitum electionem probis vel improbis populorum moribus accomodat, adeò vt illud in eos optimè cadat *Et erit, ſicut populus, ſic Sacerdos*.

Iſa. 24. 21. Referenda hùc eſt egregia dubitatio, quam ſanctiſſimus Nicææ Epiſcopus Anaſtaſius excitat, de verbis illis, quibus Gentium Magiſter Paulus edocet, Principes Rom. 13. Principatuſque terrenos cæli temperantis arbitrio componi & ſtare *non eſt poteſtas niſi à Deo*: querit igitur, an quilibet ex Regibus, ex Principibus ex Epiſcopis, Deo tantùm modetante, ſuà Præfecturà dignitateque donetur, ſibique pati doctrinâ reſpondet ex verbis Ieremiæ Vatis, (quibus ex doctrinâ Interlinearis fœtidum oraculum de Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus continetur) *Dabo vobis paſtores iuxta cor meum*: hic Anaſtaſius immutatis aliquantiſper vocibus legit, *Dabo vobis*

Prin-

Digitized by Google

A *Principes ſecundùm cerda veſtra*: è quibus omnibus illud tam illuſtris Doctor arguit, non ſemper in Principibus collocandis Diuinæ voluntatis ſuffragio Deum duci, ſed frequentiſſimè improbas ſubditarum gentium mentes ſequi, ideòque caput illis tale concedi, quale huiuſmodi membris aptatur: haud quidem munere illo dignus eſt Princeps, ſed Principe illo dignus eſt populus: audiantur hic eius verba: *eſt euidens quod ex Principibus & Regibus, alÿ quidem à Deo præficiuntur, tanquam digni eo honore, alÿ autem rurſus cùm ſint indigni, Dei permiſſione aut voluntate præficiuntur populo digno eorum indignitate.* qu. 16. in ſac. Script. tom. 2. Biblioth.

Huic quoque ſententiæ, ſanctitate clariſſimus vterque Iſidorus adhæret: Peluſiota quidem ſuffragatur Apoſtolo, omnemque potentiam è Dei manu emanare confirmat, illudque etiam addit, *non omnis improbus qui in poteſtatem irruit, is enim non ſemper eſt à Dei voluntate, ſed à permiſſione*; Hiſpalenſis vero alter, Peluſ. epiſ. 216. l. 2. illud etiam edocet, Principatuum diſpenſatorem Deum malos æquè ac bonos Principes in ſolio collocare, atque ità *Iraſcente Deo talem Rectorem populi accipiunt, qua-* Hiſpal. l. 3. ſent. c. 48.
B *lem pro peccato merentur.*

Proh Deus immortalis! fieri ne poteſt, vt diuinâ Architectante Sapientiâ, Sacroſancta ea dignitas in indigno imputetur, eiuſque amoris, quo amantiſſimè ſuam ſponſam Eccleſiam deperit Deus, obliuiſcatur? Nulla vos amplius occupet admiratio! iuſtitiæ hoc Diuinæ tribuendum eſt, quà ſimul & populi iniquitas Præſule digno non digna fœdiſſimè vapulat; & ſimul ambitio electi damnatur, cuius obſcuritas ad ſacri honoris lumen maiorem inurit in eo ruborem, cùm indignum caput, non coronet ſacra infula, ſed deturpet. Detur populo ſub ementitâ Paſtoris ſpecie lupus efferus, & qui meritis non affeciſſet honoribus probum Antiſtitem, improbum meritò patiatur: qui autem non merita ſacri regiminis affectauit faſtigia, habeat, aſcendat, aſſideat, ſed inde ambitionis in pœnam decidat, ruat: Præſulem vexent & mordeant ſcommata & contumeliæ populorum, populoſque rurſus premat inſolenti ſuperbia, perditiſque moribus Præſul; alter alterum inuadat, ille
C debita Paſtoris munia negligens, hic flagitÿs & ſcelerum colluuione ſe inuoluens, prauoque certamine contendentes, ſe mutuò excitent ad maiores ſibi pœnas à Deo Iudice coëmendas: hæc omnia Maximus Eccleſiæ Princeps Diuus Gregorius ſignificauit his verbis: *Nec pro ſe, nec pro populo paſtor datur, quando reproba plebs reprobum Paſtorem habere permittitur, cum ſic ille præeſt, ſic illi obediunt, vt ad æterna* S. Greg. in 2. regul. 1. *bona nec ille qui docet, nec illi qui docentur peruenire mereantur.*

Opportunè ad hoc inſtitutum Sanctus Anaſtaſius memorat, quod ferociſſimè in viros integerrimos ſæuiſſimo Cæſare Phoca graſſante, maximis lamentationibus, & vberrima fletuum vi ad Dei aras ſupplex Diuinam Prouidentiam exorabat ſanctitatis famâ inclytus Monachus in Vrbe Conſtantinopolitanâ, filijque in morem, Dei amorem ſuauiter increpans, *cur* inquit *eum Domine feciſti Imperatorem?* hæc D. Anaſtaſ. loquenti reſpondit expeditiſſimè Deus, *quoniam non inueni peiorem.* Eò nempè vbi ſup. Chriſtiani populi maleficia ſceleraque deuenerant, vt flagitioſiſſimi viri Principatum à Dei beneuolentiâ extorquêrent.

D Quis arcana & perobſcura ſapientiſſimi Dei conſilia aſſequatur? Deus ille qui Parentis amantiſſimi in morem ſuam tuetur Eccleſiam, optimis illam inſtruit, adornatque Præſulibus; ſed non rarò ex perditis corruptiſque gentium moribus, perditos, corruptoſque Antiſtites concedere cogitur, vt ſibi mutuò mores vtrinque concordent: Hoc quidem Iudæis olim minabatur indignatum Numen, cùm diceret, *Dabo tibi Regem in furore meo.* Non omnia quæ Diuina è mente decreta deri- Oſe. 13. 11. uantur; charitatis ſtudio pariuntur: habet etiam in illis ſtatuendis iuſtitia locum ſuum: veh illis electionibus, quibus iratus Deus adhæret! miſerrimum ſortiantur finem oportet, & tùm populo, tùm electo Præſuli lacrymandum exitum afferant; in quem ſenſum Magnus idem Magiſter proſequitur, *in furore etenim Dei Rex da-* D. Greg. vbi ſup. *tur, quando malis peior præeſſe decernitur, talis quippe paſtor tunc datur, cùm talis populus regendus ſuſcipitur, qui pariter æternâ pœnâ damnetur.*

Illud autem, quod admirationem quamcunque exuperat, eſt, eadem ſuperiùs allata ex Oſeæ vaticiniis verba, Ruperti Abbatis aliorumque arbitrio, electioni 1. Reg. 9. 16. Saulis Paleſtinæ regendæ præpoſiti conuenire, quod idem tùm ſeptuaginta, tùm

Chal-

Chaldæus interpres & Diuus Hyeronimus vnanimes aſſerunt, futuri temporis voce A
ſignificari præteritum, & *dabo pro dedi* intelligendum; cui tamen exploratum non
eſt, ipſius Dei conſilio ad tantum Regimen electum ipſum fuiſſe, vatique Samuelli
mandaſſe, vt eum in Regem Chriſmate ſacro perungeret, illud etiam ſuperaddens,
futurum vt ipſe Philiſtæorum iugum è populi ſui ceruice diſcuteret, hoſtium vires
afflicturus. *Et ſaluabit populum meum de manu Philiſtym, quia reſpexi populum
meum, venit enim clamor eorum ad me*; his etiam addendum eſt, quod è paginis ſa-
cris habemus, Saulem omnium eà tempeſtate degentium fuiſſe piiſſimum, probiſ-
ſimiſque moribus ſuſpiciendum, *& erat ei filius vocabulo Saul electus & bonus, &
non erat vir de filijs Iſrael melior illo.* quis ergo ac hæc tam ſanctæ electionis exor-
dia ſanctiſſimum in Saule Regem habendum non credidiſſet? Diuinæ profectò ſa-
pientiæ fuit, vt eligeretur tanquam omnium optimus; abiecto tamen Numinis
metu iniquiſſimè ſe inter ſcelerum ſordes volutauit, populoſque tàm acerbâ Præ-
fecturâ cruciauit, vt in quoſcunque deſæuiens, Tyrannos æquaret. Quonam
ergò pacto factum dixerim, vt Deus, cuius oculo præſentia ſunt omnia licet longè B
futura longiſſimèque præterita, Saulis Impiiſſimo exitu præcognito, ſuæ genti
quam amantiſſimè deperibat, illum regiâ authoritate præficeret? *Reſpexi populum
meum; venit enim clamor eorum ad me.*

Vt his difficultatum ſyrtibus emergamus, illud libremus oportet, quænam
preces illæ fuerint, quibus vt ſibi Deum propitium faceret, gens Iudæa vacauit;
Iudices prius illi regendo præpoſuerat Deus, hi autem vtpote Sacerdotes aris de-
uoti, paterno quodam illis præſidebant amore, animarumque ſalutis ſtudio ſuc-
cenſi, alacri ſimul & ſuaui regimine populi illius animos moderabantur: ſed ad
ſplendidam finitimorum Regum pompam ſuperbientes Iudæi, Regem quoque ſibi
præponi poſtularunt validiſſimis precibus Samuelem adeuntes, illud etiam callidè
ſimulatèque obijcientes, quod præ ſenio laborans probatiſque filijs deſtitutus,
tanto muneri impar videretur; quà in re præterita flagitia tàm ingenti copia cumu-
1 Reg. 17. larunt, vt ad iram maximè concitus Deus illud Samueli dixerit, *Audi vocem po- C
puli in omnibus quæ loquuntur tibi; non enim te abyecerunt ſed me, ne regnem ſuper
eos.* Populi igitur preces facilis Deus ſuſcepit, ſed vt noceret; fuit illorum votis,
Regem quem poſtulabant, impertijt, ſed eorum profectò meritis parem: ſui fu-
roris adminiſtrum in illo elegit, vt tam iniquis precibus improbi electio reſpon-
deret; Deo igitur quidem probante Rex Saul fuit renunciatus, ſed Regia illi di-
S. Sixt. l. 3. dedi vit. poſt. init. gnitas non Dei fauore, ſed populi corruptis votis impertita; optimè ſiquidem bo-
num & malum deſcribens Sanctiſſimus Orbis Præſul Sixtus Tertius ait, *Bonum eſt
quod à Deo principium ſumpſerit*, econtrà vero illud, quod nulla bonitate pollet,
eſt, *cuius exordium non Dei dignatione, ſed humanâ præſumptione cenſetur*, & hoc
eodem exemplo, quod tractamus, ſuam doctrinam roborans ſubdit, *vt Rex Iſrael,
quem non tam Dei voluntate quàm populi prauitate legimus ordinatum.*

Non igitur volente & iubente Deo regno fuit impoſitus Saul, ſed indulgente
ac permittente, eò quod ſcelerum vi irritatus & iratus Deus, non Regem Iudæo
populo concedere voluit ad ornatum, ſed ad pœnam: ipſomet peccato populi, po- D
pulum perdidit, ſuoque de crimine facta eſt origo ſupplicijs. Diuina voluntas, ſi
ſuo conformis genio ſpectetur, illa prorſus eſt, quam deſcribit Apoſtolus, *Bona, &
Rom. 12. 2. beneplacens, & perfecta*, ſed non raro humanæ ſe accommodans libertati, ſemper
quidem in ſe bona eſt, cum ſeiungi nunquam bonitas poſſit à Deo, ſed non ſemper
beneplacita: frequentiſſimè noſtris indignata criminibus, iudex eſt vindexque
peccantium: quàm benè hùc referenda, quæ de hac re Origenes his verbis edo-
Orig. l. 9. ep. ad Rom. cuit; *Dei quidem voluntas ſemper bona eſt, ſed non ſemper eius bona voluntate diſ-
penſari meremur, neque beneplacita & perfecta*, & hoc idem Saulis exemplum pro-
ferens pergit, *Verbi gratia vt vngeretur Saul in Regem, fecit quidem voluntas Dei,
ſed non beneplacita & perfecta; iraſcens enim populo, qui refutauerat Deum habere
ſuper ſe Regem, eis hominem iuſſit inſtitui.*

Hinc nobis adſtruitur via, vt facilè, obſcurus cæteroquin in ſacris paginis lo-
quendi modus nobis eluceſcat; acriter exacerbatus apud Oſæam Vatem Deus
Oſeæ 8. 4. conquerebatur, illud iuxtà noſtram vulgatam ingeminans, *Ipſi regnauerunt & non*

ex

A *ex me, principes extiterunt & non cognoui*, ex Hebræa vocum origine & interprete Chaldæo ſic etiam ſonat, *ipſi Regem conſtituerunt & non ex me, principem creauerunt & ego neſciui*: quo pariter modo tùm Septuaginta, tùm plurimi è ſacris Magiſtris verba hæc perlegerunt: hæc autem tùm de Saule nonnulli intelligenda docuerunt, tùm de Ieroboamo alij, cùm etiam Ieroboam Saulis in morem electus à Deo fuerit, Abia Vate decem Tribuum Regem ipſo renunciante. Quis hic irretitas difficultatum ambages haud ſentiat, cùm vterque, Deo cognoſcente & ſciente, Regium Iudeæ ſolium aſcenderit? ſed nullus iam ſupereſt difficultati expoſitæ locus; non tam voluiſſe, quàm permiſiſſe dicendus eſt Deus, vt, non tantùm in Salomonis eiuſque filiorum pœnam, ſed etiam ad coercendos eos populos, decem Tribubus à cæteris ſeiunctis Ieroboam Tyrannico principatu præſideret; ſic doctiſſimi viri Cyrillus & Theophilactus edocent: iam verò de Saule, non eſt cur dicta ſuperiùs repetantur: talis etenim ipſe fuit, qualem illius populi mores exigebant, Orig. ho. 4. in Iudic.
vt Origenes ſentit, hæc Oſeæ verba perpendens, licet Gratianus, cuius calamo
B hæc Origenis verba inter Canones inſerta fuere, Sancto Hyeronimo imprudenter adſcribat: ſic igitur ille. *Audacter fortaſſis aliquid dicimus, tamen quod ſcriptum eſt dicimus: non ſemper Princeps populi & Eccleſiæ Iudex per Dei arbitrium datur, ſed prout merita noſtra depoſcunt, ſi mali ſunt actus noſtri, & operemur malignum in conſpectu Domini, dat nobis Principes ſecundum cor noſtrum, & hoc ſibi de ſcripturis probabo; audi namque quod dicit Dominus: fecerunt ſibi Regem & non per me, Principem & non per conſilium meum, & hoc dictum videtur de Saule illo, quem vtique ipſe Dominus elegerat, & Regem fieri iuſſerat, ſed quoniam non ſecundùm voluntatem Dei, ſed ſecundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum ſua voluntate, vel conſilio conſtitutum*. Ne autem hoc tantùm in ſæcularium Principum electione contingere videatur, audiatur idem Origenes, hoc ipſum ad ſacros Principes referens *Tale ergo aliquid intelligamus & in Eccleſiis fieri, quod pro meritis populi, aut in verbo, aut in opere, potens a Deo tribuitur Rector Eccleſiæ, aut ſi malignum faciat populus in conſpectu Domini, talis Eccleſiæ Iudex datur, ſub quo famem*
C *& ſitim populus patiatur, non famem panis neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini*. in hanc eandem ſententiam concordes fuere tùm Sanctus Amos 8. 11
Gregorius in opere quod Paſtorale inſcribitur, tùm Sanctus Paſchaſius Hieremiæ Greg. in paſt. c. 6.
vatis Threnos obſeruans, frequentiſſimè ſcilicet in eligendis Epiſcopis populorum Paſch. in
moribus Diuinum ſe conformare conſilium, nullumque ex indignantis Dei pha- Thren.
retrà acutiùs & lethalius telum ad affligendas gentes extibrari, quàm ſi, vt aurei Hierem. in illis verbis
Ioannis vocibus vtar *Lupum pro Paſtore, vel prædonem pro Gubernatore, vel carni-* Patres no-
ficem pro medico accipiat. neque enim excitandæ virtutis ardor hos detinet, at vi- ſtri peccauerunt.
tio lenocinente ſacram dignitatem deturpant, ſacræque doctrinæ, piorumque mo- S. Criſoſt.
rum ſalutaribus paſcuis reiectis, gregem ſuum luxu deſidiàque effluente corrum- ep. 2. ad O-
punt, videnturque, vt Peluſiota ait, *Sacerdotij dignitate velut armis quibuſdam ad* liodor.
vitium abuti. lib. 2. ep. 22

Digniſſima quæ hic afferatur narratio illa eſt, cui ſancti Athanaſij Nicœni ſuf- qu. 15 in ſacr. Script.
D fragium fidem facit: Vrbs erat in Thebaide ad omnem prauarum cupidinum diſſolutionem peſſundata, quà ſuo Epiſcopo deſtitutà, ſe videndum dedit Angelus, monuitque, vt Epiſcopali ſede Monachus quidam donaretur, qui honeſtâ pietatis laruâ flagitioſos impuroſque mores obnubebat; Hyeratchicâ hic ſede donatus efferre ſe inſolentiùs cœpit, & de recenti munere ſuperbiùs quàm par erat intumeſcere: huic igitur denuò videndum ſe præbuit Angelus, poſtulauitque ab eo, *Cur ſuperbis & magnificè tibi places ò infelix? non es creatus Epiſcopus, quod dignus ſacerdotio ſis, ſed quod Ciuitas talis, tali digna erat Epiſcopo*: clariſſimè hic vides expletum ſancti Iob Vaticinium, *Qui regnare facit hominem hypocritam pro-* Iob. 34: 30
pter peccata populi: quas voces ad trutinam ſuæ mentis expendens Diuus Augu-
ſtinus ait, huiuſmodi Præſules populis à Deo conſtitui *ad eorum corruptionem non* D. Aug. in
ad vtilitatem: quo eodem ſenſu idem ſanctus Magiſter Saulem appellat *pœnam pec-* pſ. 51. ſub
cantium: Hoc equidem ſupplicium illud eſt, quod incuſſurum ſe Deus Zachariæ init.
Vatis ore minabatur, vt populos à vitiorum ſordibus auerteret, ne ſibi diuinam vltionem repetitis ſceleribus compararent: infligi enim nequaquam illud poteſt;

 quin

Zach. 11. 16. quin flammas inter & fulmina miſerandâ internecione populi ingemiſcant: *Ecce ego*, Dei minantis verba ſunt hæc *ſuſcitabo Paſtorem in terrâ qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritum non ſanabit, & quod ſtat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas diſſoluet.* A

§. I.

Populo Epiſcopum contemnenti peiorem Deus impertit.

VT denuò ad memoratum frequentiſſimè Saulem reuertamur, illud quàm diligentiſſimè aduertendum eſt, non aliâ de causâ iratum Deum Rege tam improbo Regale ſolium oneraſſe, niſi quiâ Iudæa gens, Samuelle contempto eiuſq. Principatu reiecto, effræni proteruiâ ſibi Regem dari poſtulauerit: vt olim inter Arabiæ deſerta mannæ fuerat faſtidioſa, ſic poſtea Diuinum regimen nauſeabat; quâ propter, contemptum, quo Summus Sacerdotum Principatus reiectus ab eâ fuerat, vlciſci ſtatuens Deus, optatum eis Regem conceſſit, vt eos Regis ipſius manu puniret. acutè hoc habes è ſancto Cypriano ſic alloquente, *Vt hoc vlciſceretur Dominus, excitauit eis Saul Regem, qui eos iniurijs grauibus afficeret, & per omnes contumelias & pœnas ſuperbum populum calcaret, & premeret, vt contemptus Sacerdos de ſuperbo populo vltione Diuina vindicaretur.* Quoties enimuerò contingit, vt Epiſcopum populi ſortiantur morum integritate & fulgore dignitatis amabilem; ſed inquietâ ſemper malignitate contumaces & faſtidioſi, vel oblocutionibus illum inuadunt, vel contumelijs vexant, vel iniurioſè de eius moribus conqueruntur: adhæc Deus in tàm iniquâ ſuorum adminiſtrorum deſpicientiâ deſpectus, tales illis Præſules imponit, vt ad obſcura horum facinora anteceſſoris virtutes clariores intermicent, adeò vt, tunc ſolummodo cognita virtus Antiſtitum ſit, quando deperditi ſuo cinere obuoluuntur: illi ijdem qui mordaciſſimis obtrectationibus eius æſtimationem, cùm viueret, oppugnabant, ad ſucceſſoris comparationem commendationibus eum efferunt, eiuſque nomen illuſtrant, ſuumque tunc ſolum crimen agnoſcunt & plorant, cùm ſupplicij vim ſentiunt, & ſub pœnarum mole laborant. Sæpiſſimè illud etiam accidit, vt integros pioſque Hyerarchas aduocet ad ſe Deus, eorum labores immortali gloriâ coronaturus, eò quod indignum ſe illis præſtiterit populus, conuicijs & contumelijs eos laceſſens; abunde hoc confirmatur è ſuperiùs Oſeæ verbis, Diuino ſpiritu dictante, prolatis, *Dabo tibi Regem in furore meo*, poſteàque illud additur, *Et auferam in indignatione meâ*, non ſolùm improbum Præſulem improbo populo, in ſuorum ſcelerum pœnam Deus præficit, ſed eâdem aliquando de causâ probum & optimum rapit: hoc certè manifeſtè habetur ex eo, quòd, cùm intempeſtiuè Syracuſanus Antiſtes, Maximilianus nomine, occubuerit, Sanctiſſimus vir Gregorius Pontifex ingemiſcens, in epiſtola ad Cyprianum Diaconum, illud addidit, *& quidem ille ad præmia deſiderata peruenit, ſed infœlix populus Syracuſanæ Ciuitatis lugendus eſt, qui Paſtorem talem diù habere non meruit*: illud etiam ex Beda aptiſſimum mihi videtur ad hoc roborandum; Oſuuini enim Angliæ Regis inſignem pietatem Aidanus Epiſcopus animaduertens, vberrimâ lacrimarum eluuione manabat, de quâ fletuum copiâ interroganti Diacono reſpondiſſe fertur, *perbreui ſuperſtitem futurum Regem Oſuinum ſcio: pietate omnibus præit, ideòque cùm Regis pijſſimi præfecturam hæc gens iniqua non mereatur, citiſſimâ morte auguror à Deo rapiendum*, ſic ille nec vanè; eòdem etenim anno proditoriâ & cruentâ morte perijt Rex, quod ſi recentiſſima etiam exempla, mihique optimè cognita, ſine impudentiæ notâ recenſere mihi fas eſſet, non pauca mihi ſupereſſent, quibus enucleatè oſtenderem, moleſtis & procacibus populis digniſſimos à Deo ereptos fuiſſe Paſtores, contumelioſè iam & iniquè ab illis exceptos: & quamuis de recenti dato Hyerarcha multa dederint argumenta lætitiæ, iacturam nihilominus de Anteceſſore factam non ſine lacrimis agno-

D. Cypr. ep. 38. ad Reg.

Oſeæ 13. 11.

D. Greg. l. 4. ep. 17.

Bed. hiſtor. Angl. l. 3. c. 14.

B C D

Digitized by Google

A agnouere, cùm ſucceſſoris inconditos mores experti, diuerſitatis detrimenta ſentiebant: huiuſmodi enim recentes ij Epiſcopi erant, vt ad vlciſcendas in præceſſorem illatas iniurias à Deo vindice electi viderentur; illis ferè illud idem accidit, quod Hebræis accidiſſe teſtatur Sanctus Anaſtaſius his verbis, *Per Reges enim iniquos, tanquam per ſua Iuſtitiæ adminiſtros recepit Deus dignas de improbis pœnas.*

S. Anaſtaſ. Nic. qu. 15. in ſac. ſcrip.

Quàm ipſi Plutarcho ſatis apertum fuit, Principum operâ veluti carnificum non ſemel vti Deum ad populorum ſcelera, regiminis acerbitate affligenda; vt ſanas inſanas gentes efficiat, eos veluti medicos adhibet, eo planè modo, quo venena ipſa hyenæ vituliqne marini ad ſalutare componendum alexipharmacum miſcuerint; illud etiam Plutarchus addit, tale medicamen expertos in Phalaride Agrigentinum populum, in Mario Romanum, & in Sicione, in Ortagorâ & Chliſtere; quàm concinnè hæc omnia mutuato colore Theognidea dipinxit, Vrbem aſpiciens luxu deperditam, delicijs irretitam, otio, faſtu, laſciuiâ defluentem.

Vterum fert Ciuitas hæc; timeo autem ne pariat
Vtrum correctorem malæ inſolentiæ veſtræ.

Theognid.

B Verùm nunquàm ſalubria eſſe poſſunt corrupti Antiſtitis venena: cùm enim ad ipſum ſpectet, tùm integerrimis moribus, tùm verbis Sanctiſſimis cæteris viam ſalutis inſtruere, ſuâque vigilantiâ aliorum pietati deſudare, ſi deſidiâ remittatur, & moribus perditis impietur, præcipites in via populi ruent, neceſſe eſt, Epiſcopi prauis exemplis ad nequitiam incitati; quid hic aliud dicendum eſt, quàm illorum regimini hoc tantùm titulo à Deo præfectos eſſe, ſcilicet vt de flagitioſiſſimis eorum moribus vltrices repetant pœnas, ſuppliciaque condigna: ſic certè docuit in Epiſtolâ Decretali ſacris Canonibus immixtâ Pontifex Venerandus Antherus his verbis *Ex merito plebis nonnumquam Epiſcopi deprauantur*, hoc eſt iuxtà gloſſæ explicationem *praui conſtituuntur, quatenus procliuius cadant qui ſequuntur: capite langueſcente cætera corporis membra inficiuntur*: ſed de hoc alibi vberiùs.

Anter. ep. vnic. c. ex merito 13. 6. q. 1.

Nullus tamen inficias iuerit, Diuinæ bonitatis magiſterio è bono malum trahi, & quod videmus in Apibus è thimi amaritie dulciſſimum hauriri ſuccum, è tam
C iniquâ morum confuſione ait Diuus Gregorius, facile Deo eſt electorum virtutes & gloriam excitare.

D. Greg. 26. moral. c. 11.

§. II.

MAius quid afferre non dubito: non tantùm Diuinæ Sapientiæ Conſilio permittitur, vt ad acerba populis infligenda ſupplicia flagitioſi eligantur Antiſtites, ſed non rarò etiam, vt ipſimet integerrimi piiſſimique Hierotheleſtæ inuiti deflectant à recto, & ferè cœcutientes in vitiorum ſyrtes impingant, non ſine ingenti popolorum moleſtiâ & detrimento; habes hoc à Diuo Gregorio his verbis. *Pro qualitatibus ſubditorum diſponuntur acta regentium, vt ſæpè pro malo gregis etiam verè boni delinquat vita Paſtoris*; & maximè congruum è ſacris paginis exem-
D plum profert in medium; quis vnquam ſibi ſuaderet, vt Dauid humiliter adeò demiſsèque de ſe ſentiens, Diuinoque cordi adeò conformatus, tantâ ſuperbiâ inſaniret, vt arrogantiſſimè elatus numerum ſubditarum ſibi gentium recenſere non timeret? Quid igitur, errante Principe, totus in populum ſuppliciorum turbo detonuit? ex ipſo ſacro codice reſponſum habes: ingenti flagitiorum illuuie Diuinam bonitatem laceſſiuerant Hebræi, ideòque ſacra ibi addit hiſtoria, *& addidit furor Domini iraſci contrà Iſrael, commouitque Dauid in eis dicentem, vade numera Iſrael & Iudam*. Numerandi populi mandatum, quod ſuo armorum Præfecto Ioab Dauid incogitanter impoſuit, impotentiæ ſpeciem refert, quâ ſe Dauid ferre non poterat, ſed re verâ peſtilentiam poſteà graſſaturam prænunciabat; rurſus audi ſemper audiendum Gregorium, *Dauid tumore repentinæ elationis inflatus populum numerando peccauit, & tamen vindictam populus Dauid peccante ſuſcepit; cur hoc? quia videlicet ſecundum meritum plebium diſponuntur corda Rectorum; iuſtus verò Iudex peccantis vitium ex ipſorum animaduerſione corripuit, ex quorum cauſâ peccauit*; alibi pariter Maximus idem Pontifex oſtendit, palmarem Heli noxam in nequiſſimis

D. Greg. moral. 25. c. 14.

2. Reg. 24.

ſimis filijs leniter leuiterque corripiendis adſcribendam eſſe non tantùm ſceleſtiſ- A
ſimis eorum moribus, quàm turpiſſimis populorum moribus, vt hac ratione præ-
ceps vterque ad extremam perniciem deuolueretur.

E Gothicis monumentis elegantiſſimam etiam habes de hac re narrationem, re-
ann 4'8. ferente Cardinali Baronio: illud Auguſto Leoni, Gennadioque Conſtantinopoli-
tano Patriarchæ vir admirandæ ſanctitatis Daniel Stylita prænunciauerat, grauiſſi-
ma ſcilicet maximæ illi Vrbi Dei vindicis manu inferenda eſſe ſupplicia, adeoque
curarent violatum Numen votis, precibus, ieiunijs ſibi propitiare, ſupplicationes,
preces, voluntarias corporis afflictiones indicere prætermiſit obliuione captus An-
tiſtes, permittente hoc Deo, vt populi illi ſuprà quàm dici poſſit ſceleratiſſimi,
vltricem Dei percutientis manum ſentirent, & ſub debitâ pænarum mole ſatiſ-
facerent; illud his accidit, quod accidiſſe Iudæis habemus ex Iſaia, *miſcuit vobis*
Iſa. 19. 10. *Dominus ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros, Prophetas & Principes veſtros, qui*
uident viſiones operiet.

Exploratum igitur eſt, populi flagitijs vertendum, cùm irreligioſis & corruptis B
moribus inſtruuntur Antiſtites; æquo igitur animo illos imò vt Dei adminiſtros
dilectione proſequi debent, nec temerè vel Cælum, vel Epiſcopum arguere, ſed
ſuamet crimina accuſare: ſic nos hac de re Magnus admonet Gregorius, *nullus*
qui talem Rectorem patitur, eum quem patitur accuſet, quia nimirum ſui fuit meriti,
peruerſi Rectoris ſubiacere ditioni; culpam ergo proprij magis accuſet operis quàm
iniuſtitiam gubernantis. quin potius ſapientiſſima Dei conſilia veneratus populus,
non eum magis exacerbet, ſacrum Epiſcoporum nomen obtrectans, ſed Deum
propitiare ſibi ſtudeat, vt ille è vitijs emergens ad bonam frugem ſe reuocet, nec
tam imperio præſit quam exemplo, vel ſanctiorem impetret à Diuinâ beneuolen-
lib. 5 de Ciuit Dei. cap. 21. tiâ Præſulem: nam docente Auguſtino, licet Præfecturas & regimina impertiri
ſpectare ad homines videatur, ſolius tamen eſt opus Dei, è cuius ſapientiæ the-
ſauris nunc probi, nunc improbi moderatores iuxtà populorum mores emanant:
vt ſolius Dei eſt, gentibus in cælo ſedare, ſic etiam eiuſdem Dei eſt, ſui admini- C
ſtros iuxtà placitum ſuæ voluntatis nunquam à rectitudine declinantis, nunc pios,
nunc impios impertiri: qui Marium Romæ præfecit, præfecit & Cæſarem, Augu-
ſtum prius, poſteà Neronem dedit; quis Veſpaſiano & Tito amabilior, quis Do-
mitiano crudelior? vtrumque tamen in Imperij ſede conſtituit Deus: eâdem iu-
ſtiſſimi Numinis manu datur orbi Cæſar Conſtantinus Eccleſiæ Protector & Cu-
ſtos, datur & Iulianus fidei turpiſſimus inſectator & transfuga: Deum precari no-
ſtrum eſt, eiuſque auxilium ardentiſſimis precibus comparare; vt meliorem ſor-
tiamur Hierarcham, deteriorem veneremur, eique licet improbo obſequamur;
hac enim arte, vt famâ & ſanctitate Magnus Gregorius docet, flectitur & place-
tur Deus; ſic ille ad Phocam ſcribens aſſerit, cùm Cæſareæ ſedi donatus, non-
dum ſceleribus ſe implicauerat, quibus poſteà Cæſaream Purpuram ſordidauit:
Præceſſerat ei in Imperij Præfecturâ Mauritius, cuius inſaturabili ingluuie Roma-
num ingemiſcebat Imperium, cuiuſque temeritas in eundem Sanctiſſimum Ponti-
ficem deſæuierat: Gratulatus ergò per Epiſtolam Cæſari Phocæ recenter electo, D
l. 11. ep. 16. inter alia hæc habet. *Dominatur excelſus in regno hominum, & cui voluerit ipſe,*
dat illud; in Omnipotentis quippe Dei incomprehenſibili diſpenſatione alterna vitæ
mortalis moderamina conſiſtunt & aliquando cum multorum peccata ferienda ſunt,
vnus erigitur, per cuius duritiam tribulationis iugo ſubiectorum colla deprimantur,
quod nos in noſtra diutiùs tribulatione probauimus. Aliquando verò cum miſericors
Deus merentia multorum corda ſua decreuit conſolatione refouere, vnum ad regimi-
nis culmen prouehit, & per eius miſericordiæ viſcera in cunctorum mentibus exulta-
tionis ſuæ gratiam infundit, &c.

Nec rarò ipſimet populi, vel moribus inurbani, vel irreuerentiâ procaces, vel
in ſcelera effuſi, Præſules ipſos cogunt, vt amorem manſuetudinemque exeuntes,
aſperitatem & furorem induant, Apoſtolum Paulum, hoc eſt Præſulum Ducem
1. Chor. 4. 21. imitati, qui ad Corinthios ſcribens ait, *Quid vultis? in virgâ veniam ad vos,*
an in charitate & ſpiritu manſuetudinis? an ad vos accedam humaniſſimi Patris
inſtar, an vt rigidus Iudex, vobis eligendum eſt: nam re verà ſubditarum gen-
tium

A tium eſt ſibi facere Moderatorem & Præſulem vel humanum & amabilem, vel
aſperum & violentum: mores populi ſequitur Antiſtes, eoque excipit eum modo,
quo ab eo ipſe excipitur; an virgâ ſit grex regendus an voce, ab ipſo grege vel
facili vel duro, paſtor addiſcit: quà propter hâc etiam ratione, non in Præſules
at in ſe ipſos querelas exonerent populi neceſſe eſt, niſi enim contemnatur eorum
authoritas, & reuerentiæ ſplendor illis obſoleſcat, humaniſſimus erit Præſulum
amor, & illis amantiſſimè blandientur.

§. III.

Ab Epiſcopis vel improbis in probos populos multa commoda deriuari.

B

DIuinam dexteram promptiorem eſſe ad inferenda blandimenta, quam ad
verbera infligenda, magiſque expeditam, vt coronet, quam vt feriat, quis
adeò ineptit, vt ignoret? ergo ſi vt flagitioſarum gentium mores animaduertat, ad
eorum Præfecturam Præſulem indignum conſtituit, multò magis integrum Piumque Antiſtitem, Pio integroque populo dabit, vel ſi fortuitò hic improbus fuerit, probum efficiet, & ad ſubditorum vtilitatem ſalutaria ab illo hauriet documenta: quod ſi in fidei deficientis pœnam, loquendi vſu ſpoliatus Zacharias, vberiùs illum, filio Baptiſta naſcente recepit, vt eius encomia tuba aureâ celebraret,
Dei etiam opus erit, non conſideratis Hyerarchæ criminibus, ſanctis illum fulgoribus illuſtrare, vt populum, cuius eſt pater, inoffenſo pede ducat ad cælum;
eleganter ad hanc rem Petrus cognomento Cryſologus ait, *Hoc Doctor accipit,* Serm. 86.
quod meretur auditor.

C Habes hic quæ opportunè Diuus Gregorius congerit, verba Christi Seruatoris
obſeruans, quibus de Scribis & Phariſæis ſermonem habens pias gentes allocutus eſt, *Quacumque dixerint vobis ſeruate & facite, ſecundum autem opera eorum* Matt. 23. 2.
nolite facere, ac ſi diceret, flagitioſi licet ſint, & ſceleribus plurimis impiati, non
ideò tamen moribus eorum caſtigatis, debita illis obedientia ſubtrahatur; Deus
enim veſtræ pietatis & obſequenti, animi memor efficiet, vt nunquam vos in errorem adducant, veſtræque opportuna ſaluti, non cogitantibus illis, ſuppeditent;
ipſum iam audi Gregorium ſic admonentem, *Bonis ſubditis Paſtor tribuitur, qui* l. 4. in l. Reg. c. 4.
*bona habeat, per quæ illis proſit & ſibi non proſit; tales quidem erant, de quibus Dominus diſcipulis præcepit dicens, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite,
quaſi dicat, quod iuſtè pro vobis acceperunt, ab eis quaſi veſtrum tollite, & in eis
quaſi ſuum dimittite quod non habent ad lucrum, ſed ad interitum ſuum.*

Quis inter Præſules Caiphâ flagitioſior? ſi danda fides eſt tùm Hebræo Ioſepho, Ioſeph. hiſt. l. 18. antiq. c. 3:
tùm Diuo Hyeronimo, ſacrilegus ipſe nundinator, ſacram quâ Præſtabat digni-
D tatem venali pretio habuit, Diuinæque legis immemor, laqueus mali Dœmonis D. Hyero, in c. 26. Matth.
vndique alligatus in Cæli innocentiam inexpiabili furore deſæuijt, alioſque ad
tam nefarium ſcelus adhortans, iuſtitiam penè omnem euertit, vt Deum morti
traderet; ex ipſo tamen tàm vtile omnibus totique poſteritati ſalutare dictum
Deus elicuit *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat*. Qui Io. 18. 14.
crudelis fuerat ſibi, nobis fuit vtilis, ſibi interitum, ſalutem contulit nobis, maximè ſibi ignarus, nobis ſapientiſſimus, aperuit nobis quæ ſibi videre non valuit;
affero verba ſanctiſſimi Damiani, *nobis non ſibi vidit, & occultum ſapientia theſaurum,* D. Petr. Dam. in libell. gratiſ. c. 101.
quem ipſe ignorabat aperuit. hàc certè formâ Deus vtitur, in populorum commoda Præſulum inquinamenta conuertens, *in manu cæci* ſic enim Damianus proſequitur, *lumen eſt poſitum, non quod ille conſpiceret, ſed quod alijs adminiſtraret.*

Nimis enimuerò Diuinarum Virtutum fructibus ſteriliſcebat Heli Sacerdos,
eò quod è blandâ, quâ filios palpabat indulgentiâ, ſcelerum quibus illi vacabant,
particeps videretur: ſed piiſſimæ Coniugi Annæ, quàm fuit ſterilitas iſta fœcunda! prolem certè adeò expetitam ſuſcepit in vtero, & voti compos mater meruit
ſalutari:

Digitized by Google

ſalutari: hinc omnes addiſcant, velim, Præſulem licet indignum precibus ſuis A
efficacem adeò eſſe, tantàque virtute pollere eius concinnem, benedictionem-
que, vt ſingularem meritorum fœcunditatem ſubditorum animis poſſit afferre: ab
eodem Magiſtro hæc habes, qui Eccleſiam hanc Eugubinam, cui nos indignè præ-
S. Petr. Dam. eod. c. 18. & in eius ep. ad Alex. 2. ficimur, illuſtri famâ pietatis inſtruxit, *Quis Eli Sacerdotem neſciat reprobum &*
tàm pro lenitate ſua, quàm pro liberorum effrenatâ licentiâ, diuinæ animaduerſionis
ſententiâ condemnatum? eius tamen benedictione non fuit ſterilis vterus, cui nimi-
rùm fœcunditatem imprecatus eſt vulua. Hanc itaque benedictionem efficacem red-
didit non meritum hominis ſed officium Sacerdotis, & quod non habebat cauſa mini-
ſtri, virtus exhibuit miniſterij. In Annam ſe ſacri muneris virtus effudit, quia ca-
paci recipere illam corde valebat: vires ſuas tanti miniſterij ſanctitas in illis exer-
cet, quos illa non ſortietur indignos.

Quid arbore vlmi ſterilius? fertilem tamen ipſa educat vitem; palmites Epiſ-
copi ſunt Apoſtolorum ſucceſſores iuxtà illud *Vos eſtis palmites:* quoad vſque igitur
Apoſtolicum munus eis inerit, & ſacra dignitas in eis adoleuerit, criminum, licet B
vepribus inuoluti, Chriſti tamen voce intonant, & ni ſoli malignitas obſtiterit,
ingenti florebunt fœcunditate virtutum.

Aptos igitur vel ineptos Antiſtites ſortiri, populorum eſt; ſi diſpares tanto
muneri eualerint; non illorum vitio, ſed ſuo vertant; aptiſſimè hic accomodari il-
la verba Apoſtoli poſſunt, *quæ ſeminauerit homo, hæc & metet:* hoc igitur quod
paradoxon videtur, veluti firmiſſimum dogma ſtatuatur, ad populum ſpectat Præ-
ſules habere probos vel improbos.

Omnibus quàcumque dignitate potentiàque præſtantibus obſeruandum Epiſcopum eſſe. Cap. X. C

Elaboratiſſimum Diuinæ Sapientiæ fuit opus, multiplices adeò vniuerſi huius
partes tam ſuaui ſimul elegantiâ componere, & vinculo quodam Gordio
maiori ſimul omnes adnectere, vt diſcordes elementorum affectiones, concordi
quodam ad idem præſtandum fœdere conſpirent, ea etiam ſuperadditâ lege, vt
elementa ſublimiora, occultis meatibus infima adiuuent, hæc verò recepti benefi-
cij mercede ſuprema elementa venerentur, mutuis hiſce reciprocantibus vtrim-
que officijs, omnia ſimul creata conſonâ quadam concinnitate iungantur, vt ſu-
prema ſequentibus infimis, numeroſus quidam concentus oriatur, & Pythagoreo-
rum harmoniâ longè ſuauior; hæc contemplatus Philo Iudæus aſſerit, vniuerſi
Phil. lib. de mundi opif. partes Deo architectante obtinuiſſe *optimum ſitum, ac veluti muſicam ordinis con-*
cinnitatem.

Hoc idem ingenioſiſſimè mihi videtur indicaſſe antiquiſſimus Homerus fabula- D
rum inuolucris Philoſophiæ commenta conueſtiens: auream è cælo varijs intex-
tam annulis pendere catenam pulcherrimè ipſe finxit, cuius vi vniuerſi Rector
Iuppiter Mundi totius partes adeò diſſitas admirandâ concinnitate diſpoſitas libra-
bat, libratasque moderabatur: inſana propè delitamenta ſunt hæc, quæ fallaciſ-
ſimo Ioue fulciuntur: verum æternumque, ſi fas eſt dicere, Iouem adeamus vni-
uerſi totius ſapientiſſimum conditorem; quàm illuſtri hic ordine generis humani
partes ſibi mutuò conſonantes amore coniunxit! adeò vt ex obedientiâ Magiſtra-
tibus debita, tùm in politico, tùm in Eccleſiaſtico regimine, vrbium gentiumque
totiuſque vniuerſitatis tranquillitas & quies emanet; ſi mutuò ſibi cæleſtia & ter-
rena ſimul obediant, perenni fœlicitate vigebunt, vt eleganter Nazianzenus Theo-
logus admonet, nec aliam ego dixerim venuſtiſſimam eſſe ſobolem Martis & Ve-
neris coniugio editam, vt è fabularum commentis habemus, quam obedientiam;
hæc enim ſimilia diſſimilibus iungit, ſupremis infima, infima ſupremis fœderat, par-
tes partibus nectit, totumque è partibus amore architectante componit.

Tactum

Digitized by Google

Iactum hic fundamentum vides, cui debita Epiſcopis obſeruantia incumbit, ne A ſcilicet compoſitum diuinitùs ordinem perturbemus, & tam concinnæ conſonantiæ diſſonemus: quantùm Dei fulmina prouocat eiuſque furorem acuit, qui præſcriptas ad orbis quietem leges euellere inſanâ temeritate non timet? quod cælo intelligentiæ, elementis cęlum, corporibus animæ præſtant, hoc populo præſtant Antiſtites: quale quantumque orbis excidium immineret, ſi mouentis intelligentiæ numeroſas leges effræne cælum excuteret? quæ Mundi fœda perturbatio, ſi cælo ſubiecta elementa rebellarent? ſubditorum intelligentia, cælum, anima Epiſcopus eſt, cuius Magiſterium ductumque ſequentes, dulci harmoniæ concordiæque ſeruandæ ſubſeruiunt; prompto igitur facilique animo Hierarchis populi pareant, ſi ſecurâ frui beatitate voluerint; habes huius veritatis luculentiſſimum teſtem Philonem Hebræum his verbis, *Sicut cælos regunt Angeli, cæli elementa, ſic reguntur beſtiæ ab homine, ab anima corpus, res omnis inferior à ſuperiore.*

Phil. de legib. ad Caium.

B Quis naui Præfectum deneget, exercitui Ducem arti Magiſtrum? quis ergò populis Epiſcopum deneget, qui veluti Nauarchus ſuæ Diœceſeos nauim ad portum ſalutis adducit, qui Ducis inſtar in effrænes vitiorum motus populorum mentes obarmat, qui tanquam Magiſter, arduam viam virtutis, tùm verbis, tùm exemplis edoceat? naufragium ſibi parat, qui parère illi recuſat, Militiæ Chriſtianæ deſertor audiet, qui Ducis Imperium detrectauerit & Pręceptoris Magiſterium negligens ignorantiæ tenebris obruetur: ſicut autem ad deforme & implicitum chaos cuncta ſublunaria redirent, ſi ſuprema ſyderum, cælique momenta ſequi noluerint, ſic neglectis Epiſcoporum mandatis, ſquallere populos, vrbes deſtrui, cuncta ſuſdeque miſceri neceſſe eſt, *Vbi non eſt gubernator, populus corruet.*

Prou. 15 4.

Quæ calamitates, quæ detrimenta, quæ excidia ex primorum inobedientiâ parentum in vniuerſam poſteritatem miſerrimè emanarunt? è delitijs in ærumnas, è ſolio in ſolum, è cælo in cænum deturbatus homo eſt; tam acerbæ Metamorpho- C ſeos rationem, non alteri tribuendam eſſe docuerunt maximi rerum ſacrarum Magiſtri Gregorius & Auguſtinus, quàm inobedientiæ, quâ præcipienti Deo, ne de vetito pomo deguſtarent, væcordi temeritate obſiſtere auſi ſunt; quàm deformis inobedientia, quàm ſpecioſa obedientia eſt? affero in rei teſtimonium Auguſtinum, *vt ipſius per ſe bonum obedientia, & ipſius per ſe malum inobedientia monſtraretur*: Diuinâ productus manu eius arboris fructus noxius eſſe non poterat, inobedientiæ virus illum infecit, ſparſumque in vniuerſam humanam ſobolem veneoum pretium obedientiæ oſtendit, è cuius iacturâ tot implicitis malorum ſyrtibus deplorandum patimur naufragium.

Aug. rel. in c. quod ergo 96. 21 q. 3.

li edit. leg. c. 14. & lib. 8. ſup. Gen. ad litt.

E tenebris ipſis Idololatriæ illuſtris emerſit, veluti virtutum ſol obedientiæ: quàpropter doctiſſimus omnium Ariſtoteles eam vocauit *Virtutem vniuerſam*: virtutum omnium Epitomen, & quoddam pietatis breue compendium illam dixeris eo planè modo, quo Planetarum omnium lumina colliguntur in Sole. flos ille of- D ficiorum omnium eſt, aurea fælicitatis humanæ baſis, virtutum denique omnium, Auguſtino teſte, parens & nutrix: quin imò virtutes inter cæteras morales obedientiam primatum habere egregiè, vt ſolet, Angelicus Magiſter aſſeruit, eò quod Deo, ſuiſque adminiſtris pretioſiſſimum omnium bonorum, hoc eſt arbitrij libertatem litet, & immolet; huius vi Lacædemonum Republica tantâ fælicitate adoleuit, Romanumque Imperium ad excelſum adeò beatitatis culmen aſſurrexit vt victorijs orbem totum peragraret; quàpropter illud de Romanis prædicauit Flauius Ioſephus *Tanto Rectoribus obſequio pareas, vt in pace ornamento eris, & in acie corpus vnum totus videatur exercitus*; nec aliter à primis vſque temporibus Eccleſiæ fælicitas ſtetit; certatim enim populi omnes ad omnia paratiſſimi Antiſtitum excipiebant Imperia: at vero deficiente huiuſmodi obſeruantia, fælicitas etiam primæua defecit: illicò enim hæreſes, diſſidia, ſchiſmata ex inobedientiâ vbertimè pullularunt, quibus Eccleſiæ venuſtas miſerrimè aggreſſa & corrupta defloruit, ipſumque Sanctuarij velum, imò eadem Chriſti veſtis fædiſſimè fuit conſciſſa: *inde enim* ait optimè Diuus Cyprianus *ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriun-*

lib. 5. ethic. c. 5.

l. 14. de Ciuit. Dei c.

22. q. 104. act. 3.

Ioſ. Hebr. lib. hiſt. 3. c. 2.

epiſt. 69.

oriuntur, dùm Epiſcopus qui vnus eſt & Eccleſiæ præeſt ſuperbâ quorundam præſum-
ptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus iudica- A
tur: quà ergò temeritate rapi dicendi ſunt illi, quorum eò ſuperbia impudentia-
que grandeſcit, vt humanâ obedientiâ iactent hos indignos, quos apprimè di-
gnos Deus elegit, electoſque probauit? quis hic non videat, quantæ vtilitatis &
momenti fidei Catholicæ ſit alacris populorum obſeruantia erga ſuos Antiſtites?
quis ad ordinis Hyerarchici ſeruandam Maieſtatem, neceſſitatem non agnoſcat
obedientiæ, quam illi Chriſtus Dominus, voce, exemplo, præcepto demandauit?
ſicut enim opportuna partium ſubiectio vniuerſi ſtatum tuetur & ſeruat, ſic docen-
D. Greg. Naz. or. 26. num. 27. te Nazianzeno Magiſtro *Ordo quoque in Eccleſiis conſtituit, vt alij oues ſint alij Pa-*
ſtores, alij ſubſint, & pareant, aliud velut caput ſit, alius oues, alius oculi, alius
aliud quoddam corporis membrum ad totius Eccleſiæ concinnitatem & vtilitatem, vel
inferius vel præſtantius.

Quicumque igitur ſtipendia Chriſti meret, fidemque Orthodoxam profiteri
gloriatur, Hyerarchis obediat neceſſe eſt, illorumque mandata expeditus exhau- B
riat; ſecus faciens, ordinem naturæ, cæli, Deique ſtatutum fœdè perturbat, vide-
turque pro ſuis viribus ſemen effundere, quo ad Eccleſiam obruendam hæreſes
ſegete funeſtâ ſuccreſcant; ipſis quin feris efferatiorem ſe præſtat, vt enim ex Di-
D. Hiero. ep. 4. ad Ruſtic. c. 7. uo Hyeronimo habemus animantia ipſa greſſus illius alacri pede ſequuntur, quo
tanquam ſuo Ductore reguntur: quis vnquam obſequia ſuo Regi ab Apibus præ-
ſtita non ſuſpiciat? quis ordinem non admiretur, quo grues illam ſequuntur,
S. Cipr. ep. 69. quam veluti Ducem elegerunt? quin etiam illud addit Sanctus Cyprianus, è quo
Sancto Hyeronimus huius robur argumenti ſuſcepit, ipſimet latrones ad eius vo-
luntatem & nutum obſequentiſſimè conuertuntur, quem ſuperioris loco ſibi
præfecerunt.

§. I.

C

EX his non leuiter indicatis alia non minore deducenda ſuperſunt, ſcilicet
Rectoribus, Præſulibus, Principibus eò potiſſimum titulo obedientiam eſſe
exhibendam, quod Diuino conſilio præfecti fuerit, tanquam Diuinæ voluntatis in-
terpretes & adminiſtri: audi de hoc legem, non humanâ ſed Diuinâ tubâ euulgatam,
Rom. 13. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo,*
quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt: quàpropter quæ de rebus ſuo muneri congruis
Præſules Moderatoreſque præcipiunt, vt è cælo deprompta oracula ſuſcipere opor-
tet executionique mandare; itaque ruſſus audi loquentem Apoſtolum, *qui reſiſtit*
poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt,
D. Aug. ep. 50. & 160. relat. in c. Imperatores 94. in qu. 3. hoc eſt, capitali ſe crimine obſtringunt iuxtà Auguſtini mentem ſic Apoſtoli verba
confirmantis, *quia hoc facere noluit, quod ei per cor Regis ipſa veritas iuſſit.* ac ſi
Præſules ac Principes Diuinæ ſint mentis explicatrices, & è Dei voce habuerint,
quod alijs ſuâ lege faciendum deſignant. D

In humanæ vitæ theatro partes adſcribit & ſedem dat omnibus Deus; quis er-
go tam benè concinnati ordinis formam turpiſſimâ ſceleris nota deſtruere audeat,
aliorum legibus obſurdeſcens?

Nec me latet in ſuperiùs allatis ex Apoſtolo verbis de Principibus tantùm ſæ-
cularibus, non verò Eccleſiaſticis ſermonem haberi; cum enim illud primæuis
Chriſtianæ fidei aſſeclis ad Reges Principeſque laceſſendos fraudolentâ obtrecta-
tione obijcerent idololatræ, illos nimirum debitam obſeruantiam Principibus
prohibentes ad Reſpublicas euertendas & Imperia delenda cogitationem inten-
dere, ad tam mendacem impudentiam perfringendam, totus in eo Apoſtolus eſt,
vt venerationem & obſeruantiam erga eos, quibus illi ſubijciuntur commendet
& imperet: Deo etenim deſignante & eligente populis Principes præficiuntur: ſed
ex hoc ipſo validiùs noſtra roboratur ſententia; ſæculi faſces venerari & obſequi
Paulo docente debemus? multò igitur magis Sanctuarij inſignia ſunt obſeruanda:
quidquid pro illis dixeris, de his ſolidius, &, vt vulgò fertur, *à fortiori* aſſeren-

dum

Digitized by Google

A dum eſt; tùm quia Deus ipſe Principatum Eccleſiaſticum condidit, cùm ſæcularem populi, Deo ſuggerente condiderint; tùm etiam quià ſæcularibus Præfecturis multò ſunt ſacræ præſtantiores, tùm demùm quià Hyerarchicæ Leges ad excellentiſſimùm opus diriguntur, cuiuſmodi eſt Dei gloria & vtilitas animarum; quà propter mortiferè ſemper illis inobediendo delinquitur, cùm econtra cum ſæculares leges moribus tantùm ciuilibus & politiæ procurandæ inſeruiant, tunc ſolùm earum inobſeruantia capitali noxa damnetur, cùm publico bono, quod earum finis primarius eſt, poſthabito, priuato tantùm commodo ſtudetur, licet ex hoc publicum bonum oriatur: ſic certè hac de re concordi ſuffragio ſtatuunt Canonum & Moralis Theologiæ Magiſtri; quod mihi quidem luculentiùs confirma- apud Sanch. in Decal. t. 1. l. 1. c. 9. nu. 10. tur Sanctiſſimi Martyris Ignatij teſtimonio, qui ad Smyrnenſes ſcribens aſſerit, quod ſi meritas ab illis pœnas videtur Deus exigere, qui pro animi ſui libidine ſæcularium Principum iugum ſibi excutere moliuntur, multò iuſtiùs ſupplicia in illos intorquet, qui Sanctum Epiſcoporum Imperium ſuæ libertatis amatores detrectant:

B *Si enim*, ſic ipſe loquitur, *iure cenſebitur pœna dignus, qui aduersùs Regem inſurgit, et qui violat bonas legum conſtitutiones, quantò putatis grauiori ſubiacebit ſupplicio, qui ſine Epiſcopo, quid volet agere, concordiam rumpens, & decenter ordinem confundens; Sacerdotium enim eſt omnium bonorum quæ ſunt in hominibus apex.* D. Ign. ep. 10.

Quin imò forma illa dicendi, quam ſuperiùs ex Apoſtolo vſurpauimus, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, conuenientius Epiſcopis quam Principibus acomodatur: neque enim deſunt, qui ſe à Principum obedientià ſubtrahant, vti ſunt ferè illi qui Eccleſiaſticæ Militiæ vexilla ſectantur; quod tamen de Epiſcopis dici nefas eſt, iſtis enim *Omnis anima ſubdita eſt*: non diuitijs, non nobilitate, non dignitatibus, non regio faſtigio, totoque illuſtris vitæ choragio ab Hyerarchæ regimine legibus, authoritate eximere ſe nullatenus poteſt, cùm inter humanæ vitæ prærogatiuas nulla detur, quæ liberam ouem præſtet à ſui Paſtoris imperio: abundè hoc prædicant Theodoſius, alijque, de quibus aliàs diximus,

C Regnorum dominatores ampliſſimi; at ſilentibus iſtis, haudquaquam clariſſimus Conſtantinopoleos Antiſtes hoc idem ſilentio prætermiſit, cùm Principes ipſos alloqueretur; quin imò Diuino monitus ſpiritu, hoc apertè Apoſtolorum diſcipulus Ignatius pronunciauit: hic enim ad Philadelphios ſcribens, humanæ politiæ gradus inter ſe diſtinguens, ſuaſque cuilibet leges accomodans, alium infimum, ſupremum alium ſtatuit, quoad vſque Epiſcopalem ſedem attingens, omnes abſque vllo diſcrimine ad illius obſeruantiam addicit, Clericos, Laicos, Principes, Reges, Cæſares ipſos ad eiuſdem obſequium cogit & trahit: in promptu ſunt eius verba. *Principes ſubditi eſtote Cæſari, Milites Principibus, Diaconi Presbyteris, Preſbyteri verò, & Diaconi atque omnis Clerus ſimul cùm omni populo, & militibus atque Principibus, ſed & Cæſar obediens Epiſcopo, Epiſcopus verò Chriſto, ſicut Patri Chriſtus, & ita vnitas per omnia ſeruatur.* D. Ignat. ep. 6.

Vlterius etiam hoc idem proſequitur Sanctus Clemens, qui primum à Petro in

D Vicario Chriſti regimine locum obtinet, ſuumque hac in re adeò ſtylum exacuit, vt pariat admirationem legentibus; diras enim imprecatur & execrationibus omnes illos deuincit, quos ab Antiſtitum obſeruantià nefaria ſubmouet audacia: in partem ſortis adeò deteſtandæ Principes etiam aduocat; licet enim ſæculari dignitate præcellant, æque tamen ac alij de infimâ plebe homines Hyerarcharum poteſtati ſubiacent, & Paſtorem perenni cultu debent agnoſcere: Audiatur tantus vir in quadam ex ſuis Decretalibus hæc habens, *ſi autem vobis Epiſcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & reliqui Clerici, omneſque Principes tam maioris ordinis quàm inferioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ obtemperauerint, non ſolùm infames, ſed & extorres à Regno Dei & à conſortio fidelium, & à liminibus Sanctæ Dei Eccleſiæ alieni erunt, tum veſtrum eſt eos inſtruere, eorum eſt vobis obedire vt Deo, cuius legatione fungimini.* D. Clem. ep. 3.

§. II.

A

EXtremis hiſce vocibus tertia deſcribitur ratio, quæ ad Epiſcoporum obtem-
perantiam validâ vi nos adducit: ea autem eſt quia Dei Legatus Antiſtes eſt,
eiuſdemq, virtute cæli oracula decretaque promulgat: Cyrum Perſarum Medorum-
que Principum licet Idolorum cultorem adhibuit Sapientiſſimus Deus ad gentis
Iudeæ fœlicitatem inter hoſtium cædes floridius aſſurgentem; Victorem Cyrum
totus orbis prædicabat, ipſique tot egregia piiſſimaque facinora, quibus Iudeæ
gentis beneficio tam fortiter ſtuduit, omnes tribuunt, ſed Cyrum eundem allo-
quens per vatem Iſaiam Deus obteſtatus eſt, ſe tanti operis authorem extitiſſe,
ignorante penitùs Cyro non tantùm quid faceret, ſe quiſnam Deus ille eſſet, cuius
vi tam illuſtria fortiaque geſta conficeret; *Propter ſeruum meum Iacob & Iſrael ele-*
Pſ. 45. 4. *ctum meum & vocaui te nomine ſuo, aſſimilaui te & non cognouiſti me.* quàpropter
ad Deum per apoſtrophen ſermonem conuertens vates, illud acutè ſubnectit, *Ve-* B
rè tu es Deus abſconditus: Maximum & conſideratione digniſſimum in re de quà
agitur, hoc eſt, ne Præſulum decreta excipiamus, ac ſi ab eis emanarent, ſed vt
in ipſis latentem Diuinitatem agnoſcamus, adminiſtros adhibentem, vt imperia
ſua, ſuaque effata communicent, ex quo colligi poteſt, idem prorſus eſſe, Præſu-
li repugnare ac Deo.

Quàm manifeſtè hoc innuit noſtræ ſalutis aſſertor Chriſtus, cùm de Apoſtolis
eorumque ſucceſſoribus verba faciens de eis diceret *Qui vos audit, me audit &*
Luc. 10. 16. *qui vos ſpernit, me ſpernit*, apertè indicans, Epiſcopos ſuæ tantùm eſſe voluntatis
interpretes agnoſcendos, ideoque eorum præcepta, velut è cæleſtibus adytis ex-
cepta oracula, accipienda eſſe & alacriter peragenda.

Quam eandem in rem ſapientiſſimè Diuus Bernardus aſſeruit, *Siue Deus, ſiue*
S. Bern. tr. de præcep. & diſpoſ. *Homo Vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obſequendum eſt*
cura, pari reuerentiâ deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.

Quam longè igitur à rectâ veritatis viâ deflectit, qui arbitratur, Præſulem tan- C
tùm in eius inobedientiâ vulnerari: Chriſtus ille eſt; cuius detrectas imperium,
cuius ad voces obſurdeſcis; ipſe in tuâ inobedientiâ læditur, eamque inſeret de
illa vltionem, quam formidandis illis vocibus indicauit *Qui autem ſuperbierit,*
Deut. 17. 12. *nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo ſuo, & de-*
creto Iudicis, morietur homo ille, & auferet malum ex Iſrael: quæ verba vbi attigit
D. Cypr. ep. 62. ſapientiſſimus Carthaginis Magiſter Cyprianus, illud aſſeruit, quod in veteri lege,
quæ præſentia tantùm ſpectabat, temporalis merito pœna erat inobedienti infli-
genda, ſed in Chriſtiana lege, quæ tota refertur ad Chriſtum, ſpiritali morte
mulctandus inobediens erat, diriſque deuotus, à piorum ſocietate ſegregandus:
laborare videtur in fide, qui Deum in ſuo Præſule latere non credit, cuius aut ho-
rtatæ leges ſtatuit, decreta promulgat: quod ſi in eo Deum agnoueris, ſed ad-
huè iniquitatis vi, ab eius obtemperantiâ, pertinaci deſpicientiâ recedas, impium
te eſſe quis neget, dùm in homine adminiſtro Diuinitatem imperantem deſpica- D
tiſſimam habes, ſuperboque flagitio tumidus aſpernaris.

Sed ad quartam extremamque rationem accedamus oportet, quam affert
iiſdem verbis piiſſimè exaratis Apoſtolus, vt ad præſtandam Epiſcopis ob-
ſeruantiam, iuſtitiam ſimul & noſtram vtilitatem, duplicatâ veluti acie ob-
Heb. 13 17. armet. *Obedite Prepoſitis Veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant, quaſi*
rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cùm gaudio hoc faciant & non gementes:
non expeditè ſolùm obtemperandum Epiſcopis eſt, docente Apoſtolo, ſed demiſ-
ſe ſimul & venerabundè faciendum hoc eſt, illud enim vox Græca ὑπείκετε ſonat,
quod latinè dicitur *ſubiacete*: ſi cauſam quæſieris, in promptu eſt; veſtræ illi vtili-
tati deſudant, ad veſtra commoda eorum tendit & ſtudet induſtria, veſtræque
ſalutis ſe Deo præſtitere ſponſores, cui animarum veſtrarum rationem ſunt red-
dituri. Mutua ſunt hæc officia, reciprocàque virtute ſibi leges iſtæ reſpondent, vt
vel vtraque detur lex, vel neutra: leuis illa eſt, quâ populi ad obtemperantiam
excitantur, grauiſſima verò illa, quâ premuntur & penè fatiſcunt Epiſcopi, adeò-
que

que non tantùm eorum animi de inobedientiâ exacerbandi non ſunt, ſed promp-
A tè facilique obſeruantiâ recreandi, & quodam pietatis inſtinctu honorandi: nam
pro ſuarum gentium commodo, immortalis interitus diſcrimini ſalutem ſuam
obijciunt, & de populorum deliramentis Deo Iudici rationem reddere non refor-
midant: quam ad rem concinnè ſatis Diuus Thomas Villanouanus admonet, *Re-* D.Thom.
uereamur fratres Prælatos, honoremus & obediamus illis, qui ad tantum periculum Villan. ſer.
ſuas animas expoſuerunt, obedite inquit Apoſtolus Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis,
commiſeremini illorum, ipſi enim peruigilant, &c. Quis ergo eo iniquior reperiatur,
qui mercedem obedientiæ perſoluere illi recuſet, qui eius ſtudio ſalutis, effrænes
vitiorum morbos extinguere ſtudeat, qui eius quieti peruigilet, & ad Dei iudi-
cantis tribunal, eius ſaluti ſalutem ſuam anteponat? quale vnquam obſequium,
qui honor Epiſcopis creditus tantus erit, vt laborum, quos illi pro vobis exantlant,
poſſit merces eſſe leuiſſima? quot illi pericula pro vobis ſubeunt, quot illi timo-
ribus frequentiſſimè cruciantur? Quid autem indignius & pernicioſius excogitari
poteſt, quàm deſpicientiâ veſtrâ tantum pondus grauius & moleſtius efficere, &
B ad eorum moleſtias augendas, veſtram ſuperaddere negligentis animi contuma-
ciam? quantùm illi ſub pondere inſularum ingemiſcunt, ſuoſque gemitus oſten-
dunt Deo, qui pronus illos excipit & miſeratur! *hoc enim non expedit vobis* ait
Apoſtolus: quot & quanta ſunt detrimenta, quæ in vos è lacrymis hiſce deriuantur!
quàm vobis exitioſa ſunt fulmina, quorum iras gemitus illi laceſſunt, & quæ
domibus veſtris excidia ferales veluti cometæ portendunt! profectò non ij eſſetis,
ſi ad veſtram effringendam contumaciam diuinum robur gemitibus illis aduoca-
rent; adeò vos lacrymis illis ipſi vos puniunt, vt quæcumque alia pœna vel
aſpera leuior videri poſſit, cùm pœnas omnes, omnemque ſuppliciorum acerbi-
tatem huiuſmodi gemitus exuperent. *Ne confidas quod ſe non ulciſcitur*, audi lo- adHeb 13.
quentem Cryſoſtomum, *gemitus enim eſt illius quauis ultione deterior*; ad eum vl- 17.
ciſcendum Deus accurrit, furoriſque ignes miſericordiæ dextra miniſtrat.

Quid autem eo calamitoſius, vt in funeris authorem habeas vitæ adminiſtrum,
C tuaque ſupplicia moliatur, tuæ ipſe ſalutis architectus? quid triſtius, vt veneni
vim alexipharmacum habeat, quæ denique lues adeò collacrymanda, quam E-
piſcopi precibus, non rores & lumina à Dei beneficentia impetrari, ſed procellas
& fulmina extorqueri, quibus Deo mandante in pænam ſceleris obruantur: *ipſe* Theoph in
quidem, affero Theophilacti verba, *uigilabit pro animâ tuâ, uerumtamen niſi corre-* d. c. 3. 11.
xeris inobedientiam ſuam, ingemiſces aduerſus te apud Deum, quod maiorem pœnæ ad Hebr.
ac ſupplicij pœnam accendit, acrius uindicem & punitorem Deum permouens. Viru-
lentior nulla gliſcere poteſt in Dei Eccleſia lues, quam contemptus Antiſtitum:
Væ genti, quæ ſacras Præſulis habenas detrectat; quicumque autem hoc egerit
flagitioſiſſimus fit oportet, atque adeò Numinis amore deſtitutus interibit. Quà-
propter, Iudeæ gentis iniquitatem ſceleribus omnibus impuratam vt Diuinus ſpi-
ritus ex Oſea ſignificaret, eòque improbitatis redactam, vt nullà adhortationum
vi prauas vſitataſque libidines ab animo prohiberet, populo illi comparauit, qui
paſtoris vocibus, refractarijs auribus obſurdeſcit *Verumtamen unuſquiſque non* Oſe.4.4.
D *iudicet & non arguatur uir: populus enim tuus, ſicut hi qui contradicunt Sacerdoti*:
hic quodammodo vitiorum omnium faſtigium ſtare videtur: haud hoc clariſſimus
ille Cęſar Carolus ſcilicet Magnus, ignorauit, cuius etiam metus hac de re fuit,
vt nempè debita Regi fide deſciſcat, qui Regem æternum in ſuis adminiſtris im-
perantem repugnando contemnit, adeòque indicta lege populos omnes, Proce-
res, Principes ſibi ſubditos obſtrinxit, vt eadem alacritate Hyerophantæ leges
exciperent, quà Deum ipſum præcipientem audirent. referantur hic eiuſdem Ca-
roli verba: *Volumus atque præcipimus, ut omnes ſuis Sacerdotibus tam maioris ordi-* Car. Mag.
nis quàm minoris, à minimo uſque ad maximum, ut ſummo Deo, cuius uice in Ec- l. 7. leg.
cleſia funguntur, obedientes exiſtant. Sed alia inſuper affertur ratio, quà ſuà ſaltem c. 102.
vtilitate ducti perpendere enixe deberent è Dynaſtis aliqui, quorum, vt fertur, ea
eſt audacia, vt populos in Antiſtites laceſſant, laceſſitoſque confoueant, *nam nul-*
lo pacto cognoſcere poſſumus, qualiter nobis fideles exiſtere poſſunt, qui Deo infideles,
& ſuis Sacerdotibus inobedientes apparuerint, aut qualiter nobis obedientes noſtriſ-

quæ miniſtris atque Legatis obtemperantes erunt, qui illis in Dei cauſis & Eccleſiarum vtilitatibus non obtemperant. expertâ nimis hoc Gallia fuit cum pleriſque è Borealibus regionibus, vbi popolorum inſania contemptis primùm Epiſcopia, in Principes poſteà, tumultibus, inſidijs, ſeditionibus, apetto demùm Marte, deſæuijt. A

Eorum, qui Antiſtitum legibus obſurdeſcunt, excuſationes diluuntur. Cap. X I.

AD eludendas educatarum rationum acies ſuo ſe protegit clypeo cęcus ſui amor; animarum virua hic eſt, mentium lues, primus labis originariæ fętus, Anti-Chriſti præcurſor, vt enim ex Apoſtoli vaticinio docemur, ad illius deploratiſſimi viri exortum, *erunt homines ſeipſos amantes*: alium vocaueris Nembroth, cuius ea nefaria temeritas fuit, ſic Sanctus Auguſtinus philoſophatur, vt ciuitatem in cæleſtis Ciuitatis excidium moliatur, eiuſque apicem ſuprà conculcatum Numen adducat; ceruicoſam turſus & variam Xantippen dixeris, ſapienti Socrati, hoc eſt rationi, ſemper infeſtam: Philautiam vocaueris, cui Platone docente, illud in more eſt, vt falsa veris confundat, iniqua æquia obliqua rectis, in ſuâ mentis corruptelâ præponat: amor ille vocatur, ſed odium potius, honeſti laruâ perſonatum dicendum videtur, hic igitur amor ſui libertatem arbitrij ſollicitâ adeò vigilantiâ cuſtodit, ſolertique ingenio ſua placita tuetur, vt commentitias ſemper excogitet rationes, fallaceſque prætextus obtendat, quibus ſe ab alienis legibus eximat, & potiſſimùm Hyctophantæ iugum dulce ſuccutiat, vt ſolutiori vita ipſiſque omninò moribus luxu & inertiâ diffluat, vitijſque omnibus compendium licentiâ totâ ſe credat. B

a. Timot. 3.

lib. 1. de Ciu. Dei init.

Plat. lib. 5. de legib.

Ad tria capita mihi libet referre excuſationes, quibus aliqui ceruicoſæ mentia duritiem decorare conantur: vel enim legum vim perpendunt, vel imperantis Epiſcopi mentem ſcrutantur, vel mores eius obſeruant: quocumque ex his eueniat modo, illa mihi ſpes eſt, vt quàm facillimè cuncta euaneſcant, & clariſſimè omnibus pateat, ad diuinæ veritatis lumen humanæ ſagacitatis aciem penitus caligare. C

Iam verò vt à primo ordiamur, Epiſcopi legibus non expeditè parere te aſſeris, eâ potiſſimùm de causâ, quia ignoras, an quod ab ipſo præcipitur, bonum ſit an malum, an Diuinæ gloria conferat, tuæque ſaluti conducat, ao leue illud ſit paruique momenti, aliaque id genus, in quæ viriatæ virtus mentis acuitur; hoc enim apprimè laborant errore, qui ſe alijs ingenio, ſcientiàque anteferunt, nec ex alio fonte fluit hoc vitium, quàm è ſuperbiâ, quam ſui amor veluti eius patena ingenerat. Quàm benè titulos hos ſapientiſſimus Diuus Bernardus increpat his verbis, *Imperfecti cordis & infirma prorſus voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere, hærere ad ſingula quæ iniunguntur, exipere de quibuſque rationem, &c.* D

S. Bern de precep & diſpenſ.

Temperare ſe non poterat Plato, quio ſummis laudibus quandam Regni Cretenſis legem efferret, quâ vetabatur, ne quis Reipublicæ ſtatuta, monita, leges inquirere curioſius auderet, vel perſcrutari, an æquâ eſſent, vel iniquâ lance compoſita; illud enim, quod aptiſſimum huic rei eſt, æſtimare pro comperto debemus, non alium eſſe legum inſtitutarum conditorem, quam Deum: quid verò authore Deo, pernicioſum poſſit eſſe vel malum? quàm aptè hoc idem populorum rebellantes motus extingueret, niſi tantum ſibi tribuerent, & illud altè animo inſinuarent, Dei eſſe voluntatem, vt ſuis in adminiſtris ſua authoritas agnoſcatur, & quæ ab ipſis præcipiuntur in terris, cæli ſinu depluere. hoc Deus exoptat, vt ſacræ poteſtaris arbitrio gentes alacriter pareant, & ſinè vlla rationum morâ, tanquam rem probatiſſimam exequantur, quod illis denunciatur, licet ſeù inutile, ſeù non idoneum illis videatur: In hoc profectò tota ſalus noſtra verſatur, fœlicitas noſtra floreſcit, quod ſcilicet noſtram libertatem eorum arbitrio conformemus, eorum mentem aſſequamur, eorum voluptatibus delectemur, noſtrique arbitrij

Plat. l. 1. de legib.

Digitized by Google

A bitrij motus ad eorum voluntatis regulam temperemus: hoc vnum in huius ſtudio vitæ beatæ nos poteſt, & quod irrito conatu tandiù quæſiuere Philoſophi, nos ſimplici animorum candore aſſequemur egregiè: ad hanc rem ſanctus Auguſtinus, *Dicebat Epicurus mihi frui carne bonum eſt, dicebat Stoicus, mihi frui meâ mente bonum eſt, dicebat Apoſtolus, mihi autem adhærere Deo bonum eſt*: coronati vatis hęc verba ſunt, ſed Paulo tribuit Auguſtinus dicens; *Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt*: legibus Diuinà authoritate inſtitutis ille acquieſcit, qui Dei voluntatem pro lege ſuà ſortitur; quod ſi illud idem, quod præcipiatur ignoret, Diuinitatis arcana miratur & colit, nec curioſè illa perſcrutans, tanquam indubitatum illud ſibi ſtatuit, Deum id velle aut permittere, quod licet nobis obſcurum à ſuis adminiſtris imperatur,

ſerm. 13. de Verb. Apoſt. pſal. 72. 1. Chor. 6 17.

Humanæ inanitatem ſapientiæ detegit frequentiſſimè Deus, & terrenas mentes terrenis tantummodò rationibus ſua conſilia fulcientes fallere delectatur, adeòque quæ vel indecorè vel inopportunè mandata videntur, præcipi iubet, ſed reuera, B vt olim de Alcibiadis Silenis dicebatur, ſub agreſti ſpecie pretioſiſſima quæque conſeruant.

Quid informius, magiſque humanæ rationi diſſonum, quam bellicoſum virum & ſupremum Myſtagogiæ Principem, cum lapide loquentem adducere *Loquimini ad Petram coram eis*? & ſilicis naturâ immutatâ, pro igne aquam pro flammis flumina ex eius vtero educere? Quodnam ineptius præceptum quàm fame laborantem vatem ad mulierculam mittere, cuius inter egeſtatis anguſtias vix aliqua ſpes viuendi ſuperſit? *præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te*: haud quidem mulieri præcipit, vt domus hoſpitio quod ipſi erat, errantem vatem excipiat, ſed vt dapes, quibus omninò deſtituebatur, famelico prophetæ ſubminiſtret; quid ni igitur præficere aliquem poſſit ſuis populis gubernandis, quem imprudentem & & inexpertum agnoſcat?

Num. 20. 8. 3. Reg. 17. 9.

Sed obijcies; ad hæc & ſimilia facienda cæleſtium Deus adhibuit ſpirituum miniſterium, qui longè ab omni errore diſcedunt, cùm econtrà Præſules vel imprudentiâ C vel inexperientiâ laborantes multis ſe irretire erroribus poſſint: quis hæc enimuerò ſinè mendacio neget? at nonnè de Epiſcopo etiam habetur, vt ſuperiùs docuimus, Angelos eſſe terreſtres & Diuinæ nuncios voluntatis! an non illud è Sancto Hyeronimo didicimus, quæcumque ſuperiorum imperio nobis demandantur, *Angelico ſibi putet ore tranſmiſſa*: Cæleſtes illi genij Seraphim vocati, quos oculatos veluti Argos aſpexit Ezechiel, oculis vndique aſperſos & celerrimos ad volatum, vt Dei vocem ſuprà firmamentum inſonantem audiuere, pennas illicò demittentes immoti ſtabant, *Cùm fieret vox ſuper firmamentum, ſtabant & ſubmittebant alas*; vt nos apprimè erudirent, ad cæleſtem vocem ex Epiſcopalis ſolij firmamento reſonantem, ingenij pœnas, oculatiſſimas rationes, mentis perſpicaciam, aliaque huiuſmodi deponenda ſubitò eſſe, illuſtrique ſimplicitate, ad ſuperioris non modo ſenſum ac voces, ſed etiam cultum, nutumque conuerti.

In regul. Mon. Ezech. 1.

Quid vnquam vel vi ſcientiarum, vel experientiæ magiſterio ad populos re-D gendos idoneum ineſſe potuit Seuero, cùm è lanarum texturâ ad animarum regimen, ad Eccleſiæ Rauennatis clauum fuit euectus? hinc addiſcamus oportet, Diuini operis eſſe facultatem & vires eis impertiri, quos ad ſui cultum, ad gentium ſalutem aſſumit, & cùm conſecrantur, eà mentes illorum imbuit induitque virtute, quam Theodoretus *Chariſma* ſeu *regendi donum* appellat, ſuum cuique Archangelum tribuens, quem in tam ardui regiminis viâ ducem ſimul habeat & magiſtrum.

Sur. tom. 1. Theod. q. 2 in Num.

Præterquamquod non raró rationibus ijs Præſul vrgetur, quæ iuſtiores eò ſunt, quò ſecretiores: quàpropter non ſine temeritate illę vituperantur, cum non æquum iudicium de eis poſſit haberi, quòd magnâ ex parte delitęſcant: priuata tantum reſpiciuntur à ſubditis, cum vniuerſis conſulere ſpectet ad Præſides, adeò vt ſalutaria pluribus illa ſepiſſimè ſint, quæ aliquibus ſunt acerba: non raró illud accidit, vt malo priuatim patrato occurſurus Epiſcopus, ne latius ſerpat, vniuerſales ſtatuat leges, tùm vt vim præſentis mali coërceat, & ne de gente in gentem contagione lacrymandâ graſſetur, tùm etiam ne occultam peccati labem priuatâ de-

tegat

Digitized by Google

tegat lege, Chriſti Seruatoris charitatem imitatus, qui vniuerſali monito diſcipulos omnes contriſtare maluit, quam flagitioſiſſimam vnius culpam cœteroquin occultam aperire, quamuis iam æterno ſupplicio deuotum ſciret, fatoque ſuo ſceleri condigno, breui interiturum. *Suſtinuit* ſic argutè Chriſoſtomus ſcripſit, *omnes in agonem inducere, ne euulgaret proditorem, & manifeſtâ redargutione redderet impudentiorem?* amor ſiquidem Seraphim inſtar aureas pennas habet, quibus aliena crimina obcæcat, qua de re aliàs verba faciens doctiſſimùs idem Conſtantinopolitanus Hyerophanta, ait, *non eſt enim faſtidioſa charitas, ſed alis aureis omnium, quos complectitur, vitia tegit.* (Criſoſtom. conc. 1. de Lazar.)

Quacumque igitur ſapientiâ polleant ſubditi populi, nullatenus Præſulum leges diſcutere abſque crimine poſſunt: de tam immani audacia modeſtia erubeſcit: vt capitale piaculum charitas illud declinat, veneratio, quæ thyaræ debetur, deteſtatur, pietas demùm, quà ſacri adminiſtri vel loquentis vel ſcribentis effata adorantur, ne leui quidem cogitatione illa contemnit, ne ſuperbi animi notam ſibi patiatur inuri: ſapiens profectò ille eſt, qui decus imperandi ſuperiori relinquens, ſuæ gloriæ vertit imperantis inſeruire mandatis; *in his profectò*, ſic olim adhæc Diuus Bernardus, *fas non eſt, noſtrum ſenſum ſententia praſcribere Magiſtrum, in his omnibus Prælatorum nec iuſſio, nec prohibitio contemnenda.* (D. Bernar. ep. 7.)

Ne autem longiùs in hoc primo prætextu diluendo diuagemur, licet à rectâ prudentiæ lege deflecteret Præſul, nec opportunas optato fini ſterneret vias (prætermittens, quod adeò argutè Thucidides admonuit, optabilius ſcilicet eſſe, ineptas leges habere, ſed illas ſanctiſſimè obſeruari, quam eſſe optimas, ſed illas aſpernari) illud in præſenti ſtatuo, eam eſſe Diuinæ vim ſapientiæ, vt maxima beneficia inde valeat haurire; aurum è cœno eruet, omnique aliâ vtilitate deficiente, ſufficiet Præſuli mentis integritas, & populis obedientiæ conſcientia: ſpecioſior autem iſta eſt, maiorique luminis pompâ tunc ad Diuinæ Maieſtatis aſpectum irradiat, cùm obſtantium cogitationum vires victrix exuperat, lucidior eſt ſi cœcutiat, & lynce perſpicacior, ſi lumine penitus deſtituta hoc vnum videat, quod ab alijs præcipitur. (Thucidid. lib. 4.)

§. I.

QVID ſi Deus ne probam quidem in Præſule mentem agnouerit, quam remuneretur? vides hic nos ad ſecundam excuſationem acceſſiſſe, quâ frequentiſſimè noſtræ contumaciæ blandimur: plerumque enim Præſuli repugnamus, eo quòd non paternâ beneuolentiâ duci, ſed perturbatione aliquâ, vel amoris vel indignationis rapi æſtimamus, legumque obſeruandarum zelo vtilitatem ſuam commodaque ſua librare.

Quàm profectò Præſulum illacrymanda conditio eſt! mentem ſuam inuadi, ſuarumque cogitationum adyta vix ſibimet manifeſta introſpici vident, & quod deterius eſt, canino dente morderi: de hoc ſatis ſuperque iam dictum; illud iam videtur dicendum, excuſationem huiuſmodi non minuere inobedientiæ pondus, ſed augere: palmaris hæc ſuperbiæ ars eſt, culmen arrogantiæ; Deum ipſum aggredi eſt, eique facultatem, quàm ſibi ſoli de mentibus hominum inquirendis ſeruauit, inſanâ temeritate contendere: eſt Iudici ſe ſtatuere Iudicem, eſt errabunda ab oue vapulare Paſtorem, aduerſus Præfectum ſubiectas gentes inſurgere, demum tradere ſe regimini Dæmonis eſt, cuius hæc fuit ſolertiâ, quâ cum poſteris omnibus primos parentes tam fœdo vitio deturbauit, *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Diuinæ allatrare legi nequiſſimus Sycophanta tentauit, Euæque menti illud inducere, ne Deum quidem immunem eſſe aculeis inuidentiæ: quid ergò mirum, ſi eandem hanc inurere maculam Dei adminiſtris tam iniquè contendat? Quis ergo non erubeſcat, quod, vt refractariæ mentis duritiem excuſet, ſe ſtygij Præceptoris ſectatorem oſtendit! Quàm egregiè hos increpat, & calami verbere percutit Præceptor ſanctiſſimus Nazianzi- *Oues Paſtores non paſcite, nec ſupra fines veſtros aſſurgite; ſatis enim vobis eſt, ſi rectè paſcamus* (Geneſ. 3. 2; Orat. 91. adu. Iulian.)

camus

camus: Iudices ne iudicate, nec legiſlatoribus leges præſcribite. Huius farinæ homi-
A nes dicant mihi velim, quis eis Epiſcopi ſui mentem veluti claui traditâ reſerauit?
cuius nam Sybillæ cortina, cuiuſnam oraculi tripus reſponſa illa euulgauit? an
illis Chriſtallinum pectus elucet, pectori feneſtra Socratis patet, adeò vt numerare
cogitationes eius valeant, obſcuriſſima cordis arcana rimari? næ, dum alios ar-
guunt, ſe ipſos damnant: obſcurare quidem illorum geſta præſumunt, ſed pro-
priam probitatem extinguunt, & quo ſupplicio obſtringere alios audent, ſe mi-
ſerrimè ſuffocant. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, via impiorum tenebroſa*: Prou. 4. 18.
Probis & integris viris, virtutiſque ſectatoribus, omne lucidum, nitidum omne
videtur: è ſui animi probitate metiuntur aliorum innocentiam, candoremque quo
beantur, in alios liberali cogitatione deriuant; improbis verò eiſque, quos nox
vitiorum obfuſcat, alienum ſpectare candorem non licet, & tenebras tantùm fœ-
daſque vmbras diſtinguunt: vitiatum faciunt Præſulem vitia inobedientis, & è
contumaciâ, quâ Moderatorum habenas excutiunt. Moderatores ipſos decantant
B & cogitant contumaces: Quòd ſi temerè affirmare de aliquo, capitale ſemper fa-
cinus eſt, grauiſſimum etiam erit & quâdam ſacrilegij notâ reſperſum, quod ad ſa-
cros viros nominaque veneranda refertur.

Siniſtrè igitur de Epiſcopis opinari eorumque cogitationes iniquâ ſemper notâ
denigrare, indecorum maximè eſt: eorum iudicia ad deteriora ſemper inflectere,
eorundemque mentem debita ſemper integritate exuere, amentis eſt! quin imò eâ
reuerentiâ, quam ſuadet amor & obſeruantiâ, eorum operationes proſequi de-
beremus, eamque prorſus exuere cogitandi nequitiam, quam in eoſdem inimicos
morum licentia, odijque motus accendit.

Illud ex Diuo Clemente Pontifice memoratum habemus, ab Apoſtolorum Prin-
cipe Petro frequenter dictitatum; *impensè ſcilicet*, ſubiectis à populis eſſe diligen-
dos Antiſtites, *& eorum præceptis in omnibus obedire*: quid ergo tot inſerere ambi-
guas interpretationes, ad libellam adeò exactam & rigidam eorum cogitationes
aduocare, eorumque leges fallaciſſima ſemper lance ad partem iniquiorem refer-
re? Verùm quandocumque illud accidat, quod difficilè mihi creditur, vt ſcilicet
C vel pro ſua vtilitate, vel prauo animo æſtu concitus aliquid, vel præcipiat, vel pro-
hibeat Antiſtes, non ideò tamen contemnere imperantem licet, eiuſque monita
æquo veluti Marte repellere: prauus exiſtat iubentis Præſulis animus, ſed autho-
ritas eius adhuc in ſua virtute floreſcit, nec vllatenus vis eleuatur imperij è nequi-
tia imperantis: quod eò magis aduertendum eſt, quò vſitatius hoc Deo eſt, vt
ad ſibi præſtitutum finem attingendum, non rarò alienam improbitatem vt inſtru-
mentum adhibeat.

Vt hoſtiles Hebræorum acies execraretur, Mohabitarum Regis auro corruptus Num. 23:
acceſſit Balaam perditiſſimus rerum ſacrarum nundinator: at ſermonem immutan- 24.
te propiùs Deo, toti populo benè precatus eſt, Deumque illi propitium & benefi-
cum poſtulauit: quàm impia, quàm nefaria, quam flagitioſa Caiphæ mens erat,
cùm iniquiſſimum illud in Chriſti Domini vitam virus euomuit, *Expedit, vt vnus* Io. 11. 50.
moriatur homo pro populo! eius tamen tam male loquentis miniſterio conſilium ſuum
D Deus aperuit, & dùm cruentâ proditione Seruatorem Dominum perdere cogita-
bat, humani generis ſaluti inſeruiebat, eâque menſurâ ſcelerum ſordes delere cu-
rauit, quâ innocentiam ipſam è mundo delere ſatagebat: omninò de eo certum il-
lud eſt, quòd cum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit. l. 1. moral.

Demùm iniquiſſima omnium annon Satanæ voluntas eſt? ex eâ tamen nos ad c. 9. & 10.
ſcelera excitante, Deus, quo permittente id ipſe præſtat, quot in nos beneficia
deriuat? adeò vt eo impellente, cupiditatibus illis quibus ſeruire nos cogit, im-
peremus, vitijſque omnibus virtutis fortitudine profligatis, æternæ triumphum
gloriæ mereamur; hæc à Diuo Gregorio ſic habes: *Sathanæ voluntas ſemper iniqua
eſt, ſed nunquam poteſtas iniuſta, à ſemetipſo voluntatem habet, ſed à Domino poteſta-
tem*; cum tamen de hoc luculentiùs non paucis ab hinc annis in quodam è meis part. 1. par.
paradoxis egerim, ibi videris opportuniùs. 19.

Neque

§. II. A

NEque multum hic ego elaborauerim, vt propoſitam tertio loco excuſationem diluam & deleam: ad ipſum hæc refertur Epiſcopum, ac ſi corrupti eius perditique mores, quibus veluti offendiculis populorum oculos violant, ab obedientiæ vinculis, quibus obſtinguntur, abſoluant: nam, præterquamquod fieri mihi non poſſe videtur, vt hac ætate tanta Præſules inficiat corruptela, (ni tamen dici poſſint iſta de me) hæc excuſationis via, Chriſto imperante, intercluſa omnibus eſt; ſupremus enim omnium Legislator Chriſtus Dominus præcepit, non vt Antiſtitum geſta Populi diſcuterent, ſed vt dignitatis ſanctitatem aduerterent, non mores eorum reſpicerent, ſed præcepta diuinæ argumenta authoritatis perpenderent, demùm vt pareant, non vt culpent, non vt arguant, neque proſcri-
Matt. 23. 2. bant: *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis facite.* Digniſſima quæ obſeruetur hic eſt particula illa *ergo*, quæ ad B
Cathedram conſequitur, vt eius emphatica vis percipiatur. Imperat ne vobis aliquid Epiſcopus veſter? *ergo* ſit ille vel Scriba vel Phariſæus, flagitioſus, perditiſſimus ſit, obediendum ei eſt, non ratione morum, quibus malè moratus imbuitur, ſed Sacerdotij, cui in rebus ad eius facultatem ſpectantibus, expeditè parendum eſt, *Scribæ & Phariſæi in Cathedra Moyſi ſedentes*, affero Diuum Cyprianum *Tùm agunt quæ ad Cathedram pertinent, per omnia plenitudine poteſtatis utuntur, & officium non vita ſancti effectibus honoratur.* quod ſi tàm impenſa, tam expedita obſeruantia Moſayco nomini debebatur, quantò promptior, faciliorque Diuinæ Sedi præſtanda? ſi tantâ obſequij alacritate recipiendus eſt ſeruus, quantò maior exhibenda Domino eſt, ſi tantùm ſibi authoritatis vſurpat imago tantùm & vmbra, quantò ampliorem lux ipſa, & ipſa Idæa meretur? an leuioribus aſperſi erroribus contemnendi erunt qui exhibent Chriſtum, dum Moyſem exhibentes, licet profligatiſſimis moribus, erant exaudiendi?

Non igitur, vt Beatus Laurentius Iuſtinianus admonet, imperantis perſona C
l. de obed. c. 10. ſpectanda eſt, ſed Chriſti eiuſdem perſona in imperante, cuius imperata facere
ad Heb. 13. nos decet, cùm ab eo noſtræ obſeruantiæ merces ſit prouentura: quapropter, ſtatuta omnibus lege illam indixit Gentium Magiſter, *Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis*: vides hic non pro nobis tantùm patendum, ſed omnibus, cùm in eis, non perſona, ſed authoritas & dignitas ſacra ſpectetur, ideòque clariùs illa verba
ibid. explicans Theophilactus, ſubdidit, *etiam ſi diſcoli & ſcelerati ſint.*

Sanctus verò Clemens Pontifex è Diui Petri magiſterio illud admonuit ad ſan-
ep. 1 ad Iacob. vt in c. Sacerdot. 8 2. q. 7. ctum Iacobum ſcribens, nullâ poſſe ratione Præſulis mandata contemni, licet ipſorum animi in ſcelere ſint obdurati & vitijs, criminibuſque redundent, dummodò tamen ab Orthodoxæ Eccleſiæ legibus non recedant, fideique candorem ſparſis
hom. 34. in c. 13. ad Hebr. erroribus non impurent: *Sacerdotes et reliqui Eccleſiæ Miniſtri, omneſque plebes Epiſcopos ſuos diligere debent, et eorum præceptis obedire, etiamſi ipſi aliter (quod abſit) agant, niſi in fide errauerint*: quâ etiam dicendi normâ Sanctus Ioannes Chriſoſtomus vtitur docens, quod ſi fide Antiſtes laboret, eiuſque dogmata virulentis erroribus inficiat, non tantùm vllam ei eſſe præſtandam obſeruantiam, ſed, iubente D
ad Galat. 1. Apoſtolo, licet Angeli ſpeciem formoſiſſimam indueret, fugiendum: at ſi prauis ſe moribus deturpet, non ideò negligendus vel culpandus, ſed obtemperandum ei alacriter eſt.

Aptiſſimè ad hanc rem è Sanctis Auguſtino & Hyeronimo ſacri Canones affe-
c. iubemus 94. 11 q. 9. l. Imperatores 68. ead. q. 1. runt, quod de Chriſtianis Militibus Iuliani perditiſſimi fidei deſertoris narratur: hi namque, cùm defendenda Reſpublica erat, ad eius non modò ſenſum, ſed notum vires omnes applicabant; cùm verò, vel vt in Chriſti ſectatores arma conuerterent, vel mendaciſſima numina colerent, mandabatur *Diſtinguebant Dominum à Domino temporali, et tamen ſubditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali.* Sic Auguſtinus de Chriſtianorum obſequio erga Iulianum, licet proteruus, impius, ſedifragus & cultor Idolorum eſſet obſcæniſſimus.

Canonum verò Præceptores ſeueriori oculo hoc idem inquirentes docent, nun-

quam

Digitized by Google

A quam Antiſtitum mandata eſſe detrectanda, licet iniquiſſimi fuerint & publicè flagitioſi, quoad vſque in eos cauſa fuerit acta prolataque ſententia; quatuor autem ex capitibus licet illorum mandatis obſtare, videlicet, ſi hæreſi aliquâ inquinentur, ſi ab authoritate Pontificis diſſonantes in alias partes rapiantur, ſi mulieri fornicariæ adhæreant, vel ſi ſceleratiſſimo ſimoniæ mercimonio dignitatem ſibi Epiſcopalem comparauerint: iſta etenim ſcelera deformia immaniaque adeò ſunt, vt *ipſo iure* omnem authoritatem illis adimant, omnique ſacri Ordinis exercitio illos interdicant: illud etiam quatuor hiſce addi poteſt, ſi turpiſſimo aliquo ſcelere reus, ſit publicè à piorum communione ſeiunctus. c. cùm non liceat, & ibi Abb. nu. 3. Piet. ſcom. 32. dixt. c. excomm. 11. q. 3.

Nec omittendum illud ad tertium caput ſpectans, quod ſi concubinę vſus non ſit adeò manifeſtus, vt aliquem adhuc dubitationi locum relinquat, non ideò authoritatem deperdit, & ab eius obſeruantiâ ſubiectæ gentes diſtrahuntur: ſic videre eſt in quadam ex Decretalibus Gregorij Noni, & Panormitanus enucleatiùs explicat. c. quæ tit. de cohabit. cler. & mul. Abb. in c. veſtra n. 7. & d. tit.

B Exceptioni etiam dandus locus eſt, ſi rem morum innocentiæ apertè aduerſantem, diuiniſque legibus repugnantem præciperet, tùm quia minoris ſuperioris arbitrio indulgere non licet, vbi maioris leges hoc prohibent, tùm etiam quià Diuini Miniſterij perſonâ exutus Dœmonis induit adminiſtrum, quo etiam illud probatur, nullam illi obſeruantiam eſſe præbendam, vbi ſuam, Pontificis imperio aduerſatus, leges illius deſpicientiâ publicâ nullo pretio habet.

Quicumque igitur ad vocem ſuorum Antiſtitum obſurdeſcunt, eorumque habenas naturali quadam acerbitate ſuccutiunt, non prauos eorum mores, at prauiſſimam ſuam conſcientiam accenſeor, neceſſe eſt, non eorum demerita vitiaque veluti pro panegyri exaggerent, ſed propriam improbitatem damnent, quæ eò vſq. contumax eſt, vt ne quidem honeſtatis ſtudio excitata, diuina velit in ſuo adminiſtro complere mandata. *Si cor rationabile & nobile tu haberes, non certè renueres Deo tàm in ſe, quàm in quocumque Prælato viliſſimo obedire*; vt piiſſimè pronunciauit Sanctus Bonauentura: hæc planè conſideratio, quâ ſolidè & verè, non philoſo-

C phico gladio perſona à dignitate ſecernitur, à merito munus, à titulo mores, ab homine Chriſtus, difficultates omnes eluit, aſperaque cuncta componit: quam ad rem facere non valeo, quin hic aurea Beati Laurentij Iuſtiniani verba afferam, ſic loquentis: *Cæterùm ſi fortè cuiquam eorum, qui in hac Paſtorali reſident Cathedra vita non ſuppetat ſanctitas, minimè tamen ex illis ſubtrahenda ſubiectio: quippè cum non perſonæ ſed dignitati ſit principaliter deferendum, Chriſto ſiquidem & Præſidenti propter Chriſtum obtemperandum eſt, quià non à Petro Petra, ſed Petrus à Petra ſumpſit initium, cognomen, authoritatem & gloriam: ipſe namque Dominus Ieſus per ſe ipſum, ipſe in paſtoribus ſuarum ouium principatum gerit; propterea nemo dedignetur ſubeſſe et homini malo, cui imperandi eſt prorogata poteſtas*. Quâ de cauſâ eo ardore fortiſſimus Chriſti Athleta Ignatius ad Smyrnenſes ſcribens ſuo Epiſcopo parendum eſſe pronunciauit, quo ſe Paternæ Dei voluntati adimplendæ Chriſtus exhibuit, quâ in re nil grandius & argutius dici poteſt; quod idem poſteà formidandis verbis ad Magneſianos ſcribens iterùm expreſſit dicens, *Decet itaque et vos obedi-* li. de obed. c. 12. epiſt. 6 ad Magneſ.

D *re Epiſcopo, et in nullo refragari*. vides hic omnes hac loquendi formulâ indefinitè complecti; *terribile namque eſt tali contradicere; neque enim hunc fallit qui videtur, ſed inuiolabilem fallere nititur, qui non poteſt à quoquam falli*: quàpropter qui ſe Antiſtitum legibus addicere noluerit, ſibi ipſi iniurius eſt, Diuinæ ſibi beneficentiæ theſauros præcludens: quâ enim audaciâ ſibi propitias Dei aures poſtulabit, qui vocibus eius obſurduit, quem Deus ſui loco audiendum præcepit? D. Greg. p. reg. c. 10.

Quod ſi piiſſima & egregia fuerint opera, quibus ſuo Antiſtiti inobediens ſe exercuerit, non tamen ex illis, docente Gregorio, aliquid ſibi meritum parit, imò vt nulla alia nobilior victima, Deo maximo immolatur quàm obedientia; vt enim in ſacro Canonum Codice relatus Gregorius ſignificat, *per victimas aliena caro, per obedientiam voluntas propria mactatur*, ſic ex aduerſo nefas adeò impium in Rege, Samuel Vates & Pontifex, inobedientiam æſtimauit, vt illam Idololatris & Ariolis comparauerit, qui non rationis ductu, ſed animantium extis vtebantur, ad auguria, conſiliaque deſumenda: *quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus* 8 ſ nu c. 13. c. ſciendum 10. 8. q. 1. 1. Reg. 15. 23. Greg. ibid.

Idololatriæ acquieſcere quod egregiè à Diuo Gregorio ſic explicatur, *Quid velut contempto diuino altari, ad aras Dæmonum reſponſa accipiunt, dùm cordis ſui præſtigys, ac ſuperbis adinuentionibus credunt, & Prælatorum ſalutaribus conſilijs contraria ſentiendo refragantur:* A quoniam verò acerbum illud formidandumque Sauli ore Samuelis intonuit, *pro eo quod abieciſti ſermonem Domini*, (hoc eſt mandatum non expleſti tibi à Samuele delatum), *abiecit te Dominus, ne ſis Rex*, admirabundus hic Magnus Gregorius inſonat, *Quantùm itaque timeri debeat inobedientiæ culpa, oſtenditur; ſi hoc attentè conſideretur, quià propter hoc etiam Reges deponuntur.*

Hæc de ſæcularibus & Principibus viris dicta, quantò validiora ſunt in eos, qui ſacris Lithurgorum ordinibus ſunt adſcripti, cùm arctiori quodam vinculo ad illis alacrem obedientiam præſtandam teneantur? ex bellicis legibus capite damnatur Miles, qui vel Ducis mandata negligat, vel vetitum aliquid exequatur, licet voti compos euadat: audi de hac re clariſſimo ſuffragio loquentes Pandectas, *In bello qui rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non ſeruauit, capite punitur, etiam ſi res benè ceſſerit:* B Victorem filium Titus Manlius Torquatus damnauit, & vix totius exercitus ſupplicatio extorquere valuit à Saule, vt à bello incolumis eſſet Ionathas, licet vtcrque laureatus remearet ad Patrem: an igitur ſacro ordini miles adſcriptus leue quid æſtimauerit, ſi ſacri Ducis Diuina authoritate iubentis, vel violauerit vel contempſerit leges? vnquam ne dici de ipſo poterit, quod ei inobedientia *benè ceſſerit*, cum ei, qui Præſuli repugnare præſumit, nihil benè cedere poſſit: econtrà verò ne leui quidem macula aſpergere ſe poteſt obédiens, cùm nauis obedientia ſit, quæ nulli obnoxia ſcopulo & procellæ, naufragio ſecura, vitæ huius mare percurrat, adeòque de eà ſapienter dixerit Clymacus, quod ſit *Tota nauigatio & confectum dormiendo iter:* quod ſi fides Doctori ſanctiſſimo Chriſoſtomo detur, vitiorum omnium, quibus ſuſdeque miſcetur Chriſtianæ Religionis integritas, originem ſi quæſieris, inobedientia eſt: *Hoc nempè eſt malorum omnium cauſa, quòd Rectorum authoritas perijt: nulla eis reuerentia habetur, nullus honor, nullus metus*: hinc etiam Synodi Hildenenſis Patres, In vitæ normâ, quam C ad inſtruendos Canonicos elaborarunt, vnanimi ſuffragio pronunciauere, quocumque ſcelere ſe irretire Lithurgos illos, qui Antiſtitum leges effringere audent, eorumque ſibi iugum excutere tentant effrænes.

In deſertorem 33. in bello ll. de re milit. vbi gloſſ. in verb ceſſerit.
Val. Max. 2.2. c.17.
1. Reg. 14. 34.
D. Io. Clim ſchel.
in epiſt. ad Timoth. c. 1 hom 2.
Conc. Hildeė inform. Canon. c 2.

Hinc etiam ſanctiſſima Synodus Moguntina decreuit, nihil potiſſimùm à Canonicis alijsque Lithurgis faciendum abſque Antiſtitis facultate: nec illud omiſerim, quod ſacri Canones ex Tolerano Concilio referunt: in hoc enim ſancitum fuit, quòd nullus Myſtarum albo inſcriberetur, niſi prius ad expeditam Præſuli obedientiam exhibendam ſe iuramento obſtringeret: licet enim abſque peculiari promiſſione hoc efficere teneantur, adhuc tamen *ſolet plus timeri, quod ſingulariter pollicetur*: plures inde graueſque pœnes enumerat, quę in dati Sacramenti violatores ſint deuoluendæ.

Conc. Mogr. 1. c. 5.
Conc. Tol 1.. c. 102.
c. quamquā 6. 23. dixt 3

Huius autem iuſiurandi vſus in eos tantùm nunc temporis cadit, qui Sacerdotij munere funguntur: ex quo licet inferre, quod ſi minores Lythurgi, Epiſcopi mandata negligentes, graui ſe crimine impiant, nullo licet iuſiurando obſtringantur, D fieri ne poteſt, vt adeò à ſe deſciſcat ſui muneris oblitus Sacerdos, vt nullâ promiſſionis *in facie Eccleſiæ* initæ ratione habitâ, Hyerophantæ legibus aduerſetur?

Quò ergo fæliciſſima illa ſæcula, aureæ illæ ætates abiuere, quibus obedientiâ auſpicante tam floridè adoleſcebat Eccleſia, ſoliſque inſtar ſuis fulgoribus orbem illuſtrabat? Epiſcopum omnes vt Parentem amantiſſimè deperibant, vt Præſulem colebant, ſuſcipiebant vt Dominum: Omnium inſtar, quos hic afferre mihi in promptu eſſet, tantùm Ticinenſis Eccleſiæ Diaconus Epiphanius locum habeat: tanta hic alacritate mandata ſui Antiſtitis Criſpini exhauriebat, vt referente Hennodio, *Pes illius erat, oculus dexter, cuius miniſterio quidquid optaſſet fieri, ante iuſſionem ſuam videbat impletum: Præſentiunt enim bonæ mentes eorum deſideria, quibus cùm integritate famulantur.* Quid ergò admiremur, ſi tam alacris obſeruantiæ remunerator Deus, cum in terris degentem Ticinenſis Ec-

Ennod. in vit. Epiph.

clesiæ

Eccleſiæ infulis poſteà coronaret, & quod maximum eſt, ad celſiſſimum ſanctitatis culmen adduceret.

Quantum ſit nefas de Epiſcopo obtrectare. Cap. XII.

QVod maximè inter omnia ſcelera maximæ improbitatis & nequitiæ humanum animum arguit, detractio eſt: nullus alius ex hominibus, adeò cælo terriſque inuiſus, viuendique officijs adeò exitioſus, quàm detractor: nefarij enim latronis in morem pretioſiſſimum omnium bonorum, bonum ſcilicet nomen furatur: eius pretium ſuprà Cræſi diuitias, aureas Ophirfodinas, gemmeas Erythræi
B conchas Cæli ſapientia commendat *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni*: non hominem at Canem dixeris, non Canem at aſpidem ſermonum veneno aliorum nomen inficientem, non aſpidem, at ex Auerno Monſtrum aliquod, Dœmonum voce verba ſua euomens, *Diaboli linguam habet, qui vt Diabolus loquitur*, ſic ex Chryſoſtomo. Eccl.41.15. hom 97. in Matth.

His & alijs vituperationibus iure optimo illi inuaduntur, qui exteroquin tenuis notæ homines obtrectationibus oppugnant: quæ ergò execrationem, dirarum fulmina in eos ſunt intorquenda, qui effrænatiſſimâ impudentiâ in cælum os ſuum immittere auſi fuerint, ſui Antiſtitis æſtimationem maledicis vocibus obſcurantes, quam laudibus illuſtrare deberent: qui væcordi adeò inſaniâ ferociunt, vt Hyerarcham, ad cuius defenſionem ſe ſuaque omnia eſſent expeditiſſimè obiectaturi, ſparſis oblocutionibus mordeant, lacerent, cruentent?

Si Deo mandante Purpuratus Iudeæ Vates hymnum concinnauit in eum, qui vulgaris nominis hominem ſermonibus obtrectatorijs impetit, *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris*; illique palmaria ſupplicia indicit, *Arguam te & ſtatuam con-* pſ.49 20.
C *trà faciem tuam*, quantò validiùs, vt Chriſoſtomus admonet, in eum ſuâ indignatione exardeſcet, qui Præſulem ſuum, Dei vices obeuntem in terris, detractionibus aggreditur, & fædis vulnerat verborum aculeis? in verb. ſalut. Præſul. poſt homil. ad Rom.

Dementes ineptoſque homines hoſce vocari quis neget, dum Chriſtianæ fidei aſſeclas ſe profitentes, obſequia obliti, quibus Eccleſiæ columina, fidei Auguſtales, Dei Vicarios, Numinis adminiſtros, Magiſtros Populorum, Paſtores, Parentes honorent, dicacibus eos notis affligunt, & obloquentis linguæ verbere repetito percutiunt?

Ineptos profectò vocauerim, dùm enim ſapientium nomen conciliare ſibi contendunt, ſtultis ſe vltrò apertiſſimè immiſcent; ſi enim Regis Magiſtro Salomoni, imò Sancti Spiritus effato fides tribuatur, *Cor ſapientis in dexterâ eius*: omnia enim æquo animo intelligit; & vbi opus excuſationem omnem excludit, mentis ſaltem excuſat affectum: *Cor fatui in ſiniſtrâ illius*: iniquâ enim mente cuncta recipit, &, Eccleſ. 10
D cùm in operis ſanctitatem latrare non datur, cogitationem ipſam ſatyricis verbis accuſat; Acerbum adeò aſperumque Epiſcoporum animis hoc eſt, vt inuictum & adamantinum ipſius Chriſoſtomi pectus huiuſmodi moleſtiarum vulnera ſenſerit, vtque maledicas haſce linguas effugeret, ſacro Epiſcopatus munere ſe abdicare exoptauerit, *Sæpe maluimus Miniſterio priuari, quam murmuratores ſuſtinere.* hom. 8. in ep. ad Philipp.

Ineptos rursùs eos vocauerim, dùm honorificentiſſimum Antiſtitis nomen peſſundant, Deique adminiſtrum veluti pro ſcopo habent, quem dicacibus ictibus feriant; eos vituperant, non laudant, damnant non celebrant, qui toti ſunt, vt illorum animis, ſalutique proſpiciant, precibus, concionibus, ſacrificijs, legibus vtilitati publicæ inſeruiant: ad virtutem adhortantur, à vitijs reuocant, beatæ vitæ capeſſendæ cupiditatem inſinuant, ab hoſtilibus inſidijs arcent, ab irato Deo fulmina auertunt, ſuarumque animarum diſcrimine, eorum commodis, beatitatique deſudant: quis inſoleſcentis animi æſtum non videat, cum ſingulari quâdam ignorantiâ coniunctum, cùm Præſulem arguunt, & Præceptorem corripiunt? quàpropter Sanctiſſimus Pontifex Teleſphorus, vt in ſacro Canonum codice habetur,

Teleſph. ep. vnic. c. 3. c. Sacerd. 8 6. qu. 1. de maximis Lithurgis & Hyerarchis verba faciens, ait, *Sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi atque timendi, non dilaceran-* A *di, non detrahendi: quia à quibus ſe Domini populus benedici, ſaluari & inſtrui cupit, nullatenùs debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi: populus enim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi ab eo; quia non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum*. Nec ineptos tantum, ſed inſanos & ſtultos hâc de cauſâ, Diuo Auguſtino docente, eoſdem appellauerim, cùm in eius ſanctitatem miniſterij audent inſurgere, ſine cuius facultate, Sacerdotibus, Sacrificijs deſtituerentur, eorumque carerent auxilio, ad quorum poteſtatem ſcelerum abſolutionem Dei arbitrium reuocauit, quorumue virtute cæleſtes theſauros, vberi venâ in terras Deus eriuat: *inſania enim manifeſta eſſet deſpicere tantum iſtum Principatum, ſine quo neque promiſſorum bonorum compotes fieri poſſumus*: eò autem magis hæc amentia amplificatur, quò frequentiſſimè accidit, vt tantùm de illo ſermo habeatur quod latet, ſtatuta legeſque increpant, quas non percipiunt; vt enim de obedientiâ ſuperiùs agentes, diximus, non pauca ſunt illa, quibus Moderatorum prouidentia populorum animos temperat & coercet, quæ non multùm alijs approbantur, quià B non illis probè innoteſcunt; rationes enim, cauſas, fines, aliaq; ſimilia circumſtantia ignorant, quibus illorum electio & vſus, non vtilis tantùm, ſed neceſſarius eis approbaretur: præterquàmquod, cùm priuato commodo publicum ſemper præferendum bonum ſit, accidit, vt res tantummodò priuatas reſpicientes, non vniuerſalis boni rationem habentes, iniquè illa corripiant & mordeant, quæ cæteroquin eſſent maximè commendanda.

Cum duæ illæ mulieres coram Salomone de pueli fruitione acerrimè diſceptarent, 3. Reg. 3. 24. Conſiliarij Regis adſtantes, vt ad litem reſcindendam, gladium ſibi afferri poſtulantem Regem audierunt, cuius vi duas in partes, diſſectus puer, vtriuſque mulieris vota contentioſa componeret, & queſtus extingueret, horrore quodam concuſſi, iniquiſſimam illam eſſe ſententiam pronunciarunt, Regemque adeò procliuem in cædes, & ſanguini inhiantem, aſpicientes, ſubiectarum gentium conditionem commiſerati fuere, vtpote quæ ferocientis Principis imperio ſubeſſent: C verùm Salomon, cui diuinitus inſinuatâ ſcientiâ veræ parentis, verique amoris argumenta innoteſcebant, eo crudelitatis apparatu, litem ſedauit, clamores amouit, & veram ab ementitâ matre dixrinxit, adeò vt illis, quibus horrifica adeò & cruenta videbatur illa ſententia, continere ſe non poſſent, quin egregium & admirandum Regis ingenium repetitâ panegyri, fixoque ſupercilio celebrarent. Adeò periculoſum eſt, Moderatorum geſtis detrahere: Quàm benè igitur Magnus morum Magiſter Caſſianus nos inſtruit dicens, l. 5. inſt. 30. *Ob hoc enim iudicare de alijs periculoſum eſt, quòd ignorantes vel neceſſitatem, vel rationem, qua illi hæc in quibus offendimus, aut rectè coram Deo, aut venialiter agunt, inuenimur eos temerè iudicaſſe*; ſi hæc ille effatus de priuatis aliquorum actionibus, quid de publicis Hyerarcharum operibus dicendum eſſet, quæ vel manifeſtè improba, à nullo improbanda, ſapientiſſimè arbitratus eſt Magnus Doctor Gregorius, vt fuſiùs ſuo loco deſcribetur? D

Qui nullâ pingendi ſcientia ornatur, ſtatim ac pictorem ſpectat vmbris vultum aliquem denigrantem venuſtiſſimo colorum artificio elaboratum, vituperationibus eum aggreditur, illudit, damnat, ac ſi Penelopis inſtar opus tàm affabrè compoſitum iniurioſo labore deſtruat: ſed ridet irriſoris ſannas artifex pictor; ex illis etenim vmbris ſplendidiùs ipſe nouit prominerè colores, opuſque totum ad venuſtatis culmen adduci: Nauigatoriæ artis ignarus, vt grauiori mercium mole premi eam partem nauis inſpicit, quæ mari magis immergitur, tanquam imperitum nauarchum arguit, ac ſi illam naufragio faciat propiorem; arguentem tamen nauarchus redarguit, docetque arcano quodam artificij genere, tunc eam eſſe procellis minus obnoxiam & naufragio ſecuriorem. Cùm primò Europę gentes Cocincinæ littora appulere, non defuere è barbaris illis, qui eos veluti mente deſtitutos damnarent, eò quod eadem prementes veſtigia, nunc eundo, nunc redeundo ambularent; Quàm ſtolidè inſaniunt iſti; ſic ſibi inuicem muſitabant, eunt primò, inde redeunt, denuò viam eandem repetunt otioſi, tantoque inutiliter viarum

incom-

Digitized by Google

A incommodo fatigati laborant? illuſoribus tamen noſtri illudebant; maximè enim
eorum ſaluti incolumitatique tenuis ille & temperatus labor inſeruiebat! quot e-
nimuerò ſunt Antiſtitum opera, quæ populi expoſtulant, irrident, erodunt, detur-
pant, ſed Maximus Arbiter Deus laudat, celebrat, coronat? Crocitent, Crocitent,
ait Chriſtus Seruator, *Cæci ſunt & duces cæcorum*; ex aduerſo autem quot ea ſunt, Math.3.14.
quæ vulgari plauſu excepta, iudex optimus Deus reijcit & culpat? Quàpropter
ſe de illis iudicem ſtatuere, periculoſæ plenum opus eſt aleæ: quod quidem maxi-
mum Chriſtianæ pietatis documentum Gregorio Pontifici Magno debemus: hic
enim ad Mauritium Cęſarem ſcribens, quem improba hęc prurigo ad Epiſcoporum
actiones arguendas vellicabat, illa Apoſtoli verba afferens, *Nolite ante tempus iu-* l.4.ep.31.
dicare, donec veniat Dominus, ſic inde effatus, *nam ſunt multa, quæ de iudicio illius*
hominis ignorant: quia fortaſsè quæ vos laudatis ille reprehendet, & quæ vos repre-
benditis, ille laudabit.

B Cúm ſub ſacri Regiminis pondere Diuus Auguſtinus aliquando laborans inge-
miſceret, illud ſibi ſuaſit, Deum tale illi pondus incuſſiſſe in audaciæ ſuæ pœnam,
quâ non rarenter aliqua Epiſcoporum opera reprehenderet, vt nempè expertus ad-
diſceret, quàm longè inter ſe diſtent cogitationes & opera, ingenium quo cogi-
tamus, & manus quâ operamur: *arbitror* affero ipſummet Auguſtinum, *Dominum* S.Auguſt.
meum propterea me ſic emendare voluiſſe, quod multorum peccata nautarum (ante-
quam expertus eſſem quid illic agitur) quaſi doctior & melior reprehendere audebam,
at poſtquam miſſus ſum in medium, tunc ſentire cœpi temeritates reprehenſionum mea-
rum. quid iam mihi de veſpertilionibus dicendum, ſi Aquilis ipſis tanto ad vola-
tum pennarum remigio inſtructis nefas videtur ad Antiſtitum actiones inquiren-
das altiùs aduolare, & quod potiſſimùm eſt ad illas iudicandas efferri? nec in-
frequenter illud etiam contingit, quod qui in Antiſtitum rebus arguendis & reſ-
puendis, liberiori licentiâ rapiuntur, æſtimantes, quòd alia regnandi viâ vteren-
tur, ſi populorum ſibi Præfectura demandaretur, in eoſdem lapſus miſerrimè po-
ſteà corruant, *& faciant, quod dudum ſubiectis arguebant*, non ſine dedecoris notâ,
C de loquendi libidine ingenti rubore ſuffuſi.

Dignus profectò, cui conſonis laudibus cæli ſermo reſpondeat, illud eſt, quo
in Synodo Conſtantinopolitanâ populos ſuos Baſilius Cæſar admonuit; inter cæ-
tera enim ſapientiſſimè docuit, quod nullus è ſæcularibus viris qualicumque do-
ctrina ſapientiâue imbuatur, ouis eſſe non deſinat: quàpropter *dedecet*, ſic ille
dicta confirmat, *Præſulum mores diſcutere, & ea, quæ ſupra nos ſunt curioſius inqui-* apud Baro.
rere: oportet imò nos cùm timore & fide ſincera eos audire, & eorum à facie vereri, ann.869.
cùm ſint Dei omnipotentis adminiſtri: inde ad alios pergit, quos tanta inuadit inſa-
nia, vt moderari eos legibus audeant, à quibus leges debent aſſumere, & quò ocu-
latiores ſunt in Præſulibus arguendis, eò tardiores ſunt ad ſeipſos de palmaribus
flagitijs corrigendos: Hæc olim Magnus Cæſar pronunciauit.

Et quidem ne à vero diſcedam, quis vnquam incompoſitum adeò monſtrum
excogitauit, vt oues Paſtori præeſſe velint, nec illum proſequi, ſed ducere, vt
D præceptore doctior eſſe diſcipulus audeat, de causâ Iudicem inſtruere cliens, Do-
mino famulus imperare, & leges oculo ponere pes? turpiſſima hæc omnia & ma-
ximè diſſona videntur, & docente Sancto Pontifice Pio, qui maledicè de Antiſtite
loquitur, in vno vitio omnia hæc ſimul colligit agmina vitiorum. Affero hic San-
cti Pontificis verba *Oues Paſtorem ſuum non reprehendant, plebs Epiſcopum non accu-* Pius Papa
ſet, nec vulgus eum arguat, quoniam non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum, nec ſeruus ep.1.
ſupra Dominum. Hæc olim ſupremi Hierarchæ mens fuit, hæc verba, & ad hæc
erubeſcant noſtræ ætatis ſcioli quidam & magiſtelli, qui prauiſſimo maledicentiæ
genio indulgentes, irridendâ dicacitate Antiſtitum mores oppugnant.

§. I.

SI detractores huiuſmodi ineptos vocauerim, leue eſt; Canes Diuinus ipſe Spi- Eccl.19.12
ritus vocat, *ſicut ſagitta infixa femori canis, ſic verbum in corde ſtulti*; vt enim à
latratu

Iatratu non abſtinet canis, quoadusque vulnerantis ſagitta è ſaucio latere educta non fuerit, ſic propè anxio ſemper æſtu agitur obtrectatur, quoad vſque pravam illam mentem, quam in aliquem induit, voce exuat, & ſermone deponat: Qui autem Præſules damnat, eos ſcilicet, qui diuinis dapibus, & ſacris eloquijs populorum corda reficiunt, canes imitari videntur Actæonis, quorum eò rabies deuenit, vt hominem in fruſta diſcerperent, cuius amore paſcebantur; his etiam quàm aptè repetere gemebundus Epiſcopus poſſet; A

ib. 3. Metaph. *Actaon ego ſum, Dominum cognoſcite veſtrum.*

Quid enim profectò eſt, aliquem detrectare, quàm eo veſci, eiuſque carnibus canino dente ſaturari, *qui aliena vita detractione paſcuntur, alienis proculdubio carnibus ſaturantur*: ſic Magnus Gregorius: Serpentes etiam è cæli oraculo detractores vocantur, *ſi mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eò minus habet, qui occultè*
Eccl. 10. 11 *detrahit*: aſpides credas immedicabile venenum gerentes in ore, illiſque perſimiles, quorum miniſterio ad acerbum adeò exitum regiam vitam Cleopatra infœlix adduxit. B

Aſpides dixi? leue eſt; hi etenim rationis lumine non illuſtrantur: vocentur in Deum impij, cuius fama, cum illa Epiſcoporum tam arcto fœdere ſociatur; quare ſapientiſſimè in quadam è ſuis Decretalibus Sanctus Pontifex Teleſphorus Inſinuauit, quòd cùm, vt ſuperiùs Apoſtoli authoritate probatum eſt, coniugium quoddam Epiſcopos inter & Eccleſias Deo prius authore initum ſtatuatur, quàm in terris perficiatur, Sanctique Spiritus afflatu Hyerophantæ eligantur, occultâ obtrectatione lædi iſti non poſſunt, quin ſocio etiam vulnere, Dei ſtatuta petantur, ipſique Numini contumelioſa quodammodo fiant, quæ in Epiſcopos mordaci ore
ep. vnic. c. 3 c. Sacerd. 8. 6. q. 1. diſſeminantur: *Dei ergo accuſat ordinationem, qui eos, qui ob eo conſtituuntur Sacerdotes, accuſat, vel damnare cupit*. Hæc habes è ſancto Pontifice.

Vlteriùs etiam Sanctus Cyprianus progreditur, maiorique verborum & ſententiarum pondere intonat in detractores; Perfidos & perduelles Magnus hic ſacræ Eloquentiæ Magiſter eos appellat, qui Deum ipſum in Epiſcopis arguere inſolentiſſimâ væcordiâ præſumunt, adeòque Florentio Pupiano reſpondens, qui populari ſermonis arbitrio raptus fidem ijs præſtiterat, quæ in ipſum Cyprianum viti flagitioſiſſimi effutire non dubitarunt, eaque, pompâ quâdam turpiſſimè oſtenta- C
D. Cip. ep. 69. ad Pupian. bat, his eum verbis admonuit *Aduerto te, &c. in mores meos diligentes inquirere, & poſt Deum Iudicem qui Sacerdotes facit, te velle, non dicam de me, (quantus enim ego ſum) ſed de Dei & Chriſti iudicio iudicare. Hoc eſt, Deum non credere, hoc eſt rebellem aduerſus Chriſtum & aduerſus meum Euangelium exiſtere.*

Aliâ etiam de ratione impij ſunt iſti compellandi: cum enim tot alias inter prærogatiuas, quibus Myſtagogicum nomen Deus exornauit, non poſtrema ſit illa, quâ vel bonitate ſuâ, vel Eccleſiæ Maieſtate; ſuos veluti Legatos & Oratores inſtituit Epiſcopos, profectò fit, vt honorari vel contemni iſti non poſſint, quin etiam
Luc. 10. 16. ex ipſis honor idem, idemque contemptus redundet in Deum, *qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit*: quem enim latet, in vulnere legatis illato, Principes ipſos vulnerari, eorumque vim ad vltionem exacui? quod ſi Principum D
l. vlt. ff. de legib. Quintil. declar. 366. Oratores ius gentium ob omni prorſus iniuriâ præſtat immunes, annon Regnantis Diuinitatis Legati, hâc eadem Prærogatiuâ ornari debent & frui? Hyerarchæ famam denigrare cenſent detractionibus homines, ſed Dei nomen verbis illis obfuſcant, eiuſque Maieſtatem dehonorant. quàm egregiè hoc animaduertit Magnus ille geſtis & nomine Cæſar Carolus, qui ſtatutâ lege, grauibuſque pœnis indictis vetans, ne mordacibus hiſce oblocutionibus populi ſui vacarent, hâc planè formâ diſſeruit. *Epiſcopos & Sacerdotes, quibus omnis terra caput inclinat, per quos noſtrum pollet imperium, admodum honorari & venerari omnes monemus, nec eos*
Carol. 170. l. 5. *lacerari, aut blaſphemari, aut detrahi à quoquam volumus, quia detractio Sacerdotum ad Chriſtum pertinet, cuius iure & legatione funguntur in Eccleſia; nam ſi qui detrahit alium hominem, ſicut homicida reputabitur, quid erit de illis, qui Sacerdotes detrahunt? duplici enim pœna digni ſunt, qui dupla ſcelera committunt.*

Annon tantorum ſuffragio Cæſarum Caroli nempè & Baſilij, (quem ſuperiùs retulimus) diuiſo imperio totum ſibi orbem occupantium, coërcenda pœ-
nitus

Digitized by Google

A nitus eſſet detrahentium effrænata temeritas, eorumque obloquendi licentia remordenda?

Quam ad rem perpendenda enucleatè eſt inſignis illa & planè admiranda dicendi forma, quâ maximus omnium Principum Deus vetuit, ne Epiſcopos eorumque mores liceret cuicumque detrahere: affero illam è ſacro Codice, *Dijs non detrahes*, Exod. 22. 28. ideſt, ne famam Epiſcoporum detractorijs verbis obſcures; ex quadam enim Dei communicatione, è muneris excellentiâ, è dignitatis ſanctitate, Dij ſunt. debes Innoc. ſer. 2. de conſec Pontif. hanc interpretandi rationem Innocentio Tertio Pontifici, cui tamen in eadem explicatione præcucurrit Diuus Gregorius, in Epiſtolâ ad Cæſarem Mauritium. D.Gregor. l.5 ep.51.

Vides igitur, vt vulnere, quo nomen Antiſtitum petitur, Deus ipſe peratur? ſuum illis nomen impertitur, vt oſtendat ſe in illis reciprocâ quâdam lege vel honorar vel morderi: quàm egregiè hæc docet Maſſilienſis Antiſtes Saluianus! *Benigniſſimus ac pijſſimus Dominus communem ſibi cum ſeruis ſuis honorem ſimul & contumeliam facit, ne quis cùm læderet Dei ſeruum, ſecundùm hominem à ſe lædi* lib. 8. de Prouid.
B *arbitraretur, cùm abſque dubio iniurijs ſeruorum Dominicorum Dei admiſceetur iniuria*,

Aptiſſima etiam eſt, quæ hic afferatur conſideratio illa, quâ Diuus Hyeronimus Apoſtoli verba ad Romanos ſcribentis illuſtrauit: cùm detractoribus enim viſus eſt Idololatras aſſociare, *Detractores Deo odibiles*, ideſt è Hyeronimi ſententiâ Ad Rom. p.30. *Idololatra*: quàm meritò autem pari vtrique Sede collocantur! vt enim Dei cultum cultus Idolorum euertit, ſic Antiſtitum honorem detractio oppugnat, qui ſacrâ quadam communione Dij ſunt. *Nihil eſt tam odibile Deo, quam Idololatria, cui per ſimilitudinem eradicandi pœna detractione ſuſcriptâ coniungitur.* Sic grauiſſimè ibid. Magiſter Eccleſiæ Hyeronimus.

Hinc eſt, vt cùm tam arduo prolixoque itinere peragrarē à Iudæis Arabiæ ſolitudine *murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron*, ad ſanctiſſimum iram concitus Deus Num.14.2. eorum ſcelus redarguit, quo non ſuis Gubernatoribus, ſed ſibimet detraxiſſe conquerebatur: *Vſquequò detrahet mihi populus iſte?* non quidem in Deum oblocutione mordaci Iudæi inſurrexerant, ſed in Præſules ſuos, nihilominus autem, ſic Criſoſtomus, illa obtrectationis culpa refertur in Deum, à quo eorum authoritas emanauit. *Si Prælati iniurijs afficiuntur, hoc in ſe Deus ipſe perpetitur.* hom. in 2. ad Timoth.
C

Quàpropter cum tumultu non abſimili aliàs gens Iudæa graſſaretur; Ioſeph & Chaleb tumultus eos traquillaturi dixerunt *Nolite eſſe rebelles contra Dominum*; meritiſſimè ſic loquebantur, ait Lyranus hic, *quia rebellando Moyſi, Domino rebellabant*: pari etiam loquendi formâ mentem ſuam Deus aperuit, cùm poſtulante Iudæo populo, vt ſacro Samuellis regimine abdicato, Regem ſibi imponeret, non lituo ſed ſceptro venerandum, Samuelli verba faciens ait, *Non te abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos*: ne leuiſſimam quidem vocem in Dei regimen effuderant Iudæi, non ab eius legibus, non ab eis ritibus diſcedere meditabantur, ſed tantùm è ſuo genere Regem, quem colerent, affectabant: ſe tamen in Samuelle reiecto, reijci Deus arbitratur, vt oſtendat, non Epiſcopum, ſed in Epiſcopo Deum populis vrbibuſque regendis præeſſe, *Vt oſtendat in perſona electi Præſulis, ipſe ſuis* Num 14.9. ibid. 1.Reg 8 7. D Greg ibi.
D *ſubiectis præemineat.* Sic Gregorius: quod idem exemplum non pauci è ſacris Doctoribus vnanimes amplificant, vt doceant Deum ſibimet ipſi tribuere offenſas, opprobria, detractiones, quibus Epiſcoporum dignitas laceſſitur.

§. II.

QVin imò vt ſignificaret Deus, acerbiora ſibi eſſe, quæ in Antiſtites contumelioſe feruntur, quàm ea, quibus ipſemet Deus per ſummam iniuriam dehonoratur, ex ore Zachariæ Vatis illud pronunciauit, *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*: quibus verbis Hyerarchas exprimi communi ſuffragio docent ſacrarum litterarum Magiſtri, & potiſſimum ad Italiæ Epiſcopos ſcribens Sanctus Pontifex Anacletus: Oculorum eos Deus pupillas appellat, imò pupillas oculi ſui, vt omnibus innoteſcat, tùm quàm amanter illos diligat, tùm etiam contume- Zachar.2.8. allat. c. acc.5.2.q.7

lias

Digitized by Google

lias omnes, quas in illos detractorum improbitas effundit, leuiſſimę licet fuerint, A delicatiſſimam eius partem vulnerare: quàpropter acerbiorem excitatur ad iram, trahiturque ad grauiorem vltionem: acutè hoc excogitatum habes à ſancto Epiſcopo Maſſilienſi Saluiano: lib. 8. de Prouid. *ad exprimendam teneritudinem pietatis ſuæ, teneriorem partem humani corporis nominauit, vt apertiſſimè intelligeremus, tum tàm paruà Sanctorum contumelia lædi, quà paruo verberis tactu humani viſus acies læditur.*

E' ſacris paginis! hoc idem docente Deo, colligere clariſſimè licet: quod enim inter vitia nequius flagitioſiſſima hominum improbitas poteſt admittere, quàm fædam idolorum ſuperſtitionem, quà veri Numinis adoratione ex aris excuſſa, pro numine Diabolus colitur, eique combuſta thura ſuffumigantur? hoc ſe immani piaculo impurauere Hebræa gens, cùm inter ſquallentes Arabiæ campos vitulum aureum genibus aduoluta coluerunt; non ideò tamen impunes abiere: Deo namque imperante, extremà internecione plerique è fontibus deleti fuere, tantoque mortis ſupplicio ad lenitatem & miſericordiam reuocatus Deus, prœteritis malefactis con- B donatis, æternam non paucis ſalutem impertiuit. Cùm verò Nathan, & Abyron impetu quodam væcordiæ rapti, de Moyſe & Aaron maledicè dicerent, maiori furore Deus accenſus, apertis faucibus, telluri dedit eos deuorandos, vt inde ad inſernas pœnas deuoluti, ſceleris ſui mulctam ſuſtinerent damnati, æternùm toti poſteritati infames, ac ſi grauius & acerbius Deo ſit, Præſules obtrectatorijs vocibus lædere, quam facilè Deos venerari ep. 65. aliàs 9. l. 9. *Vt probaretur Sacerdotes Dei ab eo, qui Sacerdotes facit, vindicari.* Sic egregiè Cyprianus.

Alià pariter ratione hoc idem validiùs roborat Diuus Clemens Alexandrinus: ſi namque Dei bonitatem flagitio aliquo exacerbemus, Epiſcopus in promptu eſt, cui ex muneris ſui virtute, propitium nobis reddere offenſum Deum licet; at ſi Epiſcopum ipſum offenderimus, deficiente nobis Duce noſtro, quis pro nobis apud Deum deprecator occurret? *rem dicturus ſum mirabilem*, ipſiſſima ſunt Clementis doctiſſimi verba; quidnam hoc erit, quod veritatis fines excedere videatur? dabo: C *Expedit in Deum magis peccare, quàm in Ducem noſtrum: nam ſi Deum ad iracundiam prouocaueris, dux noſter illum reconciliare poteſt, ſi vero Ducem ipſum perturbauerimus,* vocis huiuſce vim perpendant illi velim, qui nihil religioni habent Antiſtitum quietem euertere, eorumque tranquillitatem extinguere, *nullum habebimus, qui nobis illum propitium faciat.*

Hæc me non ſine dubitatione loquentem, ad alia cogit Diuus Cyprianus feſtinate: quid enim ſi Epiſcoporum famæ detractores hæreſim ſapiant, ipſamque velut à primo limine ſalutarint? l. 3 ep. 7. ad Reg. *Sunt initia hæreticorum, vt ſuperbè tumère Præpoſitum contemnant.* Nulla certè fuit adeò fœcunda hæreſum parens, vt aliàs idem admonuit, quàm Antiſtites detractionibus obnoxios facere; licet enim fidei Catholicæ adhærere iſti videantur ingenio, motibus tamen & geſtis quàm facile eſt, vt eàdem fide laborent.

Vt denique titulos omnes, quibus huiuſmodi detractores eſſent inurendi, nomine tantùm vno complectar, illud aio, quod ſi quibuscunque viris obloqui, eſt ſe D Satanæ familiaribus adſcribere, eiuſque miniſterio ſe addicere, docente Chriſoſtomo, in pſ. 100. *qui detractioni ſtudet, diabolo ſeruit*, quid de eo dicendum, qui Epiſcopi mores detrectans ſummà eum diſpicientià proſequitur? an non ipſe Dæmone nequiorem ſe præſtat, cum nequiſſimus ille ſpiritus, Diuini arbitrij virtute, ſacras Hierarcharum Infulas venerari cogatur? quam ad rem admirandum propè illud eſt, In vit. S. Remigi. quod Diuo Remigio accidiſſe memoratur; cum enim hic ſemel ſacrum ægro miniſtraturus Cæleſtis Euchariſtiæ viaticum incederet, dæmonem aſpexit venerabundâ corporis demiſſione eum honorantem: iterùm eadem viâ rediens eiuſdem venerationis argumentis exhibitis obuium ei ſe dedit; obſtupefactus ad hæc hæſit Remigius, cum ſecum non amplius ſacroſanctum Myſterij epulum deferret adorandum: quàpropter nomine Diuino inuocato, tam inuſitatæ venerationis rationem efflagitauit à Dæmone: his ille reſpondit, eodem prorſus reuerentiæ gradu ſe Euchariſtiam ſanctiſſimam proſequi, ac Epiſcopalem dignitatem, quà Remigius excellebat. Neque verò hic me interpelles dicens, bene hæc de Remigio ſcribi,

quem

Digitized by Google

A quem ſuo lumine ſanctitas faciebat maximè venerandum: nec enim ad eius ſanctitatem, ſed ad eius dignitatem vultus ille referebatur à Dœmone: ità ne igitur! Dœmones Epiſcopos honorant, quos dehonorant Chriſtiani? ſacrum Antiſtitum nomen populi peſſundant, inferi obſeruant? ſuperbum genu contumaces Erebi ſpiritus ad Hyerarcharum nomen inflectunt, ſed ipſis contumaciores gentes debitam illis denegant obſeruantiam? demùm, quis credat, quem lacerant filij, hoſtes venerantur.

Manifeſta Antiſtitum crimina non eſſe detrectanda, nullamque alienis narrationibus fidem habendam. Cap. XIII.

B VTinam illud ſortiremur, vt ea in Hyerarchis vitæ innocentia eluceſceret, quam è ſacro fonte traxere, vt cùm tituli ſanctitate, morum pariter integritatem aſſociarent, & te ſimul ac nomine pietatem redolerent; Verùm Epiſcopum induentes homines, hominem non exuerunt, nec diuinorum munerum largitate, quibus cæli beneficentia in conſecratione eos locupletauit, humanis ipſis affectibus ſpoliantur: ſacro Chriſmate, cuius vi Chriſti euadunt, hoc eſt vncti, vitiorum fomes, non deletur, at minuitur, nec è tam ingenti Epiſcoporum numero, alienum videri poteſt, ſi aliquis ſit, qui à perfectæ virtutis poſſeſſione deſciſcat. Quendam præ cæteris nos oculati agnouimus integerrimum ſanè & pijſſimum, ſed cùm ex prauâ corporis habitudine, flauâ ſimul & atrâ bile laboraret, nullis exorare Deum precibus valuit, vt erumpentem illum animi æſtum temperaret, & feruidos illos motus, qui ſunt in nobis ſine nobis, extingueret; quà de re, nullâ habitâ ratione dignitatis, quà eum vt Patrem, vt Præſulem, vt Paſtorem obſeruare debebant, publicâ eum oblocutione plurimi lacerabant, qui ſe ipſos pro more palpantes, proprijs flagitijs cæcutientes, leuiſſimas in eo labes obiectabant; iſti C profectò dùm tenues haſce Præſulum maculas damnant, palmari ſe crimine polluunt, Deique ſubirati ſupplicia ingentia, peccantes in ſe trahunt.

Adumbrauit hoc ipſum in Veteri lege Deus amantiſſimus, cùm Noè, vini, quod nondùm delibauerat ſuauitate deceptus, ebrius euaſit, & indecorâ membrorum compoſitione procumbens, ſomni vi fuit correptus: ad hæc infauſto fato ductus acceſſit Cham, fratribusque paternam nuditatem aperiens, ſuo illos exemplo excitabat ad riſum: verùm eius ingenio aduerſantes illi, ne paternam culpam agnoſcerent, incompoſitam illam Patris ſoporati habitudinem contexère: Quàm benè hic probi, improbique populi deſcribuntur! tam pius illorum amor eſt, vt Epiſcopi, hoc eſt ſpiritales Parentis labes extenuent, & velo charitatis operiant: iſtorum verò adeò diſſoluta temeritas eſt, vt paterna crimina obtrectationibus aperiant, & buccis crepantibus ea omnibus manifeſtent: habes hæc ab excellentiſſimo morum Præceptore Gregorio, cuius hæc verba ſunt; *quid eſt, quod filij verenda Patris ſuperiectis dorſo veſtibus, auerſi venientes operiunt, niſi quod bonis ſubditis ſic Præpoſitorum ſuorum mala diſplicent, vt tamen hæc ab alijs occulsent.* nec illud myſterio vacat, quod Sem & Iaphet, vt paternam nuditatem veſtibus superinductis obnuberent, auerſi ambularent; docentur hòc etenim gentes, quod licet inhoneſta Antiſtitum opera excuſare non valeant, obſeruare tamen dignitatem debent, nec tantùm alijs aperire, ſed ne quidem ſuæ cenſuræ committere, proprioque ea arbitrio trutinare; ex eodem Gregorio hæc habes, *Operimentum auerſi deferunt, quià iudicantes factum & venerantes Magiſterium, nolunt videre, quod tegunt.* ex aduerſo Cham, vt S. Ambroſius admonet, maiori feruet, quàm Pater ipſe ebrietate premeretur, ebrius profectò dicendus ille eſt, qui adeò è mente deturbatur, vt Patris dignitatem non aduertat, debitam illi obſeruantiam omittat, ſuppliciaque ſibi, Deo mandante, imminentia non agnoſcat: quanta porrò fuit ebrietas illa, quæ meridianâ licet in luce, nocte teterrimâ illum circumfudit, adeò

Geneſ.9. 23.

lib.25. moral.c.15.

lib.de Arc. & Noè c.31.

Digitized by Google

vt Patrem in Patre non videret, & peregrinum veluti hominem eum reputans, ludibrio eum habuerit, eiuſque labem reuelauerit, ſibi tanquam filio obuelandam. *Erat in illo profunda cæcitas, qui Patrem videre non poterat: nam ſi vidiſſet Patrem non vtique riſiſſet; neque enim ridendus, verendus eſt Pater*. Sic ille. annon nequitia & ſuperbia ebrietas quædam eſt, quâ oculatiſſimi quique cæcutiunt, dum animarum Parentem Epiſcopum irrident, eiuſque mores ſermonibus alienis obiectant, vt mordeantur; nec enim in ipſo vident Epiſcopum, illiuſque Inſulis debitæ obſeruantiæ legem inſcriptam: dignitatem non ſpectant, quâ illorum gubernationi præficitur; Dei præcepta cœlique edicta non vident, quibus ad Hyerarcharum venerationem iubentur populi, vt vel amore, vel ſilentio crimina Parentum obſcurent: plura quidem de hoc in ſuperiori capite attulimus, ſed clariſſima omnium A

Leuit. 18. 7. lex illa eſt, quam è Moyſis ore in Leuitico Iudæi excepere *Turpitudinem Patris tui non diſcooperies*, quæ licet verba, iuxtà litteralem loquendi modum, intelligenda omnibus ſint de non contaminandâ paterni thalami honeſtate, ſi tamen

Eſich. in Leu. l. 5. c. 18. Eſychio credamus, myſticè etiam ſignificant, Præſulum labes non eſſe à ſubiectis filijs aperiendas & luci dandas; illud etiàm hic author aduertit, decies hanc in Leuitico reperi legem iuxtà ſeptuaginta Interpretum lectionem, vt oſtenderet, totum in eâ decalogum colligi, ipſoque in vno omnia Chriſtiani nominis officia ſanctè diligenterque ſeruari: *quia quisquis turpitudinem ſpiritualium vel carnalium agnatorum reuelat, totius legis inuenitur eſſe tranſgreſſor*. B

Exod. 21. 17. Ad rem eandem, legem aliam in Exodo euulgatam Sanctus Chryſoſtomus perpendit, quâ capitis rei fiunt illi filij, qui diris & execrationibus genitores ſuos inuadunt. *Qui maledixerit Patri vel Matri morte moriatur*; qui igitur, ſic ex hoc tantus Doctor validiſſimè arguit, Epiſcopi famam peſſundat, qui cum animæ parens ſit, temporali patre maiori dignatur obſequio, annon maiori ſupplicio eſt affligen-

in verb. ſalut. Præſul poſt hom. ad Rom. dus? *Si maledicentes Patri vel Matri morte moriuntur iuxtà legem, quali iudicio dignus eris ſi maledicere audes ei, qui parentibus illis magis neceſſarius eſt, & melior?*

Sancto quidem ardore ductus ſed immoderato & aſpero, Lithurgi cuiuſdam facinus arguebat Demophilus Monachus; quare Sanctus Dyoniſius Areopagita Pauli Magiſterio eruditus, egregiâ epiſtolâ eum admonuit, hæc inter alia ſcribens, C

epiſt 8. *nefas eſt Sacerdotes à Miniſtris, qui te ſuperiores ſunt, aut à tui Ordinis Monachis corrigi & reprehendi ſiue aliquid impiè in Diuina facere videantur, ſiue aliquid aliud eorum, quæ vetant leges, feciſſe arguantur*. In quæ acroamata Sanctus ille Doctor erupiſſet, ſi non Myſtam, ſed Myſtarum Principem Monachus ille proteruâ nequitiâ oppugnare fuiſſet auſus?

Frequentiſſimè hoc animarum Paſtoribus inſonantem audimus Diuum Gregorium, nempè vt repetitis ſermonibus gentes edoceant, ne de Epiſcoporum moribus licet indecoris arbitrari cùm audacia velint, cùm de his ferri ab ipſis iudicium non valeat, abſque intolerandâ arrogantiæ & ſuperbiæ notâ; quam ad rem corroborandam Dauidis etiam exemplo vtitur, quem eò quòd Saulis veſtis limbum abſciderit, tantus pudor, tanta facti pœnitentia ſubijt; in Saulis veſte, fama D adumbratur Epiſcopi, qui eſt *vnctus Domini*: hoc idem in Epiſtolâ ad Fœlicem Meſſanenſem Antiſtitem expreſſit his verbis, *Admonendi ſunt ſubditi, ne Præpoſitorum ſuorum vitam temerè iudicent, ſi quid eos fortaſsè reprehendibiliter agere viderint, ne vnde mala rectè redarguunt, inde per elationis impulſum in profundiora mergantur: admonendi ſunt, ne cum culpam Præpoſitorum conſiderant, contrà eos audaciores fiant*.

Euſebius item Supremus Eccleſiæ Princeps in Epiſtolâ ad Alexandrinum Antiſtitem ſacris Canonibus immixtâ, vellicantium mordacitatem linguarum, & oblatrantium loquacitatem coërcere ſtuduit, præcipiens, ne Paſtoris geſta licet arguenda

ad Epiſc. Alex. cap. oues 15. 2. q. 7. auderent oues arguere, dummodò à fidei candore non deſciſcat. *Oues, quæ Paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenùs accuſare poſſunt, quia facta Paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quanquam reprehendenda videantur*. Attuli Euſebium.

Gentes etiam regimini ſuo commiſſas erudiens Diuus Ioannes Eleæmoſinarius Ale-

Digitized by Google

A Alexandrinus Antiſtes illud ingeminare ſolebat, quod è Magni Coſtantini ore in Synodo Nycęna fuit exceptum, ſcilicet, quod ſi ſuiſmet oculis Epiſcopum peccantem intueretur, ſuâmet purpurâ eum obuelaret; quod tam inſigne acroama ad Ludouicum Cæſarem ſcribens Nicolaus Pontifex refert, iam Magni Cæſaris exemplo eum admonens, ne Hyerarcharum oblocutionibus aures præſtare dignaretur.

Sur. in eius vit. 23. Ian. refertur in cap. ſcript. 7. 96. dixt.

Si igitur tanta obſeruantiâ Epiſcopos proſequebatur, tantâque vigilantiâ eorum famæ proſpiciebat Cæſar vniuerſum Orbem ſuo flectens imperio, quid plebs, quid grex, erga Præſulem, erga Paſtorem præſtare obſequij lege deberet?

Ducis culpate geſta, aliaque referre, quibus timidi & væcordis nota illi poſſet inuri, non fortium Militum eſt; illa potius celebrant, quæ victorem, quæ inuictum commendant: an non igitur hoc idem ergà ſuum Ducem Dei vices obeuntem milites Chriſtiani præſtabunt? *Deuoti militis eſt*, quàm eleganter Diuus Chri-
B ſologus, *Regis ſui tacere fugam, referre conſtantiam, virtutes loqui, timores ſilere, aduerſa dolere, prædicare victorias, aperire firma, infirma reticere*. Mihi quidem procomperto eſt, nullum eſſe Antiſtitem, qui de plurimis egregijs rebus commendatus eſſe non poſſit; hæc igitur eloqui, hæc ore tractare, hæc ſonorâ ſermonis tubâ vulgare populi deberent: ſi quæ verè in eis ſunt vitiorum labes, morum ſordes, aliaque huiuſmodi humanam imbecillitatem redolentia, non culpent, non arguant, non Cynico dente corrodant, cum ad ipſos ea iudicare non ſpectet: & quamuis ea crimina ſint, vt excuſatione temperari, minuique non poſſint, vitia ipſa in eis non venerentur, at dignitatem, ea imitari pudeat, ſed hanc venerari delectet, mores occultò deſpiciant, ſed Infulas publicè honorent: non mihi hæc, ſed Sancto Gregorio tribuas ſic loquenti: *Si Magiſtrorum vita iure reprehenditur, oportet, vt eos ſubditi, etiam cùm diſplicent, venerentur: ſed hoc ſolerter intuendum, ne aut quem venerari neceſſe eſt, imitari appetas, aut quem imitari deſpicis, venerari contemnas*: quæ eadem, alio ſuperinduta colore aliàs expreſſit.

ſerm. 150. lib. moral. 25. c. 22. lib. 3. pa-ſtor. ad-mon. 5.

Quòd ſi aliquis è ſubditis fuerit, cui ſuæ conditione virtutis de moribus ſuis E-
C piſcopum corripere liceat, commendatiſſimus omnibus erit, ſi obtrectationibus prætermiſſis, debita cum reuerentia eum de illis admonuerit, Diuum Petrum Damianum imitatus, qui purpurâ Vaticanâ donatus, Nicolao Secundo Pontifici, in re maximi momenti, mentem ſuam aperire demiſsè admodum & reuerentiſſimè non dubitauit.

lib. 1. epiſt.

Ea verò diſſeminare ſermonibus, & buccis crepantibus euulgare, quàm rationi & charitati diſsònum eſt: eòque grauius crimen erit, quò magis zeli ſpecie turpitudo detractionis induitur, id autem accidit, cùm aliquis Antiſtitem arguens, non in perſonam, ſed in vitium agi ſe iactat; ſe quidem, pompaticè ait, dignitatem venerari, & commendabilia in Epiſcopo commendare, ſed abſtinere ſe non poſſe, quin ea damnet, quæ dignitatem dedecorant, & ſacrum munus impurant, quod vtinam eo loci faſtigio eſſet, vt adorari adeo ſecurè poſſet, quin ipſa etiam culpa ſimul cùm ipſo adoretur: loquendi hæc forma, vt dulciùs ſimul & validiùs irre-
D pat, vulpem ſapit, & de hac oblocutorum ſpecie Diuus Bernardus agebat, cùm diceret *Peſſima vulpes eſt occultus detractor*.

ſerm. 63. in Cantic.

Ex his vnam Grunnium nomine Diuus Hyeronimus offendit, & cum tenuis ei hæc comparatio videretur, Chimæram Poetis adeò decantatam vocauit, in quam tot animantia monſtruosâ pompâ coibant; audi elogium, quod ad illius laudes tantus ſcriptor intexuit, *Intus Nero, foris Cato, totus ambiguus, ex contrarys diuerſiſque naturis vnum monſtrum, nouamque beſtiam diceres eſſe compactam iuxtà illud Poeta*

ep. ad Heliod.

Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimæra.

Carmen hoc tùm apud Heſiodum, tum apud Homerum habes; quàpropter quis horum alterutèr prior ætate fuerit, quæritur ab eruditis viris; quod ſi eodem effloruerint æuo, quis eorum ſibi illud ab altero vſurpauerit, nec non etiam illud aliud

Quæ grauiter patulis ſpirabat naribus ignem.

§. I.

A

SI ergo vel improbas Hyerarcharum actiones confabulationibus noſtris miſcere nefas eſt, quàm proterui, effrænesque ſint illi, qui Catones & Ariſtarchos agentes, de eorum operibus medijs & indifferentibus, imò bonis temerè & loquaciſſimè arbitrantur, ſanæ mentis viris æſtimandum relinquo? quàm graui etiam culpâ ſe illi obſtringunt, qui de rebus illis intemperantiſſimè obloquuntur, quas ſolùm ab illis excepere, qui vel ex prauo animi æſtu illas diſſeminarunt, vel nullam ſui nominis conditione fidem promerentur? fieri igitur ne poteſt, vt nullam ſibi religionem inijciant de fide corruptis adeò teſtibus data? iniuſtitiam certè execrandamque nequitiam crimen hoc redolere quis neget?

Iniuſtitiæ crimen eſt; cùm enim nefas Præſulibus ſit in ſubditos populos arbitrium ferre, abſque eò quod rationum prius momenta librentur, & vtriuſque partis cauſa accuratè diligenterque tractetur; in Præſules audent ſubditi, nullâ priùs diſquiſitione factâ, ſententiam ferre, narrationi tantùm innixi, quam deprauatæ vir mentis forſan habuerit, & maledicentiâ dictante protulerit? quin frequentiſſimè ignorato authore de ijs colloquia inſtruuntur; omne hoc, ſi Quintilianus rectè admonet, calumniæ quædam ſpecies eſt! *Quid intereſt* (eius iſta ſunt verba) *vnde ſumpſeris rumor ortum, (quod negare nemo poteſt) tu concionaris, accuſas, tu crimen de fabula facis, in rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumnia genus eſt primùm credere*: Quid dicturum Quintilianum credimus, ſi Chriſtianæ fidei nomen daret, & Antiſtitum oblocutores adeò temerè in eos oblatrantes audiret? quid autem excogitari valet iniquius, quàm vel cogitatione leuiſſimâ ductos, vel aduerſâ ſuſpicione infectos, vel circumforaneo rumori indulgentes, Antiſtitem damnari, in quem dari ſententiam vetuit Syluester Secundus Pontifex Maximus, quin prius ſeptuaginta teſtes ad eandem faciendam fidem vnanimes conſpirarent. B

declam 55.

Iniuſtitiæ addenda etiam crudelitas eſt; cùm enim ad leuiſſimos quoſcunque ictus excipiendos, facillimè pateat fama, tam iniquis diſſeminatis ſermonibus, acerbum adeò aſperumque vulnus illorum nomini honeſtatique infligitur, vt longo licet temporum decurſu nunquam cicatricem obducat; eò planè modo, quo quàm facilè Epiſtolæ alicuius ſigillum in fruſta diſcerpitur, tam pariter arduum eſt eaſdem tanto artis labore connectere, vt eius fractura videntis oculos poſſit effugere; quod adeò Diuo Auguſtino compertum fuit, vt ingenio licet perſpicaciſſimus, candidè fateri non erubeſcat, ſibi modum non ſupereſſe, quo violatæ alicuius famæ poſſimus æquâ ratione mederi: quâ propter è ſtygia ſchola documentum illud apud Plutarchum erupit *Iubeat ſuas calumnias audacter iacere, biſque alios mordere, docens tametſi morſi vlcus ſanaretur, tamen calumnia cicatricem manſuram*. quam ad rem aptiſſimè primi Chriſtianæ Religionis ſatores Apoſtoli toti inualuere, vt huiuſmodi detrahentium linguas habenis adductis refrænarent: quàm grauiter ſolidèque ſuam iſti mentem expreſſerint, videre facile eſt in Enciclicâ Epiſtolâ, quam ad Italiæ Principes Sanctus Anacletus ſummus Eccleſiæ Princeps inſcripſit: poſtquam enim verbis ſapientiſſimis offenſi Dei diſplicentiam, incommodsque hinc effluentia deſcripſerit, addidit, *Hæc & alia periculoſa conſiderantes Apoſtoli ſtatuerant, ne facilè commouerentur, aut lacerarentur, vel accuſarentur, columnæ Sanctæ Dei Eccleſiæ, quæ Apoſtoli & ſucceſſores eorum non immeritò dicuntur*. Væſanam quis non arguat eius audaciam, qui Samſonem imitatus Eccleſiæ Columnas impetit, vt excutiat? perfidiam eius quis ferat, qui Apoſtolorum ſucceſſores proteruâ deſpicientiâ peſſundat? in eadem lege ſancienda conuenit Sanctus Stephanus Pontifex, in ſuâ ſecundâ Epiſtolâ Decretali Oecumenicis Concilijs immixtâ: hic autem Sanctiſſimus Magiſter obſeruat, quod cùm in more frequentiſſimè ſit, à viris improbis, arbitrio iniquiſſimo, probatæ integritatis viros obſcurari & affligi, ſi procliues eſſemus ad accuſationes in Antiſtites excipiendas, nullus profectò eſſet, qui tanto cum onere, honorem hunc ſacrum excipere dignaretur: *Scimus dilectiſſimi, quia ſemper Carnales ſpirituales perſequi ſolent, & maleuoli beneuolos infamare* C D

ep. 2. ad Ep. Ital. c. accuſ. 15. 9. hac. q. 7.

ep. p. 51. in 2. to. Conc.

Digitized by Google

famare & lacerare: ideò Apoſtoli & ſucceſſores eorum & reliqui Sancti Patres nolue-
A *runt fieri facilem Epiſcoporum accuſationem, quoniam ſi facilis eſſet, aut nullus, aut vix aliquis modus inueniretur:* Sic Sanctus Pontifex, qui etiam ad Antiſtitum venera-
tionem magis amplificandam hæc etiam ſuperaddit *Throni enim Dei vocantur, ideò non debent moueri, aut affligi, aut perturbari.* annon offenſæ Maieſtatis reus eſſet,
qui in Regium Thronum iniurioſâ actione ſæuiret? cur ergo in Cæleſtis Regis Thro-
nos, nos tanta loquendi licentiâ, tantaque temeritate ſimus iniurij?

Apoſtolos, ſuoſque Præceſſores imitatus Euariſtus ſanctitate inclytus Pontifex,
in Epiſtola quæ ſacris Cononibus inſeritur, vetuit, ne vlla in Epiſcopos accuſatio
exciperetur, nullaque fides ſparſis de eis narrationibus haberetur, niſi prius accu-
ratâ diſquiſitione peractâ innotuerit, quâ ratione, quâ causâ, accuſator acceſſe-
rit, ipſiuſque accuſatoris fama & opinio, & aliaque ſimiliâ libentur, quibus vel
eius eleuari fides poſſit, vel facti ſpecies immutari: *Si qui ſunt vituperatores aut ac-* ep. 2. ad Epiſc. Aegip.
cuſatores Epiſcoporum, vel reliquorum Sacerdotum, non oportet eos à iudicibus Ec- c. ſi quis 7.
B *cleſiæ audiri, antequam eorum diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio vel opinio, qua inten-* 2. q. 7.
tione, quâ fide, quâ temeritate, quâ vitâ, quâ conſcientia, quo merito: ſi pro Deo aut vanagloria, aut pro inimicitia, vel odio, vel cupiditate ita præſumpſerint, nec ne?

Si ergò Supremi Eccleſiæ Hyerophantæ, antequam de Epiſcoporum moribus ar-
bitrium ferant, tàm ſollicitè, tam cautè, tam prudenter, ſolerterque procedunt,
quiſnam adeò malè moratus, adeò effrons erit, vt qualiſcumque conditionis
viros excipere, eorumque narrationibus fidem adhibere præſumat, & leuibus
adeò rationibus innixus, Antiſtitum nomini per fora & triuia oblatrare con-
tendat?

Quià tamen hac in re luculentiùs præter morem verſatus alicui videbor, non
meam hic agere cauſam, ſibi ſuadeant, velim: quâ propter, vt legentium animis
hanc opinionem excutiam, quæ fidem meis eleuare ſermonibus poſſet, teſtem
inuoco Deum, meumque, quem impenſiſſimè diligo populum Eugubinum, cui
iam decem abhinc annis indignè præficior; illud enim non ſine rubore mihi licet
aſſerere, tanto ſcilicet annorum interuallo, non me ſubditarum gentium, quæ
C triginta millium numerum excedunt, querimonijs vnquam afflictum, ſed laudibus
potius affectum extitiſſe: quæ igitur hic affero & in poſterum afferam, ſcitu per-
neceſſaria cenſeo, tùm eò quòd plurimas Antiſtitum querelas frequenter audiue-
rim, tùm etiam, quià toto eo tempore, quo Romæ degens Præſulis ibi munus
exercui, illa in Aulâ, ad quam vniuerſus orbis confluit, tot ego excepi oblocu-
tiones, aſperrimaſque obtrectationes, quibus in Epiſcoporum mores & nomen
effrænatiſſimi populi ogganniebant; quot etiam fuere contumeliæ & offenſiones,
quas pro mei debito muneris extinguere ſtudui, dùm Neapolitano in Regno A-
poſtolicus Legatus verſarer? illud quidem pro comperto mihi eſt, hac vnâ de ra-
tione ab Epiſcopali me ſolio reuocandum, ni Deus, vt forſan meorum criminum
pœnas exigeret, arcano ſuæ ſapientiæ ductu, me ad illud inſidendum potentior
aduocaſſet.

Illud autem in huius calce capitis prætermittere nefas videtur, quod plurium
D animarum ſaluti percommodum eſt; nullâ ſcilicet me ſatis vnquam deteſtatione
eorum impietatem inceſſere, qui non tantùm extinctorum Antiſtitum nomen mor-
dere acerbiſſimis vocibus audent, ſtyloque ſatyrico cineres lacerant, ſed ipſoſmet
Supremos Eccleſiæ Principes, Dei Vicarios aculeatis ſcriptionibus, famoſis libel-
lis, ſparſiſque publicè conuicijs dehonorant & obſcurant; quà in re, vt Ortho-
doxæ Eccleſiæ principatum euertant, arma Hæreticis ſubminiſtrant, præſtantque
illis de noſtra Religione triumphandi materiem: quod adeò iniquum eſt, vt ipſi-
met Idolorum cultores tanquam barbarum & efferatum quid fuerint auerſati: quid-
nam aliud, proh Deus, hoc eſt, quam ſæuire in cadauera, & inter cinerum ſola-
tia quieſcentes illorum vmbras excutere, qui noſtrûm Parentes, Paſtores, Præſu-
les, Deo deſignante, fuere? Barbarum dixi? leue eſt! efferatum & monſtruo-
ſum quid dicendum eſt; ſi namque eos, qui viuentium mores mordent, Leonibus
& Vrſis meritò comparauit Theocritus cùm diceret, hoc in Vrbibus eſſe vſurarios
& detractores, quod per nemorum & montium obſcura Vrſi ſunt & Leones: cum

re

re alios, alias famâ expolient, an'non illud addere nobis liceat, eos, qui mortuorum nomen, famamque dilacerent, Hyenis eſſe perſimiles, quæ humanas carnes ingluuie adeò efferatâ veſcuntur, vt ſepulcra eruentes, cadauera pro dapibus habeant, & marcida putidaque viſcera pro delicijs. A

De ſupplicijs, quæ in Epiſcoporum Detractores inferuntur. Cap. XIV.

p. 2. q. 102. art. 2. ibid. AD debitam venerationem Præſulibus & Epiſcopis exhibendam, legum vi ſubditos & alios, morali debito adſtringi, validiſſimo rationum pondere ſtatuit Angelicus Magiſter, quem ſectatus de more Caietanus etiam ſuperaddidit, Diuinam violari legem, legumque humanarum pœnas ab eo perſoluendas, qui ſuo Præſuli iniuriosus debitum ei cultum exhibere recuſat; illud pariter Caietanus admonet, quod licet debitâ obſeruantiâ extraneos Epiſcopos fraudare non pertinet ad forum humanum, rarò tamen accidit, vt grauis in Diuino reatus non ſubeatur, eo quòd iam ſtatutæ, certæque conſuetudini repugnetur. quid igitur de ijs dicendum, qui non debitâ tantum eos veneratione deſpoliant, ſed contumelioſis etiam verbis illos feriunt, & linguis acutis veluti mucronibus eorum nomen inuadunt? B

Si deſpicientia, quâ Præſulis nomen dehonoratur, teli inſtar eſt, quo ipſamet Chriſti perſona petitur, & prout videmus, tenerrima ſui pars, oculi ſcilicet pupilla cruentatur, quonam flagitio ſe obſtringet & quæ ſupplicia poſtulat, qui ſui Antiſtitis famam ſacrilego ore peſſundet & pretioſiſſimam gemmam, quæ Eccleſiæ coronam illuſtrat, perdat, denigretque?

Primaria horum pœna illa eſt, cuius quilibet ſibi faber eſt, propriæ ſcilicet conſcientiæ dolor & vulnus; quid enim? adhuc Seneca Magiſtro docemur, *Prima illa & maxima peccantium eſt pœna, peccaſſe*. C

Altera verò nec minor pœna illa itidem eſt, quâ concordi hominum ſuffragio oblocutores huiuſmodi afficiuntur, vt nempè tanquam improbi & humanæ ſocietatis
Prou. 24. 3. corruptores nequiſſimi ſint fugiendi, *abominatio hominum detractor*; meritò exoſi omnibus habeantur, neglectique iaceant, qui negligere alios audent, odioque alieno committere: meritò ſerpentum inſtar, quos naturali quadam vi, arcanoque inſtinctu homines auerſantur, eos deteſtemur, qui Cleopatræ anguibus perſimiles, vnicâ morſiunculâ totum probi nominis corpus impurant: *Si mordeat ſerpens,*
Eccleſ. 10. *in ſilentio nihil eo minus habet, qui occultè detrahit*.

Tertia, cui ſubijciuntur pœna, Cæſareis legibus, illis infertur; detractores namque, mendacesque narratores ſtatuit Auguſtus, flammis adhuc viuentes dandos, capite mulctandos Marcus Antoninus Pius, in exilium amandandos, & publicâ verberatione puniendos Veſpaſianus & Mauritius.

Sed grauiſſima præ cæteris illa eſt, quâ in eos Vicaria Dei Sedes intonuit; infamiâ namque teterrimâ notantur, dignique adiudicantur, quos Eccleſia veluti theſauri ſacri latrones expellat, & putrida peſtilentiaque membra è corpore ſuo diſcerpat, dùm eò audaciæ feruntur, vt eos, quos ad ipſorum ſalutem in partem ſui muneris Deus deſignauit, irreuerenter excipiunt, & oblocutorijs ſermonibus conſcindunt: apud Sanctum Pontificem Anacletum grauiſſimis verbis hæc exprimun- D
ep. 3. c. deteriores 5. 16. q. 1. Gloſſ. & Turrecr. ibid. tur. *Deteriores ſunt, qui Doctorum (id eſt Epiſcoporum, vt Gloſſa explicat) vitam moreſque corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt: ipſi enim ea quæ extrà nos, licet noſtra ſint, auferunt, noſtri autem detractores & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduersùs nos armantur, propriè nos ipſos diripiunt.* Quàm igitur iniquum & deteſtandum crimen eſt! alienos enim mores dente inuido carpere, furari honorem eſt, & gloriam ex illis enaſcentem per malas artes obruere.

Quid etiam dixerim, ipſoſmet Poetas infamiæ notam huic vitio inuſſiſſe, dum Momum tot Deorum nomina mordentem, è ſordidâ ſomni & noctis origine exortum

rum fabulantur, ac ſi turpiſſimæ notæ viros illos eſſe ſignificent, qui Præſules ac A Principes, hoc eſt terreſtres Deos, per ſummum dedecus detractorijs verbis inceſſunt; nullam ijs adhibendam eſſe fidem, pijſſimus vir Thomas à Khempis ſic alloquens admonet; *non eſt credendum ei, nec conſentiendum qui ſuperiori ſuo detrahit & ad ei reſiſtendum rationes quærit.* [in diſcipl. regul. c. 5.]

Vt hoc oſtendatur, Mariam contemplemur, illuſtrem cæteroquin pietate fœminam, & vaticinij munere nobilem: hæc enim, vt in Moyſem germanum ſimul & Ducem, eò quod AEthyopiſſæ coniugio ſe iunxiſſet, acerbâ detractione inſurrexit, verbera ſuſtulit Dei aſperrimè illam punientis: elephantiaſi turpiſſimè illam obduxit, longèque à reliquo populo, Deo mandante ſegregata, aliorum conſortia neſciebat: quàm benè in lepræ ſordibus oblocutionis vitium deſignatur? vtraque ſordet, vtraque inficit, illa ab hominum ſocietate ſeiungit, hæc à fidelium cætu ſecludit. [Num. 12. 10.]

Aptiſſimè ad mentem noſtram facinus hoc Diuus Ioannes Cryſoſtomus expendens [Ad Rom. c. 26. hom. in verb. ſal. Praſ. & Aquil.] B admonuit, Mariam eam fuiſſe, cuius operâ effectum eſt, vt Moyſes in ciſtula Nili furentibus vndis obiectus, filiæque Pharaonis traditus, mandante fœminâ Principe, pro nutrice non eam habuerit, cuius lac ſuperſtitionibus imbutum, virulentum maximè lac propinaſſet Infanti, ſed ipſamet è ſorore, vel parens vel nutrix, candido eum liquore lactauerit: Ingens profectò beneficium! quàm etiam Maria ſoror germano Moyſi vtilis, cùm Hebræarum mulierum ductrix, fratrem Aegyptiacâ captiuitate Iudæos eruentem, adiuuit! hæc tamen omnia nil Mariæ profuerunt: vt enim *maledixit* hoc eſt maledicè in Moyſem fuit obloquuta, *nihil ei profuerunt hæc omnia ad effugiendam iram Dei*: ſed quod magis huius erroris grauitatem amplificat, illud eſt, quòd idem Moyſes, cuius precibus propitiatus Deus Iudæorum acies ſuperſtitionibus ei rebellantes, ſuæ reconciliauerat amicitiæ, ſorori ſuæ Deum reconciliare non valuit. Obijciet aliquis, meritò in Mariam tam aſperè Deum indignatum; Moyſem enim, Deus immortalis, quantum virum! offenderat; an non etiam reſpondet Chryſoſtomus, ſoror erat Maria clariſſimi nominis fœmina? ad hæc Sanctus Ephræm Syrus adijcit, tam illuſtrem fœminam, C licet Moyſi cum veritate detraxerit, tam turpi ſupplicio afflictam, quià detractio non è ſinu veritatis emergit, ſed ex animo potiùs incompoſito, & æſtuante, ex quo fit, vt ipſa veritas, detractoris in ore mendacium habeatur, ipſamet æquitas iniqua ſit, zelus ipſe in inuidentiam migret, omnis denique virtus turpiter deſciſcat in vitium: Ipſemet audiatur Sanctus Magiſter, ſic docens, *& cum id quod erat, Maria diceret, veritas tamen reprobata, quod maledico animo loqueretur; ita quoque ſi quis alicui iure maledicat, ipſius iuſtitia eſt iniuſtitia reſerta.* [tr. de morb. lingu.] quàm benè his eorum ora obſtruentur, qui zelum venditantes & pietatem obtendentes, in Præſulum mores inquirere præſumunt audaciſſimi?

Nec aliâ de cauſâ Moyſis preces irritas fuiſſe docet Sanctus Baſilius, niſi quià oblocutionis iniuriâ, non Moyſis perſona, ſed ipſemet Deus læderetur, cuius ille vices gerebat in terris; quod imitatus exemplum Sanctus Antiſtes arctè præcepit, [cap. 34. in regul. monaſt.] vt, qui Religioſo ſuo Præſuli detraxiſſet, non alloquio tantùm, ſed ipſomet victu veſtituque à cæteris pro aliqua menſurâ temporis ſegregetur, *& tanquam omninò* D *præciſum lepra & peſte infectum fugi.*

Alia hinc validiſſima ratio eruitur, quâ huius vitij nequitia, & deformitas maximè innoteſcit; cum enim Antiſtes, vt ſuperiùs probatum eſt, Diuinitatis vices ſubeat in terris, eiuſque arbitrij interpres exiſtat, contumelijs, quæ in ipſos effunduntur, ipſe Deus vulneretur, neceſſe eſt: ideoque Sanctus Pontianus in decretali quàdam Epiſtolâ, Oecumenicis Concilijs immixta, Zachariæ vatis voces [1. 8. inter Conc. General. volum.] illas vſurpans *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, eaſque ad Epiſcopos referens, Apoſtolorum ſucceſſores, ſic eleganter illas interpretatur: *Qui vos contriſtabit, me contriſtabit, & qui vobis facit iniuriam, recipiet, hi enim non ſunt infeſtandi, in eis quoque Dominus honoratur, cuius legatione funguntur.* de qua re fuſiùs alibi diſſerimus.

Cui autem pro comperto non eſt, Principibus eam eſſe legem, vt ad vlciſcendas Legatis ſuis illatas iniurias, ardentiori æſtu ferantur, quàm ad eas, quibus ipſimet

mer

met afficiuntur? hac de cauſâ lacteus cæteroquin & leniſſimus vir Dauid, è con- A
uicijs, quibus Oratores ſuos Ammonitæ exceperunt, eorum ditionem extremâ in-
ternecione deleuit; an non Troianus Rex Laomedon, eò quod in Argonautarum
Legatos ius gentium violaſſet, vt è Siculo Diodoro habetur, aggreſſus ab his pri-
mò, inde cruento prælio profligatus, poſteà demùm Herculeâ manu fuit interfe-
ctus? quid? vnâ tantùm reſponſione, quâ effræni licentiâ Romanorum Oratorum
dicta fuerunt excepta, Bellum Dalmaticum Duce Scipione Naſicâ indictum fuiſſe,
author eſt Zonaras, nec aliâ de cauſâ, eodem referente, in Alexandrum Cæſarem
Bulgarorum Rex bello detonuit, niſi quia eius Legatis, non eâ quâ par erat ho-
norificentia habitis, proteruâ quadam inſolentique iactantia illis reſponderat.

Hinc igitur eorum nequitiam metiaris oportet, qui Hyerarchas Cæleſtis Princi-
pis perſonam ſubeuntes, vel re, vel voce contemnunt: quin imò, licet vt terre-
ſtrium Principum Legati patui fierent, immane adhuc piaculum eſſet, ſi dignitas
ſacra ſpectetur.

Quam ad rem, cùm Conſtantius Cæſar, vt Nicephorus Callixtus refert, Eu- B
phratam ac Vincentium Epiſcopos ad Stephanum Antyochenum Patriarcham
miſiſſet, vt Sancto Athanaſio, quem nequiſſimi Arriani è ſacrâ ſede deturbaue-
rant, præſto eſſet, eò quòd hic, non illos tantùm pro more honorauerit, ſed
inſidijs illos circumuenerit, è ſacræ dignitatis culmine fuit, Cæſare mandante
deiectus.

Non hic mihi licet euagari, vt inquiram, an ſua authoritate, an verò ipſum de-
legante Pontifice, tanquam eius Miniſter hoc ipſe præſtiterit; illud certus aſſero,
iure etiam meritò Stephanum dignitate Sacerdotij ſpoliandum, cuius ſanctitatem
in collegis ſuis ipſe contempſerat; ſi autem ex deſpicientiâ, quâ duos Epiſcopos
vt Principis ſæcularis Legatos habuit, meritò illi hæc pœna fuit irrogata, quonam
ſupplicio afficiendi erunt illi, qui vt Chriſti Legatos eos dehonorant?

Opportunè hic etiam adſcribendum videtur, quod Maſſilienſis Antiſtes Saluia-
nus vir Sanctiſſimus enarrat: exardeſcente enim Chriſtianos inter & Gothos bello
ſæuiſſimo, ex metu, quo barbara illa gens fuit afflata, ad Chriſtianas acies domi- C
tarum Vrbium Hierarchas miſerunt, vt eorum arbitrio mutua pax componeretur, &
publica tranquillitas refloreſceret: ſed è proſpero rerum bellicarum euentu noſtri ſu-
perbientes, obſurduere vocibus, quibus eos excitauere miſſi Antiſtites, nullàque
eorum ratione habitâ, Gothorum excidium anhælabant: cùm igitur infeſto Marte
dimicaretur, Deo permittente, victoria pœnes Gothos fuit, luctuosâ cum cæde
fidelium. detur iam Saluiano narranti locus. *Cum pax ab illis poſtularetur, à nobis*
li. 7. de Gubern. Dei. *negaretur, illi Epiſcopos mitterent, nos repelleremus, illi etiam in alienis Sacerdo-
tis Deum honorarent, nos etiam in noſtris contemneremus, prout actus vtriuſque par-
tis, ita & rerum terminus fuit; illis data eſt in ſummo timore palma, nobis in ſum-
ma elatione confuſio.* Si ergò tam acerbè Deus illis iraſcitur, qui Epiſcopos negli-
gunt barbaræ efferatæque gentis Oratores, annon magis exardeſcet in eos, qui ſuæ
referentes Diuinitatis perſonam, inhonora actione deſpiciunt? D

§. I.

AD huius vitij nequitiam magis agnoſcendam, tertiam viam nobis reſerat
Teleſphorus Pontifex, Epiſcopos intuens tanquam ſui populi parentes aman-
tiſſimos: quâ propter infamiæ notam in eos ipſe etiam inurit, qui eos verborum
ep. vnic. c. 3 c Sacerd. 8. 3. qu. 1. procacitate laceſſunt: *Omnes qui aduersùs Paſtores armantur, infames eſſe cenſemus:
patres enim omnes venerandi ſunt, non reſpuendi aut inſidiandi.* Iure parentis
nomen & munus eis adſcribitur: ait Turrecremata, dùm è Baptiſmatis, & Euan-
ibid. gelicæ fidei ſinu illos educunt, doctrinæ vbere paſcunt, virtutumque cibis
enutriunt.

Cuius rei ſpecimen è ſacro Codice in miſerrimo Cham nobis exhibetur, quem
vt è Sanctis Gregorio & Ambroſio ſuperiùs vidimus, diris imprecationibus exe-
cratus eſt Pater, eò quod ſui nuditatem, quam ſuis fratribus tenebatur abſcon-
dere

A dere, aperuit ad ludibrium; aptiſſimè hoc ad illos refert Diuus Clemens Pontifex, qui maledicis ſuos Præſules oblocutionibus inſectantur, caſque labes, quas congruè liceret obſcurare, colloquijs temerè effuſis, veluti per iocum manifeſtent: eò certè grauior in illos inferenda pœna eſt, quò magis corpori ſpiritus antecellit: *Qualis condemnatio eis immineat, qui in Patres peccant, Scriptura Diuina teſtante, oſtendit: ſi enim Cain, qui non operuit pudenda Patris maledictus eſt, multò ampliori condemnatione digni ſunt, qui Patribus Legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt.* Hæc aliaque Diuus Clemens. ep.2. de Iacob. c. qualis 9 q.7.

Nec ab eadem ſententiâ diſſonat Sanctus Pontifex Anacletus, ſic alloquens: *Sententia Cham filij Noè damnentur; qui ſuorum Doctorum vel Præpoſitorum culpam produnt, ceù Cam, qui Patris pudenda non operuit, ſed magis deridenda monſtrauit*: quæ omnia Pontifex alter in Encicliсâ Epiſtolâ, ratione allata confirmat, *quia facta Paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quanquam rectè reprehendenda videantur.* Euſeb. Pap. ad Epiſc. Alex ep. 2. c. oues 13. 8. q 17.

B Si autem duobus tantùm germanis patris nuditate detectâ, tot pœnas pertulit Cham, nobilitatis auitæ decus amiſit, paternæ hæreditatis bona deperdidit, ſuâque ſimul cum poſteritate fraternæ ſeruituti fuit addictus, quæ ſuppliciorum illuuies in eos affluet, qui vitioſas labes, hoc eſt animæ nuditatem, non duobus tantùm, ſed plurimis, inſonante veluti tubâ, pro concione reuelant, & quod deterius eſt, amplificationibus illa colorant, & quædam etiam veris mendaciſſima intermiſcent?

Mala hæc, quorum imprecatio indicitur Chamo, & bona, quæ fratribus eius optantur, conſecrantis ore ſolemniter in Eccleſia prædicantur, in ſacra Epiſcoporum inauguratione formidandis illis vocibus, *Qui maledixerit, ſit ille maledictus, & qui benedixerit ei, benedictionibus repleatur*: quâ in re, Dei amorem, Diuinumque Patrocinium ergà Epiſcopos aduertere licet; iiſdem enim verbis Magnus olim parens Iſaac ſuo filio Iacob, vt res fauſtè, feliciterque illi euenirent, benè precatus eſt. In Pontifical. Geneſ. 37.

Ex imagine ad Idæam, ex vmbrâ ad lucem Diuus Ioannes Chryſoſtomus progreditur; lex etenim, quam æternâ ſapientiâ conditam Magiſter Chriſtus populis vniuerſis aperuit, capitalis ſupplicij reum enunciat, qui parentum nomen obtrectat *Qui maledixerit patri ſuo, vel matri, morte moriatur*: ex quo argumentum à maiori, vt ferunt Philoſophi, educens ait, *ſi maledicentes patri vel matri, morte moriuntur iuxta legem, quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes, et qui parentibus illis magis neceſſarius eſt, & melior?* ſed illa altiſſimè animo imprimenda poſteà ſubdit, *An non times, ne aperiat ſe terra, & totum te abſorbeat, vel fulmen supernè adigatur, & maledicam linguam comburat?* Leuit. 20. 9 D. Criſoſt. in c. 16. ad Rom. hom. Salu. Priſcill & Aquil.

C Iure autem meritò in illorum væcordiam proteruiamque inſurgit, qui non filios ſed hoſtes cum Epiſcopis, hoc eſt ſacris Parentibus, ſe gerentes, maximâ cum totius Eccleſiæ pernicie, vipereos in illos ſermones intorquent: *vltrà hìc quærimus, vnde hæc ignauia, & vnde hic contemptus pietatis euenit, quod ſic hoſtiliter ergà patres noſtros ſimus affecti? Nihil eſt, quod Eccleſiam Dei ita deſtruere, & diſſoluere poteſt, vt quando diſcipuli Magiſtri, & Patribus filij, & Principibus ſubditi,* D *non magno ſtudio coherent.* his Cryſoſtomus: ſimultatibus hiſce ſingulari arte pacis euerſor Satanas ſtudet, vt Religionem euellat, Diuinamque fidem, ſi valeret, extinguat. vbi ſup.

Quæcumque igitur ſint ſupplicia, quibus in Epiſcoporum oblocutores leges humanæ æquiſſimo iure ſeuiunt, leuiſſima videntur, ſi comparentur ijs, quæ in eoſdem minatur, & vibrat indignatus Deus: quale enim quantumque ſupplicium eſt, ſi deſeraris à Deo, & æternis pœnis abſorptus crucieris? hæc autem omnia apprimè illis deſignantur, qui inueterato animi æſtu in flagitioſum adeò crimen relabuntur; & purpurei Vatis ore hoc ille ſignificauit, cùm diceret, *Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa*: de oblocutoribus hic haberi ſermonem, ſacri docent Interpretes; quid igitur ex hoc conſequetur! *propterea deſtruet te Deus in finem*, hoc eſt, explicante Purpurato Magiſtro Hugone, *finaliter te deſeret, vt in gratiâ vitam non termines, nec a peccatis reſurgas.* pſ. 55. 6. Ibid.

L Proh

Proh Deus! quàm horrendum, quàm miſerandum eſt deſeri à Deo? quid à Buſyridis, Mezentij, Ezelini ferocia excogitari vnquam poſſit acerbius? profectò A
ſer.19 ar.2. c.2. ita eſt, ait Diuus Bernardinus Senenſis, *Deſtruet te in finem, ideſt irreuocabiliter, in quo denotatur deſtructio æternalis, quæ ſine fine erit.*

Iiſdem etiam intempeſtam & iniquiſſimam mortem minatur Salomon, iuxtà
Prou.24 22. Vulgatæ ſcribendi formulam, *cùm detractoribus ne commiſcearis, quoniam repentè conſurget eorum perditio, & ruinam vtriuſque quis nouit?*

li. Ap.c.37. num.3. Experimento hæc omnia comprobauit miſerrimus è Sacerdotibus quidam apud Cantipratenſem: cùm enim frequentiſſima conſuetudine, detrahendi libidini indulſiſſet, imminente demùm mortis articulo, lacrymarum loco, quibus anteacta ſuæ vitæ crimina expiaret, caninâ rabie exarſit, nec ferociſſimè exæſtuans vnquam deſtitit, donec dentibus in linguam violenter adactis illam diſſecaret, diſſecatamque procul euomeret: digniſſima certè lingua, quæ ſuomet morſu diſſecaretur, quę aliorum famam per iocum diſſecare didicerat: hic ille eius cruciatus exordium paſ-
c.16. ſus fuit, quem æterno ſæculorum curſu apud Inferos detractores patientur, docente B
Apocalypſeos authore *commanducauerunt linguas ſuas præ dolore.*

Hic autem alloquentem audire Cyprianum licet: ſi tam acerba horrendaque
epiſt.18. ſupplicia in eos à Deo vindice euoluuntur, qui quorumcunque mediocris notę famam carpunt & lacerant, qualia, oro vos, inferentur in eos, qui maledicas & aculeatas linguas in Hyerarcharum & Præſulum mores infigunt, quos ipſe Deus adeò honorat, vt in ipſorum honore ſuummet honorem agnoſcat? *Quomodo poſſunt cenſuram Dei Vltoris euadere, qui talia ingerunt, non ſolum fratribus, ſed & Sacerdotibus, quibus honor tantus Dei dignatione conceditur, vt in ipſis contemptus videatur?* Sic Magiſter eloquentiſſimus.

Quot autem de hoc exempla tùm è ſacra, tùm è profana litteraturâ congerere nobis fas eſſet è ex his colligere aliqua mihi mens eſt; antequam tamen his finem
in c.16. ep. ad Rom. in ho. in verb. Salut. Priſcill. & A. imponam, virum SanctiſſimumChryſoſtomum imitatus, eos ſupplex obteſtor, quos tanta libido inceſſit carpendi Præſulum mores: hi namque barbaro huic genio indulgentes, dum illos peracerbis verbis lædere arbitrantur, & verbere ſermonum C
diſcerpere, ſe ipſos vulnerant, & diſcerpunt, eo planè modo, quo Phariſæus Publicano cogitatione tantùm detrahens, ſe ipſum lacerabat, licet vera & publica crimina obtrectaret *Propter hæc vtique & ſupplico, & deprecor, & exhortor, vt ab hac mala conſuetudine deſiſtatis; nihil enim nocebimus Sacerdotibus, quibus maledicimus, ſiue merita, ſiue vera ſint quæ de eis dicimus: quoniam & Phariſæus Publicano nihil nocuit, ſed & profuit, licet vera de eo diceret; cæterùm nobis ipſis mala accerſimus ſicut & Phariſæus in ſe ipſum gladium intruſit; & accepta plaga abijt.*

Quàm promptè ad eorum acerba ſupplicia feratur Deus, qui vel re, vel verbo Epiſcopos dehonorant, exemplis allatis oſtenditur. D

Cap. XV.

EA erat morum integritas, viuendi innocentia, ſanctiſſimus animarum ardor, quo vir admirandus Mediolanenſis Eccleſiæ Antiſtes Ambroſius, Italiæ clatiſſimum ſydus, omnium voces, omnium calamos ad ſuas laudes, ad ſuas encomia ſuauiter attrahebat, vt vbique terrarum Ambroſii fama reſonaret: at imbecilles oculos lux lædit, peruerſiſque ingenijs facilè eſt, ipſo etiam in ſole fœdas maculas inuenire: Presbyter erat, qui ſanguine Afer, Chriſtianis ſacris Mediolani fuerat initiatus: hic igitur conuiuio cum alijs aſſidens, laudes tam ingentes, quibus extincti nomen Ambroſii concordi ſuffragio commendabatur, mordaci deſpicientiâ eleuabat: tam inſulſi humunculi verba non ſine nauſeâ conuiuæ excipiebant; Deuſque

Digitized by Google

A que ipſe mordacitatem retundendam expeditus, ad meritas illi pęnas infligendas protinùs aduolauit: toto enim corpore impalleſcens, & intremens, linguâm turpiter excutiens, è menſâ tranſlatus ad lectum, è lecto aſportatus ad pheretrum ſuę temeritatis pœnas exoluit. Hæc habes à ſancto Paulino, qui etiam addit, eâdem de causâ Presbyterum alium intempeſto obitu periiſſe. D. Paulin. in Ambr.

Non admodùm huic diſſonat aliud, quod à ſancto Turonenſi Gregorio, & ex eo à Surio mutuatum affertur: Indignatus acerrimè fuerat in Sanctum Nicetium Lugdunenſem Antiſtitem Sacerdos quidam, eò quòd nihil illi moriens teſtamento reliquerit, adeòque contumelioſè illius nomen agebat, vt diceret impudentiſſimus, ſtolidum eum & bardum meritò, dùm viueret, audiſſe, cùm ſimili vitio vſque ad mortem laborauerit: ſequenti nocte ſe dedit ei ſpectandum Sanctiſſimus Præſul, duobus alijs Sanctis Epiſcopis medius, hoſque alloquens ait, *acerbè me Preſbyter iſte dehonorat, eò quòd è meis rebus nihil eius Eccleſiæ reliquerim, non illud animaduertens, nihil illi pretioſius & munificentius à me donari potuiſſe, quàm mei corporis licet ſaueſcentis exuuias*: ad hæc, Epiſcopis illis eius procacia verba coarguentibus, repetitas illi alapas impegit Sanctus Nicetius, illud etiam mandans, in eius vit.

B vt in poſterùm contumelijs illis iaciendis ſapientior abſtineret; quàpropter expergefactus infęlix ille, fædam adeò tumidamque multiplici verbere faciem ſibi ſenſit ineſſe, vt quadraginta dierum interuallo ingenti cruciatus dolore decùmberet: eiuſdem poſteâ Sancti Nicetij ope, quem ſupplex & lacrymis vberrimis implorauerat, priſtinæ ſuis valetudini reſtitutus.

Quàm profectò miſeranda eſt humana conditio! quis enim credat Lithurgos & ſanctos viros Epiſcopis à Deo traditos, vt illis inſeruiant velut adminiſtri, eorumque nomen vel inter cædes & vulnera inuicti tueantur, frequentiſſimè in eis obtrectandis alios præire, nec ad eos laudandos, ſed ad damnandos eſſe gentium Anteſignanos.

Alium etiam è Lithurgis dare placet, ſanguine quidem illuſtrem, opibuſque magnis inſtructum, ſed vitijs obſcurum & meritis deſtitutum; hic, teſte Diuo Gregorio Turonenſi, ſui Epiſcopi ardorem, quo ad tuendum Diuinum honorem conflagrabat, ægerrimè ferens, carpere illum dicteriis cæpit & ſcommatis inſectari: Greg. Tur. de geſtis Franc. l. 2. c. 23.

C hunc eâdem pęnâ vindex Deus, quâ olim hæreſum Magiſtrum Arrium, afflixit: aluum enim exonerans, viſcera omnia effudit, ſimulque cùm viſceribus ſordentem animam, quæ, per os illud tot contumelijs in Epiſcopum effuſis ſordidatum, egredi formidauit.

Quis hic adeò cæcutiat, vt inter hæc ſupplicia apertè non agnoſcat, quod olim Sanctus Cyprianus ait, cùm de Chore, Datan, & Abiron ſermonem haberet, qui Moyſen mordacibus obtrectationibus oppugnarunt, *vt probaretur, Sacerdotes Dei ab eo qui Sacerdotes facit, vindicari*? epiſt. 55.

Verum diuerſum ſatis exitum ſortitus fuit Eccleſiæ Salaminenſis Diaconus Carinus, ipſamet illuſtri luce natalium, diuitiarumque opulentiâ obſcuriſſimus: Immani hic ambitione præferuidus, ſic habes ex Metaphraſte, Epiſcopalem ſedem affectans in ſanctum virum Epiphanium Antiſtitem contumelias plures effutire cæpit, eò quod infulas quas ardentiſſimè deperibat, induere nullatenus poſſet,

D eo ſuperſtite: ſapientiſſimè hæc omnia diſſimulabat Epiphanius, ſuæ candorem innocentiæ Diuinæ ſapientiæ commendans: cùm autem eum aliquando ſimul cùm alijs ſacris viris aduocaſſet, vt ſacri doctrinam Codicis explicaret, non inde procul crocitans coruus auditus omnibus eſt: ad hæc Carinus, cui faſtidium ſacra illa colloquia pariebant, dicentem interpellans ait, cui nam innoteſcat, quid iam Coruus ille ſignificet? profectò conuerſus ad Epiſcopum, ſeriò an ioco incertum, addidit, ſi Corui illius mentem explicare mihi præ tuâ ſcientiâ valeres, Te vltrò meis quibuſcumque licet opulentis facultatibus ditatum facerem: hic Antiſtes, Coruus ille, ſi neſcis, hoc exprimit, tuæ nempè momentum mortis inſtare: ad hęc Carinus tanto afflatus metu fuit, vt ne hiſcere quidem præ animi horrore valens, famulorum humeris domum delatus, alterâ die miſerandum in modum interierit: quià autem præ mortis celeritate res ſuas componere non valuit, nec hæredes aduocare, qui bonis eius ſuccederent, diuitiæ omnes, quibus affluebat, in Eccleſiæ

commodum redundarunt, ſic Deo ſeriò adimplente, quæ per iocum & ludibrium
ille promiſerat. Heù miſerum! Satanæ, cui primùm linguâ inſeruijt, pœnarum A
ſocius, ad Erebi flammas nunquam rediturus inttauit; nam docente Cryſoſtomo,
no. pſ 10. *Qui detractioni ſtudet, Diabolo ſeruit.*

Cum ſemel in ſupplicatione per vrbem habitâ, vnà cum totâ Lithurgorum turbâ
Ex eius vita in Sur. Sanctus Arnulphus Metenſis Hierarcha procederet, plurimorum precibus excitatus, fœminam infernis ſpiritibus actam, Diuino fretus auxilio liberauit: non defuit tamen quidam nomine Hoddo, qui præcipitanter admodùm, imò ebrij de more tunc loquens, nefaria pluta de Sancto Antiſtite diſſeminauit: *Quemnam hunc eſſe creditis virum? fordet etiam, aliarum inſtar, eius domus: corrupti nominis fœminæ illam frequentant, eiuſque cubiculum ingrediuntur, & fortè etiam cubili aſſident:* tam fœda contumaciâ denigratam Antiſtitis famam illuſtrare ſtuduit Deus; conſequenti enim nocte, igne in domum eius cælitus immiſſo, in lectum, vbi Hoddo cum ſuo forſan amaſio decumbebat, adeò ferox flamma dæſeuijt, vt poſt acerrimos cru-
ciatus, vix illi vitæ ſeruandæ tempus ſupereſſet; quia tamen priſca in ſanctum vi- B
rum iudicia ne leuiter quidem aut valuit, aut voluit emendare, eiuſque innocentiam, prout tenebatur, omnibus aperire, cùm poſteà eodem, quo ſuum Antiſtitem arguebat vitio, fœdiſſimè laboraret, Iudicum damnatus arbitrio, ad omnium aſpectus, fuit capite diminutus.

Quoniam autem de calumniis illatis aliquid hic fortuitò delibauimus, ſilen-
Par. flor. tom. 2 lib. 1. eſſem. 61. tio præterire non licet, quod de Gregorio Agrigentino Epiſcopo, fuſiùs refert Metaphraſtes: de turpi cum fœmina infami conſortio, quam per ſummam iniuriam in eius cubiculum calumniatores adduxerant, expoſtulatus hic ad Summum Pontificem fuerat: Romam igitur accerſitus, & coram Summo Pontifice, omnibuſque Epiſcopis ad hanc rem coeuntibus accuſatione exceptâ, mendacibuſque teſtibus auditis, qui eum cum fœminâ iacentem in lecto oculatiſſimos inſpexiſſe aſſerebant, illud etiam addentes, quod ex tam enormi crimine, Dæmonum furijs fœmina cruciaretur, reſpondere ſanctiſſimi viri, non amplius illam à Dæmone
cruciandam, ſi veritatem aperuiſſet: ad illorum igitur aſpectum adducta fœmina, C
excuti cæpit immaniſſimâ agitatione à Dæmone, & ad Epiſcopi Gregorij pedes abiectâ, eius adeò pietatem commouit, vt poſt aliquas ad Deum Optimum preces, ei dixerit, In nomine Ieſu Chriſti ex illius fœminæ corpore egrediaris ò Dæmon, eamque incolumen deſeras, vt detegere omnibus poſtulationis in me habitæ veritatem valeat: expeditiſſimè ſtygium monſtrum paruit, manuque Epiſcopi, è ſolo vbi ſemiuiua iacebat, elata, eius innocentiam conſtantiſſimâ voce pronunciauit, illud vlterius addens, quod Salinus & Creſcentius, qui adſtabant, pecuniâ fidem eius corruperant, eamque ob cauſam duobus ab hinc annis Dæmonum ferociæ & poteſtati ſe traditam: demum ſupplicis in morem ad Epiſcopi pedes demiſſa, vberi lacrymarum effluentium fonte, de tanto flagitio veniam, quam ab pijſſimo Præſule flagitauit, obtinuit. Cum autem calumniæ immanitatem Patres illi pijſſimi accuratè perpenderent, vt alijs in poſterum criminibus ia-
nuam obſtruerent, iam inferre in reos ſupplicia decreuerant, cum Iudex æquiſſi- D
mus Deus, cuius eſt innocentes, & potiſſimùm Antiſtites tueri, eorumque violatam famam vlciſci, eorum arbitria in reis puniendis præiuit; nam perſtrepente inopinato turbine fœdiſſima nubes immiſſa eſt, quæ reos illos poſtulatores horrendis vmbris obduxit: ſed euaneſcente poſtmodum nube, Aethyopum inſtar nigerrimam illi vultu ſpeciem induerunt, & labris omninò areſcentibus, ne vni quidem verbo locum præſtare valebant: ad hæc ſpectacula, Diuinam æquitatem omnes qui aderant, magnificarunt, cùm Pontifex ad illos conuerſus; *Probè hîc miſerandi videtis, quàm veſtro parenti Satanæ non animo tantùm, ſed etiam vultu ſitis concolores; verùm maiora vos ſupplicia manent, quoniam vos, veſtrique ſimul poſteri, qui huiuſmodi nigredinem ferent ex vtero, Agrigentini Epiſcopi, eiuſque ſucceſſorum eritis captiui;* tùm Eudoxia, (hoc fœminæ nomen), quæ nigredinis in pœnam etiam acceſſerat, dolorem acerbiſſimum de criminibus ſuis hauriens, inter ſacras Virgines, Parthenone ſanctæ Cæciliæ honori dicato, connumerari exoptans, illìc ingreſſa, duos & viginti annos, quibus viuens ſuperfuit, voluntariis ſupplicijs ſuum ſcelus expiauit.

Huius

Digitized by Google

A Huius occaſione ſuplicij, quo Pontifex iniquos hoſce accuſatores afflixit, ad legem progredior à Iuriſconſulto Pomponio ſcriptam & Pandectis immixtam: hæc autem eſt, vt ſi quis Legatum, licet inimicum Principem referentem violauerit, Romanâ Ciuitate exuatur, eidemque Principi, cuius legatus male exceptus fuerit, tradatur; digniſſima autem, quæ nobis perpendatur ratio eſt, quæ ibi affertur; *Quia Sancti habentur Legati*: ſi ſancti habendi ſunt ſæcularium & barbarorum Principum Legati; quantò magis vt Sancti obſeruandi colendique ſunt, ipſius Chriſti Legati?

l. fin. ff. de legation.

Huic etiam conſonat, quod Sanctus Pontifex Stephanus Primus habet in Epiſtolâ, quæ prima omnium in ſacris Concilijs apponitur, & Canonibus ſacris adſcribitur; hic enim præcipitur, vt quicumque Clericus aut Sacerdos calumnijs & iniquis poſtulationibus Antiſtitis ſui famam eleuare contenderit, non infamiâ tantum notetur & Sacerdotio exuatur, vt ſuperiùs vidimus, ſed vlteriùs Epiſcopalis Curię ſeruituti addicatur; quod intelligendum eſt cum illis cautionibus, quas ibi Cardi-
B nalis Turrecremata deſcribit; *Clericus ergo, qui Epiſcopum ſuum accuſauerit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis effectus eſt, & à gradu recedere debet, & Curiæ tradi ſeruiturus.*

Steph. Pap. ep. 1. c. 8. c. Cleric. 8. 3. q. 4.

Cautionibus tamen hiſce non vtitur Deus, cui proba Antiſtitum fama cordi eſt, vt ex allatis & afferendis exemplis optimè patet.

Correptiones & monita Sancti Narciſſi Hieroſolymitani Hierarchæ non ęquè ferentes tres viri nequiſſimi, de turpiſſimo crimine cum poſtularunt; vt autem mendaci iuramento fidem facerent, primus in periurij pœnam ſibimet imprecatus eſt ignem, alter immanem morbum, alter cæcitatem: tam proteruam impudentemque calumniam abhominatus Narciſſus, Aulam Vrbemque deſeruit; ſed non longè abfuit, quin Deus illius innocentiæ ſtuduerit, ſupplicia illa, quæ ſibi fuere imprecati, deuoluens in poſtulatores mendaciſſimos: fulmine enim primus afflatus cùm totâ domo ſuâ interijt; decubuit æger ſecundus, morboque fœdiſſimo toto corpore exeſus occubuit: ad horum pœnas terrefactus tertius fraudem aperuit, tantaque pœnitentia cum ſubijt, vt ex vberi lacrymarum decurſu captus ocu-
C lis cœcutiret.

§. I.

QVID hic de illis nobis dicendum, qui calumnijs contumelias ſuperaddunt? teſtantur hoc abundè proterui duo præpotentesque Lithurgi (quos Sanctus Gregorius Turonenſis memorat,): ſiquidem Apollinarem ſuum Præſulem hi temerè inuadentes, Diuini furoris fulmina in ſe conciuerunt: alter enim ex his eâdem ipsâ die, quâ illum expellere ab Eccleſia moliebatur, aluum conceptis ſordibus expurgans, viſcera ſimul animamque fœdam emiſit; alius verò dum opiparę menſæ aſſidet, narrationem excipiens, quâ ſe pincerna ſomnians terrefactum fuiſſe narrabat propter illas inſectationes, quibus Antiſtis famam oppugnarunt, terrore immani correptus, calice, quem propinandum gerebat, manibus contremiſ-
D centibus excuſſo, miſerandum in modum ſemper cruciandus interijt.

Cui verò non innoteſcit, quod ad vindicandam ſanctiſſimi Antiſtitis Conſtantinopolitani Chryſoſtomi famam Deus æquiſſimus rerum Arbiter operatus eſt? Eudoxiâ Arcadij Cæſaris vxore impellente, Epiſcopali de ſede fuit vir ſpectatiſſimus deturbatus, & virorum perditiſſimorum ſententiâ in exilium amandatus: quid tum! è ſuggeſtu tanti Oratoris concionibus deſignato, flamma ingens emerſit, quæ veſpertino è tempore vſque ad appetentem diem furere & feruère non deſtitit; nec multò poſt, acerrimis iactata concuſſaque doloribus Eudoxia fato cecidit, cuius tumulus trigintaquinque annorum ſpatio intremiſcens, horrendâ ſuccuſſione collidebatur: ipſe poſteà Arcadius viridi adhuc ætate effloreſcens, vxori mortuæ adherens, naturæ conceſſit: Hinc ſapienter Cardinalis Baronius arguit, plenam periculi aleam eſſe, illos inſectari, de quibus olim legiſlator Chriſtus ait, *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.*

Socrat. l. 6. hiſt. c. 14.

Matth. 18. Marc. 9. Luc. 17.

Nec

Nec longè ab hoc fuere Principes alij: hos inter Athalaricus Gothorum Rex
ann. 508. (vt idem Purpuratus Author refert) quoad vſque meritâ honorificentiâ Epiſco- A
pos excepit, proſperrimam, fortunante Deo, vitam traduxit inter factionum flu-
ctuantium procellas, Regni poſſeſſioni fœliciſſimè velificans: ſed veterem pietatem
exuens, nimiaque credulitate calumnias excipiens, quibus ab inuidis Sanctus
Cæſarius Arelatenſis Antiſtes petebatur, dùm eum in exilium abigere non re-
formidat, rebus omnibus in tranſuerſum actis, vitam ſimul cum Regno deper-
didit.

Huius veſtigia preſſit Conſtantius ſupremus Honorij Cæſaris armorum Præfe-
ann. 414. ctus: hic enim fœlicitatis immemor, quâ Deus, eius ergà ſacros Præſules obſer-
uantiam remuneratus, Cæſarea arma proſequebatur, Inſoleſcens, bellicaque ar-
rogantiâ ferociens, contendit, vt Arelatenſis vrbs Nigro Antiſtite eiecto, Patro-
clum ſibi familiarem Epiſcopali ſede donaret; quâ propter Deus, qui æquâ ma-
nu ſortes hominum librat, ſuam ab eo patrocinij virtutem auertens, eò magis illi
in poſterùm alienus euaſit, quò fuerat in anteacta vitâ propitior. B

Hac etiam planè viâ Rex Angliæ Ricchardus inceſſit; hic enim in quendam ex
Goffred. ſui Regni Epiſcopis ſubiratus, tàm acriter inſectatus illum eſt, vt ſuum illi aſpe-
annal. ctum denegans, diſcedere ſuâ ab Eccleſiâ coëgerit: ſed paulò poſt obſidione ab
Angel. an. eo in arcem quandam poſita, dum loci genium dignoſceret, tormentis bellicis ad
1198. quatiendam arcem diſponendis idoneum, iaculo confoſſus occubuit, Deo ra-
tionem de Epiſcopi exilio redditurus: eodem autem momento temporis, Romæ,
quo Præſul exul aufugerat, ſacra ei facienti, iaculum cruentum in imâ altaris par-
te ſpectandum ſe dedit, cui ſchedula Inſcripta adhærens ſignificabat, eo lethaliter
confoſſum Principem perijſſe.

Verùm ſi Antiſtites in exilium abigere tam ingenti pretio ſtat, quanto ſtabit
ferro eos inuadere, eorumque ſanguine ſe fœdare? vt Balduini Flandriæ Comitis,
Regiſque Galliarum generi genio indulgeret Voltrannus Dux, Fulconem Rhe-
Baron. ann. menſem Archiepiſcopum illatâ cæde peremit, eò quod Monaſterij bona iniquè à C
900. Balduino detenta, patrocinante Rege, ſibi reſtituerit: non longè tamen proceſſit,
quò in immanem ſicarium, cæli, terræque furor ſe obarmauerit: nam Galliaru m
Epiſcopi diris illum deuouerunt, & horrendi carminis dicta lege à piorum ſocieta-
te illum amouerunt: Deus verò tam fœdo vlcere illius corpus obuoluit, vt pu-
treſcentibus ſenſim artubus nullus eſſet, qui præ fæculento putore poſſet illi pro-
ximus adhærere, adeòque cunctorum præſidio deſtitutus, miſerrimo exitu vitæ
curſum abſoluit.

Nec abſimili deceſſit fine ſicarius ille, cuius immanitate Proiectus Armeniorum
Sur. 25. Ianu. Antiſtes cruento fato decubuit; lento etenim dente vermes eſt paſſus tam ini-
quæ mortis vltores; ille verò Senator, qui tanti criminis conſors fuit, equo
delapſus, membrorum vſu deſtitutus, diuturno ſupplicio patrati flagitij pœ-
nas luit.

Verùm adeò ardenter Hyerarcharum honori Deus aduigilat, vt etiam in illos,
ex vita S. Martini qui debitâ illos honorificentiâ defraudant, iuſtâ ſuæ indignationis vltione deſæ- D
uiat: quâ propter cùm Valerianus Cæſar ad excipiendum eâ, quâ par erat hone-
ſtate, Diuum Maximum Epiſcopum, regali de ſolio nollet aſſurgere, turbo igneus
illicò exundans erupit ex illo, cuius violentiâ non aſſurgere tantum fuit ipſe coa-
ctus, ſed ei obuius recurrere, ipſi caput ſubdere, & ſupplicis in morem eius pedi-
bus aduolui: Quid tamen? poſtremis ſæculis non defuere minorum Principum
aliqui, tam væcordi tumidaque arrogantia inſoleſcentes, vt ne quidem tota Ae-
thnæ æſtuantis flamma ſuffecerit, quâ eorum ſuperbia ergà ſacros Præſules detu-
meſceret; profectò æternorum ignium metus non adeò fuit efficax, vt debitam ſa-
cris Infulis obſeruantiam ab illis extorqueret.

Baron. an. 947. Sed acerbiùs numinis ira detonuit in Anglum quendam, qui Antiſtitis Vironien-
bs Elſegi monita ludibrio habuit, eò quod nimiâ aſperitate aſperſa ei eſſe videren-
tur: nam die appetente mortuum in cubiculo reperere, nullâ aliâ tam deplorandi
infortunij ratione cognita, quàm illa deſpicientiâ, quâ ſalutares ſui Paſtoris
leges exceperat.

Digitized by Google

Nec ludibria, quibus vel extrà ſuam perſonam deridentur Antiſtites, impuni-
A ta Deus omittit: teſtatur id abundè, quod Polydorus refert de his, qui per io- lib. 13.
cum Diui Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi equo caudam præcidère: eos enim
ità puniuit Deus, vt tùm eos, tùm eorum poſteros, belluinum in morem, fecerit
omnes à tergo caudatos.

Cùm autem diuino ſpiritu afflatus ingentem calamitatem, quâ affligendæ Galliæ erant, Diuus Remigius Rhemorum Epiſcopus prænoſceret, adeòque ingentem frumenti vim ſuo in rure coaceruare ſtuduiſſet, vt illius opulentiâ laboranti populo poſſet opportunè ſuccurrere, non defuere ruſtici, qui eius pietati obloquentes auaritiæ potius & mercimoniæ id tribuère, adeòque hac de re exarſerunt, vt ignem in horreum immittere non formidauerint: ad ignis nuncium accurrit Sanctus Antiſtes: verùm cùm iam latè dominantes flammas inſpiceret, nullumque remedio locum dari, equo deſiliens, hæc voce leniſſimâ repetebat, *Dei erit illos arguere, qui pauperes hoc ſubſidio ſpoliarunt*. nec irrita hæc verba fuerunt; qui enim omnes
B tam fœdo incendio immitendo vacarunt, membrorum vſu capti fuerunt vna cum
poſteris ſuis; fœminis autem fœdum in morem præturgidum guttur excreuit, & qui
Sancto Remigio ſucceſſit Eccleſiæ Rhemenſi gubernandæ Hincmarus, qui hæc re- in vit. S. Re
fert, nonnullos ſe vidiſſe teſtatur, quos adhuc turpiſſima illati dedecoris nota mig.
ſignaret.

Illud hìc obiter aduertendum, nempè quàm longè aberrent à vero, qui Epiſcoporum, geſta, ſpecie tantum extimâ contemplantes, illa damnant irridentque, abſque eò quod eorum mentem perſcrutentur; quàm laudabiliter, quàm piè Sanctus hæc Remigius operabatur? obtrectatores tamen paſſus eſt Chriſti Seruatoris Io. 7. 24.
leges immemores *Nolite iudicare ſecundum faciem*.

§. II.

NE tamen aliquis iniqua ſententiâ ductus hæc omnia aliaque, quæ centuriare
poſſem exempla, infirmet deſtruatque, illud obijciens, hæc omnia in ſan-
C ctis viris accidiſſe: alia hic ſuperaddere operæ pretium duximus, quibus maximè Greg. Tur.
poſſit ſibi quiſque ſuadere, in his efficiendis, non perſonam tantum ſacram, ſed hiſtor. l. 4.
ſacram à Deo reſpici dignitatem: Palmarium causâ criminum quibus implicabatur c. 37.
Salonius & Sagittarius, alter Ebrodunenſis, alter Vapingenſis Antiſtes, Lugdunenſis Synodi authoritate, ſacris Infulis ſpoliati fuere, ſed ad Pontificium tribunal confugientes, tum falſis rationibus adductis, tum Principum patrocinio interpoſito, priſtinæ dignitati reſtituti fuere: hinc autem inſolentiores & deteriores effecti, maioribus in dies vitijs inquinabantur, eòque eorum væcordia acceſſit, vt in Longobardos acies educere infulati auderent, eorumque ſanguine ſacras manus impiare, & in ipſos ciues immani ferociâ graſſari: hæc probi, præſtanteſque viri ſpectantes ad Guntrannum Galliarum habenas tunc temporis moderantem acceſſere, vt aliquem tantæ iniquitati modum imponeret: ad hæc eliminanda flagitia ciuium precibus Rex excitatus, eos intrà Monaſterij clauſtra abigere decreuit: ſed dignitatis Epiſcopalis defenſor paratiſſimus Deus, licet tam fœdis moribus ſordeſcerent Præ-
D ſules, piàque adeò mente populorum ſaluti conſuleret Rex, graui Regis Primogenitum Delphinum morbo conſternauit, adeoque intelligens piiſſimus Rex, Diuinâ de manu morbum illum in filium immitti in ſuæ audaciæ pœnam, quâ Antiſtites illos maiori licet ſupplicio dignos iam indecorè tractauerat, ſuæ illos libertati reſtituit, eorumque precibus ſe commendans, Diuinam ſibi beneuolentiam, Del- l. 4 hiſtor.
phinoque optatam valetudinem impetrauit. habes hæc è Gregorio Turonenſi. cp. 37.

Vnius Dei eſt, eiuſque vices ſubeuntis in terris, Antiſtitum noxas arguere; in eorum namque perſonis ſacri muneris lumen effulget, quod ex ipſorum criminibus nequaquam obſcuratur: quamobrem, vt Sanctus Cyprianus admonet, tot calamitatibus inuoluta ſub Regum imperio Hebræa gens fuit, eò quòd Samuelem contemneret, non tam morum candore, quàm muneris ſanctitate venerandum: *iuſtum erat, vt pœnis grauioribus populum ſuperbum calcaret & puniret, vt contemptus Sacerdos, de ſuperbo populo vltione vindicaret*.

Quid

Quid ergò mirum, ſi tot actæ calamitatibus vrbes aliquæ ingemiſcant, alijque è Dynaſtis in peſſum iuerint, Deo illos vt vaſa teſtea confringente, adeò vt de illis expletum videamus, quod olim vaticinatus fuerat Ieremias; *filij Syon incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus in manu figuli?* A

1. Thren. 4. 2. Ad hoc vberiùs comprobandum ex Euagrio refert Cardinalis Baronius, quòd cùm mutua indignatione exardeſcerent Gregorius Antyochenus Hyerarcha, & Aſterius Orientis Præfectus, Antiocheni rerum ſuarum commodo ducti, Præfecti temeritatem palpantes, de varijs, grauibuſque criminibus Antiſtitem Gregorium expoſtularunt coram Conſtantinopolitano Concilio: hic libratis æqua lance partis vtriuſque rationum momentis, liber Antiſtes Euaſit: ſed longè diſpari modo apud Dei tribunal poſtulatorum cauſa proceſſit: cum enim quatuor ab inde menſibus, Aſterius ſeditionis fomes, turbarumque conciliator, clari generis virginem in vxorem ducens, nuptijs ineundis inter vrbis geſtientis tripudia aſſideret, validiſſimo terræ motu concuſſa vrbs, inter ædificiorum ruentium moles, miſerè fatiſcens ſexaginta ciuium millia tumulauit: ex his Aſterius fuit, qui lacrymandam paſſus cataſtrophen, è nuptijs ad mortem, è menſâ ad tumulum, è lætitijs ad luctus, è voluptatibus ad cruciatus nunquam interituros abſceſſit: ex aduerſo inter tàm latè graſſantes ruinas, incolumes perſtitere Epiſcopus, eiuſque aſſeclæ, conſtitque ferè eius ædibus motus ſuccuſſione iactatis, vnus ipſe cum ſuis integer ſtetit, & illæſus euaſit: quis hæc caſui, vel inani fortunæ tribuat, an potius in eis ſapientiſſimo conſilio Diuinam Prouidentiam veneretur? B

Euagr. l. 8. c. 8. & 9. Baron. ann. 587.

Extremis hiſce vertentibus annis, annon, Sanctiſſimo Pontifice Innocentio Decimo imperante, Caſtri vrbs ſuis euulſa ſedibus, radicitùs perijt, eò quòd eius deſignatus Epiſcopus antequam ſedem illam attingeret, violenta morte, ſicariorum ferocia illata, peremptus immaniter fuerit? qui autem cædis huius fuiſſe creditur author & fomes, primarius Dynaſta, tragico pegmati impoſitus, capite coram populo diminutus, carnificem habuit diuinæ vltionis adminiſtrum, ſuique ſceleris correptorem.

Nec illud omittere in præſenti licet, quod de Vrbe quadam in Perſide refert Sozomenus, quam ſuus Epiſcopus grauiter ab illâ vexatus, maledictis diriſque deuouerat: nam quàm citiſſimè Præſulis equiſſimè indignati furore ſe pereuti ſenſit; permittente enim Deo, eius Proceres, Regiam Maieſtatem violantes, Principis furorem adeo excitarunt, vt ciuibus omnibus cruentâ internecione deletis, deleta penitus vrbs eadem fuerit, eius plateis in agros & ruralia commutatis. Quid ni hic ego illud repetam C

Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Numen.

Quin abſque eo quòd in Vrbem maledicta iaciens indignetur Epiſcopus, ipſa ſibi mala omnia imprecatur: quare recentiſſimus author, inter alia, quibus extremum Vrbibus interitum imminere prædicit, illud eſſe potiſſimùm affert, *quando de ſacratis viris & Eccleſiarum Prælatis impudentiſſimè obloquentes, non coercentur pæna, ſed laude & plauſu excipiuntur.* D

Petr. Alan. de Chriſt. & polit. euerſ. c. fin.

Miſerandam ſæpiſſimè Cataſtrophen contemplatus, quà Beliſarius è tam excellenti honorum faſtigio ad tam abiecta, acerbaque calamitatum incommoda fuit deturbatus, illud meum animo reuoluebam, quî fieri potuiſſet, vt Iuſtinianus Cæſar clarum adeò bellatorem, & tam illuſtrium palmarum Ducem perdere tam dirè voluerit, vt opibus, titulis, præfecturis, ipſaque oculorum luce exutus, emendicatâ ſtipe per vias illud miſerandum repeteret, *Date obolum Beliſario?* quid hic ego dictum velim? profectò manifeſtam Dei vltionem in tantum Ducem deuolutam quis non videat, eo præſertim flagitio reum, quod, vt Theodoræ Cæſariſſæ aſſentaretur, Sanctum Pontificem Syluerium per ſummam iniuriam in exilium amandaucrit?

Quà

A Quà ratione & à Quibus fuerint in varias ætates electi Epiſcopi. Cap. XVI.

SI vniuerſa hæc rerum creatarum moles, iuxtà mentem Bionis, theatri ſpe-
ciem exhibet, vbi repræſentandæ fabulæ excipiuntur, varios in aſpectus ocu-
lis ſpectantium peruoluatur, oportet; ſi conſonam, docente Heraclito & Euripi-
de, lyram refert, dùm ſemper iiſdem fidibus tractaretur, ſonitus dulcedo defice-
ret: quà propter nil verius illo, quod omnium ſapientiſſimus Salomon olim pronun-
ciauit, nihil ſcilicet certâ lege ſub Sole conſiſtere, ſed omnia perenni motu cir- Eccl.2. 11.
cumagi, variaque trepidatione rotari, *& nihil permanere ſub Sole.* non me latet,
ſcriptores aliquos verbis magis quàm ſenſui adhæreſcentes, hinc ſuum in animum
adduxiſſe, tres cæleſtes orbes, Veneris Mercurij & Lunæ ſub Sole poſitos, corrup-
B tioni eſſe obnoxios; quà in re cæcutientes, rationi ſe colluctari non vident, cùm
ex eo quod cæleſtes orbes, & aſtra contrarijs qualitatibus non componantur, & lon-
gè ab eo ſint, quo ſublunaria corpora informentur, nullatenùs corruptioni poſſint
eſſe ſubiecta; ipſiſmet ſacris litteris quis hos refragari non videat, quibus apud Iob Iob.37. 18.
cæli *ſolidiſſimi* vocantur *& quaſi ære fuſi?* Regius item Vates de ſupremo conditore pſ.140.6.
loquens ait, *Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi*: omnium denique Patrum & Tertull.cōtra Herm. c.34
ſcholaſticæ Theologiæ Magiſtrorum authoritatem euellunt.
Compertum contrà eſt, ſublunaria omnia indeficienti quadam vertiginè volui, D.Hieron. in Iſa. ci. 1 6.
ſecumque pugnantia ſuſdeque miſceri, vt non immeritò Seneca egregiè de more
dixerit *Nihil priuatim nihil publicè ſtabile eſt, tam hominum, quàm vrbium fata vo-* D. Aug.l.2 deCiu.c.24
luuntur. D. Tho. &
Licet autem in politico regimine varietates huiuſmodi non mediocrem perni- alij 2.2.qu. 66.art.2.
ciem afferant, eaque de causâ ſuis illas è legibus amouerit ſapientiſſimus Plato, Plat 7.de
temporum tamen Principumque diuerſitas non raro efficit, vt regiminis etiam for- legib.
ma mutetur, & quæ ætate priori commendabilia cenſebantur, poſteriori rejician-
C tur, vt improba, adeò vt ſimulare frequenter oporteat aliqua, quæ alioquin no-
ſtræ voluntati repugnent: *Rebus enim cunctis ineſt quidam velut orbis, vt quem-* 3. Annal.
admodum temporum vices, ita & morum vertantur: ſic aptiſſimè ad hanc rem
Tacitus.
Hinc Cæſarum Romanorum electio, quæ ad Senatum ſuo iure ſpectabat, aliàs
ceſſit ad exercitum, aliàs ad Prætorianos, & non rarenter accidit, vt vel dolo vel
vi Regiam aliqui occuparent, illo è multis dominante, qui fortiſſimus omnium,
non pandectis, at ferro ius regnandi decideret; nunc verò temporis ad Principes
Electores Cæſaris electio traſmigrauit, Romano ſic ſtatuente Pontifice.
Hoc pariter modo Sacerdotes, Augures, & qui Pontifices dicebantur, nunc Sigon. de antiq. iur. ciuil.rom. c.9.
Sacerdotum ſuffragio, nunc populari arbitrio ad Sacerdotij apicem fere-
bantur.
Quà propter nullus admirationi locus ſit, ſi Epiſcoporum etiam electio ſuas
D paſſa fuerit vices, ſic temporum & morum varietate imperante: Olim tam auguſti
Sacerdotij conditorem fuiſſe Chriſtum Dominum ſuperiùs oſtendimus; quamob-
rem ſapientiſſimè Dyoniſius Areopagita edocebat, eodem modo Epiſcopos ad De Eccleſ. Hierar.c.6.
Chriſtum velut ad finem referri, quo ordines omnes minores ad Epiſcopum re-
feruntur: & quamuis aliquorum Antiſtitum electio, nunc ex huius, nunc ex alte-
rius arbitrio ſuam originem deduxerit, ſemper tamen ad Deum tanquam ad ſui au-
thorem referenda prorſus eſt, cùm ſacras impertiri dignitates, ſolius Dei opus ſit,
profanas dare, humanum; *Dignatio cæleſtis gratia facit Antiſtites.* Sic olim ſerm.2. ſuæ aſſumpt.
Leo Pontifex Magnus ait; ideoque in Antiſtitis inauguratione, eius electionem
Deo tribuit conſecrans, illis verbis, *Sit fidelis ſeruus & prudens, quem tu* In Pontifical.
Domine conſtituas ſuper omnem familiam tuam, vt exhibeat omnem hominem per-
fectum.
Vt igitur primus, quem hoc ſupremo Sacerdotio Parens Aeternus donauerit,
Chriſtus Dominus fuit, de quo Princeps Apoſtolorum locutus videtur, vocibus

[1.Pet.2.25.] illis *Ad Paſtorem & Epiſcopum animarum noſtrarum*, ſic pariter primus omnium
ipſe fuit, cuius ſapientiâ Epiſcopi alij duodecim ſacram poteſtatem acciperent; A
[Turrecr.l.2 ſumm. Eccleſ. c.32. Bellarmin. tom 1. de Rom.Pont. l.1.c.13.] quod eo modo intelligendum eſt, quo multarum ſuffragio authoritatum probaue-
re viri doctiſſimi Cardinales Turrecremata & Bellarminus, quòd ſcilicet Petrus
tantùm ab ipſomet Chriſto, cæteri verò à Petro tanquam ab Eccleſiæ viſibili Ca-
pite, Sacerdotij miniſterio donarentur.

Quanquam autem nullo adiuuante poſſet à Petro, tanquàm à Chriſti Vicario
Antiſtes alter inſtitui, ad Eccleſiam tamen erudiendam, deficiente in proditore
nefario Iuda Epiſcoporum vno, vt alterum illi ſubrogaret, iuxtà Regij vatis ver-
[pſ.10.8.] ba, *& Epiſcopatum eius accipiat alter*, ſpontè voluit, hàc de re primam Synodum
cogere, probatiſſimæ virtutis viros aliquos commendans tanquam optimè eligen-
dos; omnium tamen digniſſimus, qui recens crearetur Antiſtites, viſus omnibus
eſt Sanctus Matthias, quam ad rem Sanctus Ioannes Criſoſtomus, ait *Quid? an-*
[hom.3. in Act.] *non licebat ipſi eligere? licebat, & quidem maximè; verùm id non fecit, ne cui vide-
retur gratificare*. Eius pariter operâ Sacerdotij munus induit Sanctus Barnabas, B
[p· ſign. Eccleſ. tom.2. ſign.80.] & ſingulis mundi regionibus ſui Antiſtites & Patriarchæ deſignati, vt Eugubinus
Thomas Bozius probat: ad Petri exemplum, alij etiam Apoſtoli, Antiſtites alios
Chriſti authoritate elegere, cúm enim Chriſtiana Religio ſè latiùs vbique terra-
rum eſſet porrectura, plures ad huiuſmodi muneris exercitium adminiſtros po-
ſtulabat.

Apoſtolorum igitur conſuetudini adhærens Eccleſia, cùm extincto ex Epiſcopis
aliquo, alter ad illius ſedem implendam erat aſſumendus, eiuſdem Prouinciæ E-
piſcopos omnes aduocabat, ſimulque cùm eis Lithurgos & populum, diuinoque
ſubſidio precibus ardentiſſimis implorato, vnus aut alter proponebatur, quos, vt
[D. Leo relat. in c. Metrod. 19. 63. dixt. Bar. an. 34? & 394.] à Sancto Leone ſignificari videtur, Matrix Eccleſia dediſſet: ad hæc populus, cui fa-
ciliùs eorum, qui proponebantur, mores operaque innoteſcebant, ſuffragium ſuum
de illis ferebat, imò non ſemel aliquem alium ipſe ſuo nomine poſtulabat: omni-
bus deinde accuratè libratis, Lithurgorum omnium ſuffragijs eligebatur, electuſ-
que Prouincialium Epiſcoporum ſuffragijs approbandus erat & confirmandus; C
horum autem tres, qui antiquiſſimi omnium erant, ſolemni ritu, quem ceræmo-
niæ poſtulant, conſecrabatur; tota hæc agendi ſeries ex duabus Sancti Leonis
Epiſtolis clariſſimè patet, quæ ſacris Canonibus intextæ ad Ruſticum Narbonen-
ſem Epiſcopum, & ad Epiſcopos Viennenſis Prouinciæ ſcribuntur: ex illâ hæc ha-
[ep.90. aliàs 91. c. 1 61. dixt.] bes: *nulla ratio ſinit, vt inter Epiſcopos habeantur, qui non à Clericis ſunt electi,
nec à plebibus expetiti, nec à Prouincialibus Epiſcopis cum Metropolitani iudicio con-
ſecrati*; ex alterâ verò pauca hæc delibat Gratianus, *Vota ciuium, teſtimonia popu-*
[Id. ep.87.c. aliàs 86.c. vota 63 dixt. & ibi Gloſſ. & Canoniſt.] *lorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum
exoptantur*: vberiùs poſteà ſe explicans hæc addit; *Per pacem & quietem Sacerdotes
qui præfecturi ſunt poſtulentur, teneatur ſubſcriptio Clericorum, honoratorum teſtimo-
nium, ordinis conſenſus, & plebis*: cùm autem Metropolitanus erat præficiendus
Antiſtes, Ciuibus & Clericis aſſentientibus ab Epiſcopis Suffraganeis eligebatur,
vt ex eodem Sancto Pontifice Leone habetur, ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem D
[ep.81. aliàs 84. c. 6. c. Metrop. 29 63. diuiſiret. lib. 7. c. 8. c. Valent. 3. 63. dixt. Theod. l 4. hiſt c.6.] Antiſtitem ſcribente: *Metropolitano defuncto, cùm in locum eius fuerit alter ſubro-
gandus, Prouinciales Epiſcopi ad Ciuitatem Metropolim conuenire debebunt, vt om-
nium Clericorum atque Ciuium voluntate diſcuſsâ, ex Presbyteris eiuſdem Eccleſiæ,
vel Diaconis optimus ordinetur*. Quin ab hiſtoria Tripartita narratur, & Theo-
doreti approbatione fulcitur, quòd Mediolanenſi in Vrbe coactis illius Prouinciæ
Præſulibus, vt Antiſtitem ſufficerent Auſantio Archiepiſcopo, quem hæreſi Ar-
rianâ infectum mors è vitâ ſuſtulerat, Valentinianus Cæſar, qui pijſſimâ adhorta-
tione de probatiſſimâ electione conficiendâ illos admonebat, eorum precibus po-
ſtulabatur, vt pietate ſapientiâque illuſtrem virum, ipſe ſedi Epiſcopali præfice-
ret, ad quæ memoranda illa tantoque Principe digna reſpondiſſe fertur, *Maior
res eſt, quàm vt vobis conueniat: ſuper vos eſt talis electio, vos autem gratiâ præditi,
& illo ſplendore fulgentes meliùs poteſtis eligere.*

Quoniam autem primâ illâ & verè aurea recentis Eccleſiæ ætate, ea omnibus
Chriſtianæ fidei ſectatoribus mens erat, vt Dei gloria, fidei honor, animarum ſa-

lus

A lus excreſceret, vnanimi omnes ſuffragio ad optimum eligendum conſpirabant; quia Deo ipſo ad tam Diuinum opus accurrente, nunc internis animi motibus, nunc externis quibuſdam ſignis, apertiſque vaticiniis, Sanctiſſimi affluenter numerabantur Epiſcopi, quorum ſanctitate Chriſtiana Religio præclariſſimè ornabatur.

Hic autem eligendi modus conſuetas naturæ vires excedens frequens adeò eâ ætate fuit, vt ad hanc mentem Apoſtoli verba Diuus Aquinas explicet, Timotheo olim ſcripta idest, *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam*, ideſt, ſic tantus Doctor *per diuinam inſpirationem, nam in primitiua Eccleſiâ, vbi purè & propter Deum electiones fiebant, nullus aſſumebatur ad Epiſcopatum, niſi per electionem Diuinam*; quia autem verbum illud *per prophetiam* explicatur à Gloſſa, ideſt *per Sanctorum electionem*, docet Sanctiſſimus Magiſter duas haſce explicationes ſpecie diuerſas in idem ſimul conuenire, *quia Sancti non eligebant, quem à Deo non ſciebant electum*. his autem quod addit, verè tanto Magiſtro dignum eſt (p. Thim. 4. 14. D. Tho. 16. lect. 3.)

B quod referatur, verba illa Salomonis ad hanc rem accomodans, *cùm Propheta defecerit* (ideſt, *talis modus electionis*) *diſſipabitur populus*: illud hinc inferre ipſe videtur, quòd, cùm in eligendis Epiſcopis, non diuino populi lumine ducerentur, ſed humanis rationibus, & cæleſtibus omiſſis cogitationibus priuatis nominibus ſuffagia miſcerentur, quanta inde pernicies effluxit, & quæ in ſanctos mores vitiorum fœda lues irrepſit? quin imò, quià labentibus inde ſæculis, ad eaſdem conficiendas electiones indecorâ viâ properabant populi, non incaſſum Hyeremias vates ingemuiſſe viſus eſt, cum diceret, *filij Syon inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?* nullo iam cultu, nulla obſeruantiâ excipiuntur Epiſcopi, quià non diuinum, ſed humanum opus in eorum molitione ſpectatur; quid autem mirum, ſi humanis humana reſpondeant, & cauſis conformentur effectus? (Prou. 29. 18. 4. 1. 2.)

§. I.

C SED antequam vlteriùs euagemur, duo hic tanquam firmiſſima & inconcuſſæ veritatis ſtatuenda nobis ſunt. primùm igitur illud eſt, quòd licet ad electiones Epiſcoporum formâ ſuperiùs memoratâ procederent populi, niſi tamen eorum electio à ſupremo Eccleſiæ Moderatore adſtrueretur, nullius momenti erat: ad ipſum enim velut ad Chriſti Vicarium, opus adeò excelſum ſpectat; ad eum igitur, vel ad eius delegatos electionis diploma, fideique profeſſio mittebatur, quam vbi Pontifex approbaſſet, tunc Epiſcopus habebatur, eiuſque conſecrationem ſanctiſſimis Religionibus conficiebant; luculenter hęc probat Eugubinus Bozius, & Diuus Cyprianus de vnitate Eccleſiæ agens, illum Soli comparat, è quo Epiſcopi omnes velut radij emanant, arbori, quâ veluti rami gignuntur, fonti quem ſuum parentem riui omnes agnoſcunt: nec alia plurima deſunt, quibus hoc idem adſtrui poſſet, vti eſſet Enciclica Epiſtola ad Italiæ Præſules à Sancto Anacleto Pontifice ſcripta, & calamo Gratiani relata, vbi hæc habes, *Ordinationes Epiſcoporum au-* (Boz. de ſig Eccl. n. 10. ſig. 80. c. 4.)

D *ctoritate Apoſtolica, ab omnibus, qui in eadem Prouincia fuerint Epiſcopis ſunt celebrandæ*: alia rurſus Nicolai Primi ad Regem Lotharium, qui cùm ad Epiſcopales Infulas viros ſibi ſolùm gratioſos efferri ſtuderet, obiurgatione non leui fuit à Sancto Pontifice caſtigatus, inter quæ iſta ſunt, *Id circò Apoſtolica auctoritate ſub diuini iudicij obteſtatione iniungimus tibi, vt in Treuirenſi Vrbe, & in Agrippina Colonia nullum eligi patiaris, antequam ſuper hoc noſtro Apoſtolatui relatum fiat.* (ep. 2. c. 2. 64. dixt. Nicol. Pap. ad Lothar. Reg. c. por- rô 4. 63. dixt.)

Alia rurſus Epiſtola eſt, qua Sanctus Bernardus humillimè Honorium Secundum poſtulauit, vt Albericum Garalaunenſem Hyerarcham electum ſuo ſuffragio confirmaret, ex quo optimè Cardinalis Baronius arguit, nullius propè momenti Præſulum electionem fuiſſe, ni Pontificio calculo firmaretur. (ep. 13. ann. 1129.)

Quâ propter cùm Rauennates Archiepiſcopi potentiâ & vi ſuffulti, Pontificiæ approbationi ſe ſubijcere recuſarent, Sancti Leonis Secundi auctoritate edomiti, (In vit. S. Leon. 2.)

ſuperbiam omnem exuère; hic enim ſuæ amplitudine poteſtatis pronunciauit, nullius pretij quamcunque electionem habendam, niſi Romani Pontificis authoritate probaretur. A

ann.433. Ex his etiam quæ Cardinalis Baronius refert, videre hoc idem licet; cùm enim aliàs à Rauennatibus ad Sixtum Tertium miſſa eſſet electio recentis Epiſcopi, vt eius arbitrio probaretur, Pontifex, cui Sanctorum Petri & Apolinaris lumine oſtenſum fuit, Dei ſententiâ, Diaconum quendam Petrum nomine Imolenſis Epiſcopi ſocium in ſacris limitibus inuiſendis, illis præficiendum, reiecit electum, & memoratum Petrum eius loco ſuffecit.

Rainald. ann.1199. Innocentius quoque Tertius Pennenſem Antiſtitem recenter creatum reprobauit, eò quòd ſe vltrò Epiſcopali ſolio immiſerit, abſque eò quòd priùs a Romano Pontifice ad illud vocaretur, vel in illo firmaretur.

Crantz.l.7. Metrop. c.7. Sic de Conrado Ildeſenſi Epiſcopo conſtat, tùm Ildeſenſi, tùm Vurtaburgenſi ſede fuiſſe deiectum Romani Pontificis imperio, eò quod vtramque inconſultò Romano Pontifice arroganter aſſumpſerit. B

c.noſſe 34. 6 .dixt D. Greg. l.1. ep.58. & 79. & l.3.ep.3. & l.1. ep. 56. & 68. Illud demùm pariter conſtat, quod vbi Electores mutuis in electione faciendâ diſcordijs ageretur, ad Romanum Pontificem, veluti ad arbitrum accedebant, vt eius vnius placito adhærerent. apertè hoc habetur ex Epiſtolâ, quam Stephanus Primus ad Rauennatenſem Archiepiſcopum inſcripſit, a Gratiano memoratam, & ex S. Gregorij Epiſtolis exceptam: idem pariter in vſu erat, cum electus Præſul non admodum Romano Pontifici probaretur, vt ex eodem Gregorio licet animaduertere.

Ad populum igitur ſpectabat nouum Antiſtitem proponere, ad prudentiores ciues de eiuſdem premeritis fidem facere, ad Clericos poſtulationem illam, quam vulgariter electionem appellabant, ſubſcripto firmare, ad Prouinciales Epiſcopos, tanquam Apoſtolicos Legatos, eligere: hæc tamen electio adhuc inualida, nulliuſque prorſus roboris erat, quoaduſque Summi Romani Pontificis cofirmatio adueniret, eaque de cauſâ, vt diximus, tùm eligentes, tùm electi fidei confeſſionem per Oratorem ad Pontificem tranſmittebant. Satis hiſce omnibus Eccleſiaſtici Annales abundant, & è Simplicij Pontificis Epiſtolâ Decretali diſertè colligitur: C
Tom. 1. ep. decr. 17.
alias etiam de hoc eodem Epiſtolas habes è Diuo Gregorio, qui accuratiùs in hoc elaborans, Presbyteros aliquos Româ expediebat, qui Eccleſias Præſule deſtitutas inuiſerent, tùm vt Cleri licentiam coërcerent, earumque res domeſticas cuſtodirent, tùm etiam, vt electioni præeſſent, ne in illis eligendis fraus aliqua irreperet; ex Epiſtolæ fragmento, quam ad Sanctum Gaudioſum ex Epiſcopis Eugubinis meis præceſſoribus vnum inſcripſit, hæc omnia lector intelligat; ſic autem ille.

l.7.ep.89. *Gregorius Gaudioſo Epiſcopo Eugubino. Cognoſcentes Eccleſiam Tadinenſem diù Sacerdotis proprij regimine deſtitutam, fraternitati tuæ eiuſdem Eccleſiæ viſitationis operam ſolerter delegamus, quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus Clericorum, redditu, ornatu, miniſterijſque, vel quidquid illud ſit, in patrimonio eiuſdem, à quoquam præſumatur Eccleſiæ: & ideò fraternitas tua ad prædictam Eccleſiam ire properabit, & aſſiduis adhortationibus Clerum, plebemque eiuſdem Eccleſiæ admonere feſtinet, vt remoto ſtudio, vno eodemque conſenſu, talem ſibi præficiendum expetant Sacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & à venerandis Canonibus nullatenus reſpuatur: qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolemnitatibus decretis, omnium ſubſcriptionibus roboratus, & dilectionis tuæ teſtimonio litterarum ad nos ſacrandus occurrat.* D

Tadina hæc ciuitas, de quâ Gregorius loquitur, Gothorum armis æquata ſolo, tanto excidio fuit, vt ne dici quidam nunc poſſit, hic Troia fuit; aratur & ſeritur, quæ iam vrbs erat, eiuſque Diœcæſis pars, Eugubinæ Diœcæſi amplificandæ inſeruijt.

Aliud autem ſtatuendum nobis illud eſt, quo Lutheranos, Caluiniſtas, alioſque huius generis blaterones, inuadimus, qui nefario latratu in Lunam, hoc eſt
Luth Calu. l.4. inſtit. c.2.3.10.
in Summi Pontificis authoritatem veluti ſtygij Moloſſi obſtrepere non deſiſtunt: hi etenim ex his, quæ ſuperiùs de electionibus memorauimus, dicendi audaciam ſibi faciunt, in eligendis Epiſcopis populorum aſſenſum eſſe *de iure Diuino*. horum

rum

A rum tamen inſulſas rationes cum validiſſimè diluerit Cardinalis Bellarminus, non eſt, cur ego in ijſdem profligandis diutiùs immorer.

Ex authoritate tamen, qua vtuntur, tantùm colligitur, quod Apoſtolorum Princeps Petrus in Iudæ ſucceſſore eligendo, non coactè & ex neceſſitate, ſed vltrò & ſpontè aliorum ſuffragia conſenſumque poſtulauerit, vt ex doctrinâ Sancti Ioannis Chryſoſtomi explicatiſſimè docemur: hoc eodem planè modo Sanctus Cyprianus æquiſſimum æſtimauit, in re Epiſcopali gerenda nihil noui ſtatuere, abſque eò quòd Clericos Ciueſque conſuleret. *Ego à primordio Epiſcopatus mei ſtatueram nihil ſine conſilio veſtri, & ſine conſenſu plebis meæ priuatim gerere, &c.* hoc tamen, quò laudabilius fuit eâ ætate, quà Epiſcopos veluti Pontifices alios timore & amore populi proſequebantur, eò nunc damnandum magis videtur, quòd inde offenſiones ingentes, & palmaria ſcandala pullularent.

Bellarm. controu. 2. de Cleric. l. 1. c. 7.
hom. 3. in act. Apo.
D. Cypr. l. 3. ep. 10.

Ritus hic ſanctiſſimis poſteà legibus aſſertus fuit, quoaduſque rationi & tempori fuit conſentaneus: populi conſenſus exquirebatur, tùm vt electi fama magis in-
B noteſceret, vt ſentit Tertullianus, *Præſunt probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti*: tùm etiam quià, cum vt aliàs diximus, ſacrum quoddam & ſpiritale connubium Epiſcopum inter & Eccleſiam, celebretur, aptiſſimus ad eius regimen videbatur populorum aſſenſus, quibus Antiſtites illi concederentur, quos ipſi poſtulaſſent. Primam ex his rationem habes è Sanctis Cypriano & Gregorio in illorum epiſtolis: ſecundam autem è Sancto Leone Pontifice, diſertiſſimè, vt aſſolet, ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Antiſtitem ſcribentem: *Tantùm vt nullis inuitis & non petentibus ordinetur: ne Ciuitas Epiſcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit.*

Apolog. c 37.
D. Cipr. l. 1 ep 4.
D. Greg. l 4. ep. 47.
c. ſi forte 36. 63 dixt.

Inſanâ igitur audaciâ oblatrant hæretici, dum profanos viros in Antiſtitum electionibus ſtatuendis ſtudent aduocari: cum enim ſacroſancta res ſit, eorum poteſtatem vireſque tranſcendit: ſed audaciſſimi etiam in eo ſunt, quòd Monarchicum Eccleſiæ Regimen, in Democraticum inuertere conantur; licet enim Ariſtocratici aliquid habeat, hoc tamen, vt egregiè aduertit Catholicæ Religionis propugnator illuſtris Cardinalis Bellarminus, efficit quidem, vt Epiſcopi non ſolùm
C Pontificis adminiſtri, ſed ipſi Principes ſint, non tamen eos ab authoritate Pontificis eximit, adeò vt ſicuti Pontifex diuinâ lege eos eligere tenetur, ſic illi ab eius poteſtate dependeant; adeòque authoritas, quæ diſperſa fuit in alios, in vno collecta Pontifice, tota repeſiatur.

tom 1. l. 4. c. 14.

§. II.

EO igitur modo, quo ſupremus rerum conditor vniuerſum hunc Orbem, lege primùm naturali, inde ſcripta, illâ demùm quæ dicitur gratiæ, ſic temporum ordine exigente, gubernauit, ſic etiam Eccleſia Sancti Spiritus Magiſterio edocta, fidei legibus conſtantiſmè ſemper adhærens, temporum & morum varietati in reliquis moderandis inſeruijt, diuinæ amplificandæ gloriæ, animarumque
D ſaluti vtiliori viâ proſpiciens: hoc planè modo bellicoſi Duces varijs hoſtem inuadendi modis vtuntur, ſic pro ventorum diuerſitate vela explicantur à nautis, ſemper tamen vtriſque, diuerſitate illâ idem finis intenditur, illi, vt lauream, hi, vt portum obtineant.

Quà propter Summorum Pontificum conſilio factum eſt, vt plurium decurſu ſæculorum, modus ille Epiſcopos eligendi perennaret, cùm eâ tempeſtate populorum pietas ea eſſet, vt virtute tantum electique meritis, & publico commodo ad poſtulandum aliquem duceretur, quod etiam tàm ingenti cum plauſu fiebat, vt *popularia feſta* à Diuo Cryſoſtomo vocarentur: ſed populorum poſteâ pietate deficiente, & in effrænes, informeſque mores degenerante, electionis immutare modum oportuit, cùm illi tantùm ab ipſis eligerentur, quos in ſuorum vitiorum corruptela, ſocios haberent vel Magiſtros: quà in re veritatem attigit Diuus Hieronymus, cùm doceret, *nonnumquam errat vulgi iudicium, & vnuſquiſque non tam bonum, quam ſuum ſimilem Præpoſitum quærit.* Aptiores illi æſtimabantur. qui

l. 5. de Sacerd.
l. 1. ad Iouin.

pſ.113. 13. Idola à Regio vate deſcripta referrent, *Os habent & non loquentur, oculos habent,* A
& non videbunt, aures habent, & non audient.

Aliàs etiam non ratione & conſilio, ſed caſu & libidine ad tam ſanctum opus
trahebantur, cùm vſitatum populo ſit ex Diuo Ambroſio, *Non merita virtutis ex-*
l.5. exam. c.21. *pendere, nec publica vtilitatis emolumenta mirari, ſed mobilitate incerta nutare:* quà
l.3 de Sacerd. propter meritò maximè Diuus Cryſoſtomus conquerebatur, cùm auræ popula-
ris arbitrio iam ſancti operis molem committi conſpiceret, illudque pariter adde-
bat, nullum fore admirationi locum, ſi ſanctis optimiſque viris reiectis, ſacris In-
ſulis viri perditiſſimi donarentur, & cùm electio reuocari non poſſit, fruſtrà men-
tis cœcitatem, qua laborauerant, animaduertebant, ſeque ipſos, ſuamque væ-
cordiam arguebant: idem omninò illis contingebat, quod olim Romanis in Præ-
toribus creandis legimus, de quibus Seneca hæc recitauit: *itaque idem euenit, quod*
de vit. beat. c.2. *in comitijs, in quibus eos factos Prætores ijdem, qui fecere, mirantur, cum ſe mobilis*
fauor circumegit.

Nec rarò potentiorum fauor & ambitio præcedebant, cùm æquitate calcatâ B
alieno genio ſuffragia ferrentur; priuata re, veluti regulâ Lesbiâ ducebantur eli-
gentes, rationem auertebat potentia, & ſuperbiâ Duce, ſanctitatis in ſolio geſtum
vitia faciebant; quin etiam frequentiſſimè ex animorum factionumque diuerſitate
ad iurgia, odia, tumultus, rixas procedebant, vt ad Romanum Rauennatem Ar-
c. noſt. 12. 63. diſt. chiepiſcopum ſcripſerat olim Sanctus Stephanus Pontifex, & venerandum adeò
negotium, ipſiſque Cælitibus ſacrum, humano ſæpius ſanguine fædabatur: vide-
ep.1.& 25. re hoc licet in duabus Sancti Auguſtini Epiſtolis, quarum ſecunda ingentem re-
fert ſeditionem, qua in eligendo Piniano populus ferociſſimè exarſerat; aliam
lib.2. verò non hac minorem Ruffinus affert, quà graſſante, Mediolani vrbs ſuſdeque
perturbata vix ſtetit incolumis: *diſſenſio grauis & periculoſa Vrbi propria maturum*
parabat exitium. Sic ille: ſilentio hic pariter illam prætereo, cuius æſtus Diuus
Ambroſius tranquillare contendit, cùm non ſine prodigio Infantis voce ipſe pro-
D. Hieron. in Chron. nunciaretur Antiſtes: aliam etiam quis neſciat, qua, narrantibus Diuo Hieronymo,
Ruff. l. 2. c. 10. Ruffino & Ammiano, in eligendo Donato centum triginta ſeptem virorum ſan- C
Ammian. l. 27. guine polluta Eccleſia, turpiſſimâ internecione ſordidata fuit?

His omnibus, pro tot malorum culmine, ſe Simonia adiunxit, quà ſacra omnia
per ſummum dedecus venalia habebantur, turpique pecuniâ emebantur: quæ
lues, quò magis virulentâ contagione Sancti Gregorij ætate percrebuit, eò pa-
riter magis ſanctiſſimis legibus conatus eam eſt vir ſemper Magnus expellere.

His de rationibus percommodum viſum fuit, vt populis Epiſcopos eligendi
auferretur facultas, & Clericis tantùm priùs, inde primarijs Templi Canonicis
Conc Roman. [illegible] traderetur: tempore hoc Innocentij Secundi in Romana Synodo accidit, vt ex il-
Platinæ. lius Canone liquet, Platina, Panuino, Ciacconioque narrantibus, vſque ad Ioan-
nis Vigeſimi Secundi ætatem: aditus tamen cuicumque patebat ad eorum, qui eli-
gebantur vitia aperienda: ſed quò non procedit morboſa vitiorum illuuies, aut
quæ vnquam tam ſancta acta eſt, quam non temporum corrupti mores impurent?
politiæ leges, ambitionis æſtus, diſſidiorum flammæ, factionum faces, ipſa etiam D
Canonicorum clauſtra perruperunt, vt Bonifacij Octaui ætate, mea hæc Eugubina
Eccleſia experta eſt, aliquibus eorum Ioannem Foro-Sempronienſem Antiſtitem,
alijs verò Octauianum Abbatem . . . . . ad ſacras Inſulas ſubmouenti-
bus: vtroque tamen ſapientiſſimi Pontificis ſententiâ reiecto, Eugubinus Ciuis
Ventura inauguratus feliciter eſt, vt è Vaticanis commentarijs patet.

Ipſis igitur etiam Canonicis, Epiſcopos eligendi facultate ſublatâ, vni ſibi au-
thoritatem Romanus Pontifex detulit, delatamque ſeruauit; licet ex hoc grauiſſi-
mum ipſi pondus incumbat, cùm pietate, doctrina conſpicuos Præſules tot Ec-
cleſiis tribuere teneatur: prærogatiuâ tamen ſingulari, aliquibus Germaniæ Ca-
nonicis datum à Romano Pontifice eſt, vt Epiſcopos ſibi eligant, quod adhuc id
temporis inualeſcit.

Sic pariter ſibi ſucceſſorem eligere, quod, Diui Petri exemplo, ſancti aliqui viri
diuinæ gloriæ publicæque vtilitatis ſtudio fecere, pernicioſis erroribus locum de-
dit, cùm ſuos ſibi Nepotes cognationis & ſanguinis amore rapti ſubrogarent, &

tranſ-

A tranſmiſſa Epiſcopalis dignitatis hæreditate, ab electione tam venerandum Sa- to. 2. Concilior.
cerdotium auerterent, quæ lues potiſſimùm in Hiſpaniâ percrebuit: ſed cùm Hi-
lario Pontifici hoc à Tarraconenſi Antiſtite ſignificaretur, Synodi eſt explicatiſſimâ Baron.ann.
lege prohibitum, quam deinde ſacri Canones ſuo ſuffragio roborarunt. 495.

§. III.

SED ea eſt in Eccleſiæ probitatem Tartarei hoſtis ſæuitia ſimul & nequitia,
vt quantùm in ſe detrimenti ex proborum Antiſtitum electione redundet animaduertens, aliâ ratione ad illius excidium ferocior inſurrexerit: Principes igitur aliquos excitauit, qui per ſummam ambitionem ſibi Epiſcopos eligendi facultatem aſſumerent, adeò vt Epiſcopo aliquo extincto, (vt colligere licet ex vitâ ſancti Otthonis Bambergenſis Antiſtitis) Præfecti Vrbium annulum & lituum Epiſ-
B copalem ad Palatium Imperiale mitterent; quo facto Cæſares Aulicis aſſentientibus, Baron.ann. 559.
pro ſuo Arbitrio Antiſtitem eligebant, extinctoque ſubrogabant, & quod abſque ingenti dedecore addi non poteſt, ſacrarum Infularum iura turpi mercimonio nundinabantur: in hos validiſſimè Synodus Pariſina detonuit, Ioanne Tertio Pon- c. 1. 1. 63. dixt. ann. 869.
tifice Regnante, quod idem poſtea Hadriani Secundi ætate coram Ludouico Secundo Cæſare in Octauo Conſtantinopolitano Conuentu anathematis pœna prohibitum fuit, vt videre eſt inter ſacros Canones à Gratiano contextos: quià autem ſapientiſſimi illi Patres prænouere, non defuturos Principes, qui nimia potentiâ impotentes, adhuc in eodem crimine nequiſſimè perſeueraſſent nulla anathematis habitâ æſtimatione, alio rurſus Canone ſuam ſententiam cofirmauere, quo ſtatue- Bar. an. 869
runt, Epiſcopali è ſede deturbandum eum Antiſtitem, qui vel vi, vel dolo illam occupaſſet: His tamen omnibus, non ſatis temeritati & libidini aliquorum conſultum, qui profanas manus in Sanctuarij res immiſcere non formidabant, vt ex eorum authoritate, dignitas hæc humanâ qualibet excellentior, turpi ſubiectione penderet; quià tamen ingentes inter moleſtiarum pugnas ferè fatiſcebat Eccleſia,
C totque tempeſtatibus acti Pontifices Romani, adhæc aduertere diutius non valuerunt, Gregorij Septimi tempeſtate effectum eſt, vt ſacra Synodus cogeretur, ibi- Platin in eiuſd. vit. an. 1077.
que ſummâ animi fortitudine in tam immane malum nouis ſtatutis legibus ſe obarmauit, & Henricum Quartum Cæſarem admonuit, ne in tam nefario propoſito vlterius proſequeretur: quia tamen Henricus Cæſareâ fretus potentiâ, paterna Id. eodem an tom. 11. Plat. in eius vita.
Pontificis monita detrectauit, in eum diras & execrationes intorquens, à piorum illum ſocietate ſemouit, & exul maluit Salernitana in Vrbe deficere, quam Cæſareę potentiæ metu, turpi ſe iugo ſupponere,

Non abſimili conſtantia Victor Secundus eius ſucceſſor Pontificia ſtatuta defen- Baron. ann. 1094.
dit, eaque de causâ veneno Cæſareo confectus, fato conceſſit. His tamen horrendis adeò Pontificum calamitatibus, ne leuiter quidem emollitus Sacerdotalis animus fuit, nec Apoſtolici ardoris pia flamma deferbuit; nam Vrbanus Secundus Synodo Baron. ann. 1107.
Placentiæ aduocatâ, leges eaſdem validiùs roborauit; quod idem poſteà Paſqualis
D Secundus effecit, qui mordaci promiſſione ab Henrico Quinto deceptus, familiaritatis ſpecie magnificè ab eo exceptus, carceri poſtea datus fuit, ibique, vt ex priuilegio concederet coactus, quod illi hactenus fuerat in conceſſum: verùm libertati donatus ea omnia reuocauit, *quæ per vim & metum* peracta nullius momenti erant, & mendacem proditoremque Cæſarem diris & execrationibus iterum deuinxit. Tandem non ſine ingenti labore ſuæ ſe reſtituère poteſtati Pontifices, qui poſtea ſingulari beneuolentiâ ducti, concordi quædam animo cum cum Germania, Galliaque, hac de re ſtatuerunt. Vnus tantum nunc temporis eſt Turcarum Tyrannus, cui ſacra impertiri munera liceat, nefariâque mercatura fas ſit illos ſacris ſedibus donare, qui cæteris ditiores beatæ olim, nunc miſerandæ Græciæ ſacras Infulas nundinantur: illud autem veritati maximè conſonum eſt, Sedis Apoſtolicæ benignitate, Principibus nonnullis maioribus permitti, vt viros ſacris inaugurandos poſtulent offerantque, cum è regionum, locorumque diſtantiâ commodiùs valeat illis eorum præteritæ vitæ diſciplina & fama nominis innoteſcere.

Quam

Quàm pernicioſus & iniurius ſit Populis, Epiſ- A
copali dignitati & Eccleſiæ, qui Epiſco-
pos ineptos poſtulat eligendos.
Cap. XVII.

ILLVD mihi tanquam indubitatum adhæret, Principes illos, illaque Canoni-
corum Collegia, quibus, vt ſupra memorauimus, ſingulari Pontificum bene-
uolentiâ Epiſcopos vel poſtulare vel eligere fas eſt, tota animi contentione ſtude-
re, vt viros ad id genus aptiſſimos eligant è cæteris, vt opportunis hiſce rationi-
bus finem expetitum conſequantur; poſtulat hæc Iuſtitia, quæ ex diſtribuendi op-
portunè debito Diſtributiua vocatur, vt geometricæ conſonantiæ faciat ſatis, ſic B
2.2.q. 61. art.2. docente Ariſtotele, cui Angelicus Magiſter adhæret: quà propter ſi à recta iuſti-
tiæ viâ in viris ſacris eligendis Principes iſti deflexerint, iniuſtos fore quis inficie-
tur? operis tamen quod tractamus ordo, eiuſque conſenſus exigit, vt in ætatis
futuræ ſecuritatem, præteritorum temporum memor oſtendamus, tùm in hoc, tum
in conſequentium capitum ſerie, quæ didaſchalica licet appellare, hanc faculta-
tem tanti ab ipſis æſtimatam, tamque vigili curâ cuſtoditam, Charybdim eſſe vo-
raciſſimam, qua plerique miſerando naufragio abſorbentur. Ingens adeò pericu-
loſaque moles hæc eſt, vt ipſimet Supremi Pontifices, qui Atlanticis humeris *por-*
Iob.9.13. *tant Orbem*, Sanctique Spiritus peculiari præſentiâ imbuuntur, nullum acerbius,
horridius nullum pondus patiantur, adeò vt ipſi Tridentinæ Synodi Patres co-
piam ſibi fecerint Chriſti Vicarijs memorandi, nullum eſſe Pontificiæ Sedi nego-
tium adeò grauiter maturèque diſcutiendum, quàm viros vndequaque digniſ-
ſimos, tùm ad ſacram Purpuram induendam, tùm ad Epiſcopales aſſumendas In-
fulas eligere, ne formidando Iudici Deo rigidam ſint rationem reddituri de in- C
commodis & detrimentis, quibus ex ineptorum hominum electione Chriſtiana
Religio ſcatet: quantam præferant grauitatem eorum verba mihi hic inſerenda,
Seſſ.24.c.1. de reform. attende qui legis. *Poſtremò eadem ſancta Synodus tot grauiſſimis Eccleſiæ incom-*
modis commota non poteſt non commemorare, nihil magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium,
quàm vt Beatiſſimus Romanus Pontifex quam ſollicitudinem vniuerſæ Eccleſiæ ex
muneris ſui officio debet, eam hic potiſſimùm impendat, vt lectiſſimos tantùm ſibi Car-
dinales adſciſcat, & bonos maximè atque idoneos Paſtores ſingulis Eccleſijs præfi-
gat, idque eò magis, quò ouium Chriſti ſanguinem, quæ ex malo negligentium & ſui
officij immemorum Paſtorum regimine peribunt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus de ma-
nibus eius ſit requiſiturus.

Optimè hoc explicante Deo, Sanctus Leo Primus agnouit: multam in noctem
Sanctus hic Pontifex precibus vacabat ad cineres Apoſtolorum Principis, ſuarum
abolitionem noxarum, eo intercedente, ampliſſimâ indulgentia à Dei pietate im- D
petraturus: ſe tandem ſpectandum ei dedit Apoſtolorum Coryphæus, cæleſtiſque
regiæ ianitor, collatumque iam ei beneficium ſignificauit; illud tamen etiam ad-
monuit, acerbiſſimè expoſtulandum a Deo eſſe de manuum impoſitione, hoc eſt
de viris ad animarum regimen accerſitis: quapropter nullum admirationi locum
fore cenſeo, ſi nullum ſibi opus grauius, nullum acerbius Sanctus Gregorius aſſe-
ruerit; ſicut enim è proborum electione, morum ſanctitas & populorum virtus
eriuatur, ſic è non probis electis vitia, luxus, ſcandala & diſſoluta viuendi licentia
ingentes omnes exundant.

Quænam igitur diſcrimina ſubit, & quàm ingentibus ſe malis irretit, qui non
publici boni ſtudio, ſed priuatæ vtilitatis lege, electiones, electorumque mores
metiuntur, propriæque magis libidini quàm alieno merito infularum decus im-
ponunt? vno enim eodemque vulnere dignitatem, ſubditos, Religionem cruen-
tant: quin imò ſeipſos, ipſoſque candidatos feriunt, vt altero ab hoc capite
ſcribetur à nobis.

Ipſa

A Ipſa primùm dignitas fœdiſſimè violatur; cum enim excellentiſſima omnium ſit, vt vidimus, quà Regnum ſuum Chriſtus cond tor exornauerit, quàm dehoneſtatur, quàm obſoleſcit, quàm ſordet, ſi donetur ineptis? quî ad ſui obſequium gentes attrahat, & ipſa Regnantium capita ſui videant pedibus aduoluta?

Suis ipſa thiaris virtutem & ſapientiam redimere contendit, indignaturque ſuis coronare ſmaragdis inaniſſima capita, ſuiſque venerandis ſedibus tanto culmini viros impares collocare: integritas, ſapientia ſacras ſibi vindicant ſedes, non ignorantia, non improbitas, & quò magis excelſa honorum faſtigia faſtidit virtus, ſui tantùm pretio nomineque contenta, eò magis ſe illi deſponſare ſacra dignitas ſtudet; virtutis enim ſocietate dignitas deſtituta, vitem refert, quæ vlmi fulcimento carens iacet infœcunda, palmam exprimit, quæ ſquallido ſolo nata, protinus exareſcit.

Si plumbo gemma adſtringatur, licet nihil pretii ſic deperdat, Solis tamen inſtar, qui telluris iniquà interceſſione palleſcit, mirùm quantùm denigratur! at ſi
B auro alligetur, veluti Regina coruſcans, pretioſà in ſede ſuperbit, ipſumque aurum pretio quodam maiori coronat: lucem ſibi pati fænore mutuant, & reciprocà venuſtate ſe inuicem grato quodam certamine illuſtrant: decus recipit à luce dignitatis virtutis lumen, ſimulque a luce virtutis, fulgor dignitatis exornatur: egregiè ad hanc rem apud Caſſiodorum Theodoricus; *Gemmarum diuites vena auri fulgore pretiantur, & gloriam pulcritudinis capiunt, quià nulla degeneri vilitate ſordeſcunt; ſic bona merita ſplendidis dignitatibus ſociata alternis praconÿs adiuuantur, & vnius rei facies de addita ſibi venuſtate pulchreſcit*: mutuà ſe inuicem pulchritudine exornant ſimulachrum & ſedes, vniuſque deformitas formam deuenuſtat alterius. li.5. ep. 40.

Nemæi Leonis ſpolium, quod Alcides ad ſuæ triumphum victoriæ induebat, contemplatus ſemel fuerat Tertullianus; victorem ſimul illa veſtis honorabat, &
C ſimul ab eo veſtis honorabatur; ſed adeò eius gloria obſoleuit, ex quo eam Omphales induit, vt ſi Leoni cui detracta fuit, clamandi copia iterum redderetur, ſibi illatum opprobrium rugitibus immaniſſimis explicaret: quin ipſum idem Nemæum nemus, ſi vim ſpiritus concipere valeret, horrendis clamoribus ingemuiſſet, cum pellem fœmineis humeris emollitam deturpatamq; aſpiceret. *Leo*, ſic ſonorè Tertullianus, *tota oris contumelia mugiret ſi poſſet: Nemæa certè (ſi quis locigenius) ingemebat, tunc enim ſe circumſpexit Leonem perdidiſſe*: hoc planè modo tam ſancta, tam decora, tàm egregiâ dignitas, vt ſe illis addictam & addicatam videt, qui magis Omphalis effæminatam mollitiem, quàm inuictum Herculis robur moribus repræſentant, ſi ſenſus humanos indueret, quam altè dedecus acceptum ingemeret, & repetitis quæſtibus cælum terraſque miſceret! de pallio.

Hinc, quò magis obſcænus Heliogabalus, dignitates viris indignis impertiens, dignitates ipſas deformabat, *Præſides, Legatos, Conſules, Duces, omnes, dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum*, eò magis ſpectatiſſimos viros muneribus impertitis honorans Theodoricus Rex, ipſas etiam dignitates ſplendidiùs irradiabat. *Exeunt à nobis dignitates quaſi relucentes à Sole radÿ, vt in orbit noſtri* Lamprid.in Heliogab.
D *parte reſpondeat cuſtodita iuſtitia.* Caſſiod.l.8. ep.23.

Si autem apud Plutarchum querebatur Demoſthenes, illuſtrem nauim, nomine Paralum, Sacerdotes ad Delphica ſacrificia aliaque Deorum miniſteria conficienda vehere aſſuetam, tanta exinde profanitate viluiſſe, vt *ligna, vallos, & pecudes cogeretur Media vehere*; quoſnam vberes gemitus dignitas Epiſcopalis effunderet, dùm clariſſimorum virorum ſplendoribus illuſtrari aſſueta, ineptos inter viros & *pecudes* ſordeſcere ſe videret, illaſque ſedes toto orbe clariſſimas ab illis vſurpari, qui non alio merito grandeſcerent, quàm Principis extortâ gratiâ, ſtudioque Magnatum? ſilentio hic vltrò illos ego prætereo, qui crimine aliquo inſignes, vt à Principis præſentiâ ſpecioſo titulo abeſſent, ſacris ornati fuere Præfecturis, adeòque ideò digni fuere, quia indigni, & criminis pœna fuit, quæ tanquam virtutis merces debebatur: quis autem non videat hac ratione, dignitatis adeò lumen obtenebrari & nigreſcere, vt ipſummet decus dedecus videatur? *in peccatore amiſsit dignitas dignitatem; cui honor indebitus, oneri potius eſt quam honori*: ſic eleganter Ruricius. l.8. ep 7.

N Non

Non ſine exacerbati animi nota Diuus Gregorius Nazianzenus conquereba-
tur, ſuâ ætate non digniores at potentiores thiaris & infulis decorari, nec virtuti, A
ſed vitio ſedes ſanctiſſimas aperiri: quantum ex hoc diſcrimen Chriſtianæ Religio-
ni immineat, quis non aduertat, dum ſanctiſſima omnium dignitas ſua Maieſtate,
amplitudineque deperditâ ludibrio eſt, ſummaque cum ignominiâ deridetur?
*Nunc periculum eſt, ne ordo omnium ſanctiſſimus ſit omnium maximè ridiculus, non
enim virtute magis quàm maleficio Sacerdotium paratur, nec digniorum ſed potentio-
rum throni ſunt*. ſic olim vir eloquentiſſimus.
Niſi igitur meriti fulgor in candidatis eluceſcat, nefas Principi eſt, vel preſtito
obſequio, vel è laboribus in Regni ſubſidium exantlatis ad celſiora Sacerdotia
aliquem poſtulare: E Chriſti Præceptoris paleſtrâ hoc addiſcamus oportet: hic
enim pro Iacobo & Ioanne filijs primas ſedes poſtulanti matri reſpondit, *ſedere au-*
Matth. 30. 23. *tem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum
eſt à Patre meo*.
Ineptiſſimè adhæc verba Arriani exultant, ac ſi minorem in illis ſe Patre filius B
profiteretur; quàm longe à ſenſu veritatis abſonant hi blaterones! illis enim ver-
bis exponitur, quod cùm ſacrarum dignitatum faſtigia, illis Dei ſuffragio addican-
tur, qui eas virtutum ſuffragijs promerentur, nullâ ratione decebat, vt ad illa
eos adduceret, qui non alijs meriti lumine, ſed vel amoris vel agnationis gra-
tia preſtarent: eadem muneris authoritate ſibi ſunt pares Pater & Filius, ait
Sanctus Baſilius Seleucienſis Antiſtes, ſed eo modo ipſe reſpondit, *quia remune-*
Orat. 14. *ratio accipientis meritum conſequitur, non ſolùm facultatem donantis: thronus labo-
rum premium eſt, non ambitionis donum gratuitum: ex rectè geſtis thronus compara-
tur; nudam poſtulationem datio non conſequitur, monſtra meritum tuum, & meam
intuere poteſtatem*. Promiſcuè legibus vti, eaque Magiſtratum culmina vel gratiæ
vel potentiæ impertire, quæ iuſtitiam tantummodò decent, ſanguinem, humanas
rationes, caſum, in fidei Capitolium ſpecie triumphantis inferre, *non eſt meum*,
Chriſtus ait: ſi autem ſui opus non eſt, Diaboli opus eſſe quis neget, docente Ter-
tulliano, quod cælum reijcit, Dæmon probat, *nam quod Dei non eſt, Diaboli nego-* C
tium eſt: quà propter non hic ſuæ poteſtatis vim Diuinus Legiſlator eleuauit, ſed
diuinæ ſuæ integritati pondus adiecit; potentia in ipſo deficeret, ſi deficeret ipſa
iuſtitia; propterquamquòd cum ex eius geſtis morum forma, ſuæque Eccleſiæ
Idæa eſſet exprimenda, inſtruere eam placuit, qua nam ratione in re tam graui,
qualis Epiſcoporum electio eſt, ſe gerere debeat; ideòque ſanctus idem Do-
ctor Chriſtum repræſentans alloquentem ait, *ſi reperero quod his congruum ſit, tunc
eſt meum dare: vocant enim dantis poteſtatem merita accipientis*: ad quam etiam
mentem eadem Seruatoris verba Sanctus Ambroſius explicans ait, *Non dixit,*
de fid. ad Grat. c. 5. *non eſt meum dare, ſed vobis; hoc eſt, non ſibi poteſtatem deeſſe aſſerens, ſed meritum
creaturis*.
Vtinam nunquam ad Eccleſiæ perniciem error ille regerminet, in quem ſanctus
olim Hyeronimus ſtrepitu ingenti oblatrauit: hic enim pluribus allatis rationibus,
quibus ad Antiſtitum prauas electiones faciendas adducimur, illa demùm ſub- D
dit, *Dicam aliquid, quod forſan cum multorum offenſà dicturus ſum, ſed boni non*
lib. 1. adu. Iouin. *mihi iraſcentur; interdum hoc & Principum vitio accidit, qui non meliores, at ar-
gutiores in Cleris eligunt, & ſimpliciores quoſque atque innocentes, inhabiles pu-
tant vel affinibus & cognatis, quaſi terrena militia officia largiantur, quodque his pe-
ius eſt, quorum ſunt obſequijs deliniti*.
An muneribus aliis Reges & Principes carent, quibus obſequentium aulicorum
labores, veluti data mercede dignentur, abſque eo quòd ſacras dignitates adhi-
beant, eiſque pro ſtipendio vtantur? ſpectatiſſimos moribus viros, ſapientiſque
illuſtres Sacerdotia poſtulant, non qui vel ærarij opibus augendis vel nominis ob-
ſequio, abiecto ſeruitio deſudarunt.
Cœlum Diuino Architecto moliente, ſuaſque ſedes & munera Syderibus ad-
ſcribente, cum diei, noctique diſcrimen ſtatuere vellet, ſydera duo elegit, quæ pre
luminis amplitudine, perennique in Orbem totum beneficentia Magni ſibi no-
Geneſ. 1. 26 men vſurpant, *fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet
diei,*

Digitized by Google

A *dies, & luminare minus vt præeſſet nocti*, vt cæteris ſyderibus munere & poteſtate
præſtarent,effecit idonea: alijs verò ſtellis lucem non tulit aut dignitatem, *& po-
ſuit ſtellas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram*: clariſſimè ſapiens Archite-
ctus futuros Principes edocere hic voluit, quod vbi de Præfecturis agitur, meri-
tum tantùm & aptitudinem Princeps inquirat, nullà aliâ quamuis ſplendidà ra-
tione ſpectatâ: vt autem de præſtito obſequio,vel amicos vel famulos aliqua mer-
cede proſequantur, non alia deſunt illis vel diuitiarum munera, vel ordinum eque-
ſtrium ornamenta, titulorum faſtigia, aliaque id genus honeſtamenta, quæ lucem
afferent non poteſtatem: permittatur vtique illis, *vt luceant ſuper terram*,non au-
tem; vt *præſint*.

Gothorum Rex Athalaricus penes Caſſiodorum animaduertens, quod ſi Prin-
cipum arbitrio potior imperij locus vitio daretur, nulla verò virtuti ſedes eſſet,
nullâ humani mores lege refrænari poſſent, ſed promiſcuè acti in peſſum irent,pa-
lam profitetur, quod in ſæcularibus dignitatibus impertiendis, virtuti tantùm no-
B bilitandæ proſpiciebat, *Electio noſtra de meritis venit, & tantò quis regali animo* l.9.var. ep. 22.
proximatur, quantò bonis ſtudijs ſocietate coniungitur. Quantum ergò in Catholico
Principe nefas eſſet, ſi dignitates ſactas vllo ſine delectu donaret, viroſque nulla
virtute ſuffultos & illis regendis impates aduocaret?

§. I.

NEC leue detrimentum eſt, quo populi ipſi afficiuntur,dum inepti ſocordeſ-
que illis præficiuntur Antiſtites, nullamque pietatem ſeù verbis ſeù mori-
bus referentes: quæ in Candidati virtutibus altè innititur dignitas, quàm facilè
in iucundiſſimos flores erumpit, gentibuſque ſalubcrrimos fructus educit? profe-
C ctò,cùm per meriti ianuam ad ſacras ædes ingreſſum Antiſtitem populi agnoſcunt,
verum eſſe Paſtorem fatentur, & quæ de illius optimo regimine fauſta fecere præ-
ſagia, fęliciſſima experiuntur: ſed qui ambitionis aut fauoris feneſtrà ſibi aditum
ad eaſdem reſerarunt, mercenarios ſolummodo, imò fures ſe in regimine exhi-
bebunt: *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aliunde aſcendit, ille fur eſt* Io.10.11.
& latro. Quà propter de Epiſcopali dignitate verba faciens Syneſius, eamque
Diuinam quodammodo appellans, in voces illas eleganter erupit, *Etenim diuinos
homines propè honores capere: ſiquidem dignus eſt, qui aſſequitur, ad animi fructum
accedit ſuauiſſimum, ſin multùm rei dignitate ſit inferior, acerbam futuri ſpem* Epiſt.105.
proponit.

Quàm pernicioſus vrbibus eſſet, qui humanis rationibus ductus, medicos il-
lis adeò ignaros & imperitos imponeret, vt opportunis medicamentis negle-
ctis, nullà inſtructus arte, ſed fortuito arbitrio mederetur? vel qui iuuentuti eru-
diendæ Præceptorem præficeret nullà prorſus leuiori doctrinâ ſpectandum, vel
qui ad ſeruandam hoſtili exercitu preſſam Vrbem ,ignarum ignauumque militem
fortiſſimi Ducis titulo eligeret, vel qui nauim per exaſperatos Oceani fluctus ve-
D lificaturam, moderandam nauarcho traderet, qui rei nauticæ neſcius, vel illiſam
ſcopulis, vel ſyrtibus irretitam, vel procellis abſorbendam adduceret? profectò
longè pernicioſior eſt,qui ineptos ignauoſqueHyerarchas populis gubernandis im-
ponit: annon ipſe medici officio fungitur, animarum vulnera obducentis? annon
ille Dux eſt,Tartarei hoſtis aggreſſiones vigilantiâ ſua repellens? annon demùm
Nauarchus ille eſt, Eccleſiæ ſuæ nauiculam pietatis arte gubernans? quantùm
igitur hoc diuino conſilio aduerſetur, validiſſimè Sanctus Leo Pontifex edocet;ani-
maduertit enim tantus hic Eccleſiæ Magiſter, Chriſtum Seruatorem, non ſecun-
dùm Aaron Sacerdotem appellari: hoc namque Sacerdotium, ſine meritorum exa-
mine, ſola ſucceſſionis, & ſanguinis vi donabatur, at ſecundum ordinem Mel-
chiſedèch, qui ſcilicet genitorum omnium ordine prætermiſſo, ſolus ſine ſangui-
ne memoratur: non igitur humanis rationibus merienda eſt Antiſtitum electio,
ſed tantùm animarum vtilitate libranda, adeòque fidelibus populis, quos, Spiritu
Sancto dictante, Apoſtolorum Principes genus electum, Regioſque Sacerdotes no

minauit, Epiſcopi ſunt aſcribendi, quos non humanum conſilium, ſed Spiritus Sancti ſapientia ad tantum munus accerſiuerit; ſed recitanda ipſius Magni Pontifi- A
Serm. 2. in anniu. ſuæ aſſumpt. cis verba ſunt, *Secundum ordinem Melchiſedech, non ſecundum ordinem Aaron, cuius Sacerdotium per propaginem ſui ſeminis currens temporalis miniſtery fuit, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech, in quo æterni Pontificis forma præceſſit; denique cum huius Diuini Sacerdotij Sacramentum, etiam ad humanas perueniat functiones, non per generationum tramitem currit, nec quod caro & ſanguis creauit eligitur, ſed ceſſante priuilegio Fratrum, & Familiarum ordine prætermiſſo, eos Rectores Eccleſia accipit, quos Spiritus Sanctus præparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuerſitas Sacerdotalis atque Regalis eſt, non prærogatiua terrenæ originis obtineat victoriam, ſed dignatio cæleſtis gratiæ gignat Antiſtitem.*

§. II.

NEC ſolì dignitati Epiſcopali, ſeù ſubiectis populis ex tàm ineptâ Antiſti- B
tum electione pernicies ingens infertur, ſed ipſa propè dixerim Vniuerſalis Eccleſia mirùm quantùm denigratur! quo enim ex fonte tanta eius maieſtas & amplitudo manauit, tot plauſus præconiaque, quibus extrema vſque terrarum littora, illam concordi veluti panegyri commendant, ipſique oppugnatores celebrant, vnde nam tam vberi, perennique venâ prodiere, præterquam è virtute, ſanctitate, ſapientià, quibus omnium decurſu ætatum ſui Præſules effulſerunt? ſicut autem copioſa ſunt, quæ ad hoc confirmandum adduci è veterum monumentis poſſent exempla, ſic etiam à Regij Vatis oraculo idem hoc apertè demon-
pſ. 44. 17. ſtratur; huiuſmodi autem illud eſt: *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*: in his Eccleſiæ Patribus Diuini Spiritus luce à Dauide præcognitis, Apoſtolos, eorumque ſucceſſores Epiſcopos, Patres ſimul & Filios, eiuſdemque Eccleſiæ Principes exprimi, ſuperiùs latè probauimus: hi er-
up. cap. 3. go, ſubdit Regius Cantor, *Memores erunt nominis tui in omni generatione & gene-* C
rationem: tam excelſæ genitricis ſe filios dignos exhibebunt, illamque tùm ſapientiæ, tùm integritatis radijs illuſtrare pro viribus ſuis contendent; ſic iſta olim explicauit Diuus Cyrillus Alexandrinus his vocibus, *in ordine Patrum diſcipuli ſa-*
D. Ciriſſ. ibid. *pientiſſimi Eccleſiæ præpoſiti ſunt, ideo hi ſunt Principes in omni terra*. quid autem ex hiſce prouenerit, Vates oſtendit, *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi*: particula illa cauſatiua *propterea* apertiſſimè docet, ex illuſtrium Antiſtitum electione maximum in Eccleſiam deriuandum incrementum, maximèque eius amplificandam nobilitatem: hinc ipſa non à Theodoſijs tantùm & Valentinianis, ſed ab ipſis Tyrannis Gibuldis, Maximis, alijſque barbaris efferatiſque Regibus obſequium extorquebit. Quà propter, qui pro patribus viros illi dederit non cæleſtia, ſed terrena ſapientes, nefaria proditione illam inſectabitur, eius famam extinguet, eius coronas excutiet, eius honeſtatem proſtituet, eius candorem per ſummum dedecus incæſtabit. Quàm inſignia ſunt, quæ non memoratis tantùm è Vate Regio verbis, ſed Iſaiæ pariter vaticinio Deus illi promiſerat! D
Iſa. 54. 11. *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Zapphiris & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos*. Fundamenta hæc & has Eccleſiæ ianuas, Epiſcopos eſſe doctiſſimus Cæſareæ Antiſtes Euſebius aſſerit: his enim illius moles incumbit, eorumque operâ iuxtâ Diui Auguſtini philoſophiam, veluti ianuis reſeratis, ad Dei nomen adorandum & excolendum populi fideles accurrunt: Viden igitur, vt à Deo ſuæ Eccleſiæ viri Antiſtites ſpondeantur, qui virtutum pretio clariſſimi, longè magis illam exornant, atque irradiant, quàm tot gemmarum faces, quibus pauimenta elucebant, & ſuperbi Neronis Domus aurea illuſtraretur? quà igitur de cauſà tantam luminis acceſſionem obſcurare, Principes audeant, & abiectis ineptiſque electionibus efficere, vt triuij lapidibus Sanctuarij gemmæ ſint comparandæ?

Ad hæc profectò calamitatum extrema Hugonis Cardinalis ætas acceſſerat, adeò vt Cleros & populos in poſtulandis Epiſcopis, ſtygijs ſpiritibus compararet, cum omnium

A omnium peſſimum ſibi illi frequentiſſimè præficere aſſueſcerent: audiantur iam eius verba, *Hodie non de bonis melior, ſed de malis peior frequenter eligitur, in quo eligentes ſimiles Dæmonibus ſunt, qui peiorem Diabolum ſibi caput conſtituerunt.* Nec tamen ille ignorabat, non ex omni ligno Mercurium elaborari. in d. c 6. Luc.

Sed alio etiam è capite, ex ineptorum Præſulum electione ingens in Eccleſiam detrimentum eriuatur: ſi namque iuxtà Socratis placitum apud Plutarchum, & apud Stobæum Theophraſti, optimè Reſpublica illa geritur, vbi vitio pœna, & præmium virtuti refertur, ſi duabus hiſce adamantinis columnis, Platone docente, Imperij Moles innititur, ſi Xenophonte teſte, deforme quid & incompoſitum regimen politicum eſt, niſi ordo iſte ſeruetur, quàm ingens, & perniciosa perturbatio erit Eccleſiæ, quam pretioſâ ſui ſanguinis vndâ Christus Aſſertor exornauit, ſuaque ſapientiâ, patratiſque miraculis, vt integra illibataque floreſceret, roborauit? *Chriſtus*, ſic de ea Apoſtolus, *dilexit Eccleſiam & tradidit ſemetipſum pro ea, vt mundaret ſibi ſponſam non habentem maculam neque rugam*: Quàm igitur acerbè illa ingemuit, cum violenter cogitur ſponſis adiungi adeò ſibi candore morum & pietatis formà difformibus, ſpectatque primæuam ſuæ pulcritudinis ſpeciem ferè marceſcere, nullamque adoleſcere ſpem, quà ſe deperditâ nobilitate coronet! ſi namque debita virtuti præmia, vitij potentiâ rapi cognoſcat, ſi viros vndequaque indignos ad excelſiora honorum faſtigia elatos aſpectet, ſuoſque ſacros labores nullâ mercede donati, ſquallida iacet in viâ, cunctiſque deſtituta præſidijs, exoſa omnibus elangueſcit: laborioſa enim virtutis via, adeò ardua eſt, tot periculis obſita, tot irrigua ſudoribus, vt niſi obtinendæ mercedis ſpes & gloriæ ardor alas ambulanti ſubminiſtret, nullis attrita veſtigiis erit via virtutis: quà propter iuremerito Plautus

Plut. in apophteg. Stob. ſerm. 43.

de Cyri inſtit. l. 2.

Epheſ. 5 25

B

Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas,

Vix virtutis viam ad honores non adducere, homines aduertunt, meritique iubar ad dignitates acquirendas ſibi potius officere, quàm iuuare, adeò vt eodem vento quo portus eſſet donandus, naufragia offendamus, vt ſtatim ab eius itinere defatigati ſe ſubtrahant, nec rarò fit, vt viâ virtutis omiſſâ, per confragoſas vitiorum ſemitas ſe præcipites agant; *quippè*, vt benè Salluſtius, *gloria induſtriâ alitur, vbi eam dempſeris, ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt*: quod ſi aſſeclas multos virtutis palæſtra non habuerit, fieri nequaquam poteſt, vt ipſa etiam Eccleſia virorum illuſtrium paucitate non laboret, adeò vt quòd praui eligantur, ex voluntate primùm ſit, ſed poſteâ ex neceſſitate, cum idonei ad tantum ſuſcipiendum miniſterium reperiri non poſſint; æquum enim quodammodo videtur, vt quæſiti non habeantur, qui reijciebantur inuenti.

C

Orat. 3 de Reip. ord.

Dum repræſentata Nabucodonoſori arbor adhuc vigeret, fauſta omnia procedebant; ramis enim volucres inſidebant, dum belluæ diſperſis ſolo fructibus paſcerentur; at vbi ſtrata, exciſaque fuit arbor, belluis ramos eius occupantibus, cæli volucres auolarunt. Quàm aptè in hac arbore, noſtra Chriſtiana Religio deſcribitur? *Magna arbor & fortis & proceritas eius contingens cælum, aſpectus eius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ*: vides quàm ſit eius vndique circumfuſa maieſtas! quoadvſque igitur huius arboris ramis, hoc eſt ſacris ſedibus & Præfecturis illi inſidebunt, qui volucrum inſtar aureis pietatis pennis inferiora hæc dedignati, ſuperas cæli ſedes aſſequi conabuntur, iumenta verò pecudeſque, hoc eſt belluini craſſique ingenij viri ſtipiti hærebunt, truncoque, quem mente exprimunt, damnabuntur, bene eſt, florebit Eccleſia, ſuaque ſpecie ſuperbiens oculos intuentium recreabit; verùm ſi, qui pedeſtri ingenio, moribuſque efferatis & ſtolidis iumenta referunt, præpoſtero ordine ramos eius inuadant, aueſque inde repellant, ſibi ſedes illas primarias occupantes, quæ clades quæ vaſtitates impendent! magni mihi hæc dicenti ponderis eſt authoritas Richardi Victorini, quem expleto iam hoc opere inopinatus offendi, ſic igitur tantus vir! *Quid quæſo hoc genus monſtri eſt, quod noſtri temporis arbores, Vrſos & Leones, vel alias huiuſmodi beſtiales mentes portant in ramis, volucres verò cæli & volatilia pennata contra conditionis iura Creatoriſque inſtituta premunt in imis? quoties ego ipſe vidi, videnſque ingemui impium*

Daniel. 4 9

D

lib. 2. de erud. inter c. 17 l. 2.

pium

pium ſuperexaltatum & eleuatum ſuper Cedros Libani, quid quæſo eſt, quod facitis, A *eiuſmodi bruta & beſtialia corda in ſublime attollitis & velut in aere ſuſpenditis?* atque vtinam vt huiuſmodi peſtis Richardi tantùm ætate irrepſerit, noſtriſque & futuris inde ſeculis eius monitum obſeruetur! *conuerſentur volucres cæli in ramis, locumque teneant in ſummis, quos ſubleuat penna ſanctitatis: beſtiæ ſub ramis locum teneant in imis.*

Quantâ profectò deformitate corpus humanum ſordeſceret, ſi pedibus collo impoſitis, infimâ caput corporis ſede locaretur! deformius tamen & monſtruoſius Eccleſiæ corpus videretur, ſi infra alios deprimerentur, qui pio morum candore cæteris alijs vt capita ſupereſſe deberent, qui verò vt pedes ſubijciendi alijs eſſent & ducendi, in ſupremâ corporis ſede tanquam capita locarentur: hoc ipſiſſimum eſt, quod aliàs Sanctus Bernardus edocuit: *Pedes ſunt ſupra caput, vbi viri ſpirituales deſpiciuntur, homines vero terrena ſapientes, & ad ſolum regimen temporalium vtiles, in honore habentur.*

in expoſ. Reg. S. Benedp.3.c.7

Prou.25.3.

Cælum ſurſum & terra deorſum ait ſapientiſſimus hominum: ſic Deo architectan- B te moles hæc vniuerſi compoſita: tam concinna eleganſque rerum creatarum conſonantia, turbanda non adeò eſt, vt terræ ſubijciendum ſit cælum; procul à nobis ſint Ethnicorum deliramenta; Taurum, Scorpionem, Arietem, aliaque id genus, quibus Cæli Zodiacum colorarunt, cælo imponunt, telluris vero profundiſſimo ſinu Elyſiorum campos, Heroum receptacula coërcent. Thronis, lucidiſſimis ſcilicet ſacri cæli ſyderibus cæleſtes genij adeſſe debent, qui eorum motus librent, & harmonica concinnitate diſponant: faceſſant ab eis Phaëtontes, qui væcordi ambitione æſtuantes, ſuſdeque omnia permiſceant, orbemque totum miserandæ flammarum eluuione confundant. Huic potiſſimùm rationi, Romanæ Reipublicæ vertebat excidium vir prudentiſſimus Cato, Diuo Auguſtino referente, quià nempè commendatâ virtute probatiſſimi viri deſpiciebantur, improbiſque tantum viris, & luxu ambitioneque deformibus prima ſubſellia patebant, ſecures, faſces, Præfecturæ, Triumphi donabantur: *laudamus virtutem, ſequimur inertiam: inter bonos & malos nullum diſcrimen,* & quod omnium flagitioſiſſimum eſt, *Omnia vir-* C *tutis præmia poſſidet ambitio.*

lib. 5. de Ciuit. Dei c.12.

Quà quidem ratione Dominicus Soto, ad idoneos tùm doctrinâ, tùm pietate viros eligendos, Principes omnes excitaturus, hoc illis oſtendit, quod nempè totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalus, & ſanguinis à Chriſto tam magnificè effuſi perit, vel periclitatur vtilitas, ſi virtute neglectâ, inepti, ſocordeſque viri in Antiſtites eligantur.

Ineptorum Antiſtitum electionem ipſiſmet Electis eſſe pernicioſam. Cap. XVIII.

QVIS autem ſibi in animum induceret, electiones huiuſmodi, quibus inter D Antiſtites viri adſcribuntur, nullâ vel doctrinâ vel pietate imbuti, electis ipſis fore pernicioſiſſimas? ſuprà Templi pinnaculum illos adducere, deijcere eſt, vt in Auerni profundiſſima præcipites ruant: quod ſi Ozæ, ex eo quòd periclitanti Arcæ ſuis humeris fulcimentum non ritè diſpoſitus præbuerit, capite audaciam luit, quod nam diſcrimen ille ſubierit, qui ſe Eccleſiæ regimini donari permittit, non vt illam à lapſu ſeruet immunem, ſed vt ruinis Eccleſiæ, quam Arca exprimebat, ſibi aditum ad honores moliatur, & viam ſternat ad faſtigia dignitatum? *Si Oza moritur qui humerum ſuppoſuit, ne Arca Dei corruat, quid illi merito fiet, qui ſuper Eccleſiam Chriſti, vt eius ruina ipſe ſublimis videatur, exultat?* Quà propter non amore ſed odio duceretur Princeps ille, qui viros huiuſmodi ſacris Infulis ornandos poſtularet: ingens profectò penſio eſt, quæ apud Inferos ſoluenda eorum Eccleſijs imponitur, & pro tenui inanique honore, ſempiternâ ignominiâ damnarentur: ſic ſerpens in ſublime fertur ab Aquilâ, vt grauior inde lapſu corruat, & lethali vulnere collidatur: hac de causâ ad Electores conuerſus Richardus Victorinus

D.P.Dam.

ctorinus

ctorinus argutè ſic eos alloquitur : *Si verè eos diligitis, cur eis non parcitis? quid* 12. de erud. inter hom. c.17.
A *quæſo eis aliud quam ruinam paratis, dùm eos ad alta ſuſpenditis, & quaſi in ramis*
portatis! quid aliud quiſque ſuo ſublimatori dicturus eſt in fine, in ipſo confinio ruinæ,
niſi quia eleuans alliſiſti me?

Verùm quià de periculis hiſce ſuperiùs à nobis memoratis, alius nobis oppor-
tunior ſermo tecurret, detrimenta nunc, aliaſque temporaneas pœnas, quibus
Antiſtites inepti ſubijciuntur, aperire tantùm licet : illud igitur mihi pro comperto
to eſt, ab ipſo honore eos dehonorari; excelſa enim in ſede poſiti clariùs ineptiam
ſuam oſtendunt, & quam probatiſſimæ opinionis lucem, priuatim viuentes com-
parauerant, publicè expoſiti ad dignitatis iubar obſcurantur: profectò non aſcende-
re hoc eſt, ſed in ima inter excelſa deſcendere, adeò vt Regij Vatis illud vſurpare ps. 87.16.
ſibi meritò poſſint, *Exaltatus autem humiliatus ſum.*

Fax quædam dignitas eſt, ad cuius fulgorem, propenſiones, maculæ, vitia il-
luſtrium virorum elucent, eorumque ad tantæ ſanctitatis attingendum faſtigium
B impares vires oſtenduntur : ſanctuarij lux ipſa eſt, quæ ad ſicli pondus candidato-
rum pondus, certà quadam ſtataque lege manifeſtant; lapidem denique lydium
ipſa exprimit, ad cuius experimentum virtus probatur, an aurum obryzum, ſiue
ementitum ſit & adſcititium; tenebras igitur lux ipſa parit, & nox emergit è die: de conſ. prof. 6.
quam ad rem egregiè cadit illud Boethij, *Collata improbis dignitas non modo non ef-*
ficit dignos, ſed prodit etiam & oſtendit indignos : quod pariter in ignauos, ignaroſ-
que viros referri optimè valet,

Solis Currum Epiſcopalis ſella deſcribit, de quâ non immeritò noſtræ ſalutis
Magiſter, Epiſcopos alloquens ait, *Vos eſtis lux mundi.* quid ergò aliud eſt ad eius Math 5.14.
regimen præficere non Apollinem, ſed Phœtontem, quàm præcipitem illum age-
re, vt dedecoris vndis ſorbeatur; illis ſanè adnumerabitur, qui

Tolluntur in altum Claud. in Eutrop.
Vt lapſu grauiore ruant.

C Hac pœna eorum Deus audaciam retundit, qui ſui immemores excelſiora ſcan-
dere faſtigia dignitatum anhælant; non illos quidem Deus amat, ſed eis iraſcitur,
dùm coronat : ambitionis magiſterio vt excelſa poſſideant permittit, vt poſteà in
erubeſcentiæ pelagus deturbatos inde repellat, *Deiecisti eos dùm allenarentur*, Re- ps. 71.
gius ait Vates: quæ verba perpendens Diuus Auguſtinus admonet, ex ipſomet aſ-
cenſu caſum emanaſſe; deſcenderunt, quià aſcenderunt, ipſumque incrementum
monſtruoſo fœtu peperit decrementum. *Deiecisti eos quià elati ſunt, non quaſi* ibid.
poſtquam elati ſunt deiecti ſunt, ſed ipſum efferri, iam cadere eſt.

Lepidà ad hoc roborandum ſimilitudine Plutarchus vtitur : ſicut enim ſi quis
excelsâ, illuſtrique ſtylibara Nani alicuius ſimulacrum imponeret, eius deformita-
tem magis ſpectandam exhiberet, eòque magis ludibria & irriſiones adſtantium
excreſcerent, quò fœdior eſſet eiuſdem ab illâ diſſonantiâ; cùm econtrà ſi tam
magnificâ baſi careret, populorum ſcommata & ſannas effugeret; ſic propemo-
dum, qui dignitatum in ſedibus, quæ Gigantibus fulciendis aptæ ſunt baſes, viros
tùm doctrinâ tùm moribus, nullà ratione ſpectabiles, & ferè dixerim pumilio-
D nes, honoris ſpecie collocaret, ridiculos protinùs illos efficeret, & aliorum di-
cterijs & illuſionibus dilacerandos obijceret; plauſus ambitionis vi affectarunt, &
collegerunt: audi iam Plutarchum: *Si quis ſtatuas paruas atque ridiculas pedamentis*
& baſibus magnificis ſublimibuſque imponeret, multò minores ad aſpectum proponeret,
multo magiſque ridendas : ità ſanè qui indignos dignitate & honore, atque virtutis
merito puſillos in ſublime extollit.

Aptiſſimè huc referri valet, quod de clariſſimà Vrbe Tyri Ezechiel vates com- 27. 11.
memorat : cùm enim eius excellentiam tùm elegantiâ, tùm fortitudine, tùm præ-
ſidiariorum robore impenſiſſimè commendaret, ſubdidit, *ſed & Pygmæi, qui erant*
in turribus ſuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt. Ne Plinij commentitios Pygmæos hos Prado ibid.
eſſe credideris, ſed iuxtà mentem clariſſimi in explicandis ſacris litteris viri, illi
erant, qui humanæ quidem ſtaturæ conformes, præ mœniùm tamen altitudine ab
hominum oculis euaneſcentes, decurtati homunculi Pygmæorum imagine vide-
bantur; vſque adeò dignitatis faſtigium procetos quoſque viros extenuat, eo-
rumque

Digitized by Google

rumque merita adeó diminuit, vt deſpiciendos irridendoſque efficiat: quid igitur A
de illis dixeris, quibus adeò tenue meritum eſt, vt ne quidem mediocrem ſtaturam
attingant?

Quà propter Cæſarem meritò redarguit Cicero, eò quod ille non honeſtatis &
iuſtitiæ titulo, ſed priuatis quibuſdam rationibus ductus, munera quædam aliqui-
bus obſcuri nominis viris fuiſſet elargitus: libertatis ig tur ſuæ memor ad Cæſa-
rem conuerſus ait, ſub imagine honoris ſe illos dehonoraſſe, & dignitatibus ipſis
eorum patefeciſſe indignitatem: *Cæſar cum quoſdam honorare voluit, non ipſos ho-
neſtauit, ſed ornamento deturpauit*: huiuſmodi viris ſcatuere præteritæ ætates: illi
enim cùm priuatim degentes, vel ab aliorum oculis ſe ſubducerent, vel mentis
probitatem ſimulatà ſpecie venditarent, mirùm quantùm ſibi nominis & famæ
conciliauerant: ſed poſteâ quàm meritis deſtituti ſacras ſedes aſcenderant, ipſa-
met dignitas eorum inanitatem oſtendit, eòque magis inepti & impares ad tantum
munus viſi fuerunt, quò eius præſtantia ad multa facienda eos cogebat; optimè
Ariſtot. ſanè hìc Philoſophus: *Principatus virum oſtendit*. Eodem hi tempore ſe maiores, B
ſeque minores oſtendunt, creſcunt ſimul & decreſcunt: excelſos dignitas, abie-
ctos declarat ignauia: aſcendentes deſcendunt, & inter obſequia adulantium po-
pulorum deſpicabiles omnibus irridentur: aptari illis meritò poſſunt, quæ Saluia-
lib. 1. de Eccleſ. nus alias ait; *in te maior iam minor, nouoque, & ferè inaudito genere creſcens ſimul
& decreſcens*.

Eximiè huic rei conſonant, quæ Magnus rerum ſacrarum Interpres refert ad il-
Geneſ. 2. 1. la Geneſeos verba *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum*. Orna-
tum illum rectè Hugo Cardinalis conſtituit in eo diſcrimine, quo terram Deus ſegre-
gauit à Cælo, hoc in excelſiori mundi parte collocato, illâ verò in eiuſdem infima
Hug. ibid. hac regione ſuppoſitâ, *Creati ſunt, ideſt diſtincti ſunt*, ſic ipſe explicat: quis ergò
non crederet ex hac inſtitutâ diſtinctione, tàm cælum ornari, quàm dehonorari
tellurem, cùm abiectiſſimum & omnium infimum locum ſortita fuerit, quo non
homini tantùm, ſed belluis ipſis calcanda committitur? hoc tamen illud idem eſt,
quo pariter tellus non ſecus ac cælum ornatur: nam eius conſiderata conditione, C
quæcumque alia ſuperior illi ſedes attributa, deformaſſet illam potius, & irriden-
tium cachinnis videndam obieciſſet, vtpote, quæ non ſibi congruum & aptum lo-
cum habuiſſet; ſic propemodum in re noſtrà pariter fit, vt ſi vir non cæleſtibus de-
ditus at terrenis, non Deo plenus at mundo, non alios corrigere, ſed ab alijs
corrigi, non alios erudire, ſed ab alijs inſtrui aptior, priuatæ vitæ officijs detineatur,
vrbium decus & ornamentum fit, eò quòd ſibi maximè congruam, ſibique debitam
ſedem impleat: ſi autem terreni vaporis inſtar, extranei patrocininij vi, elatus in
ſublime ſplendidam induat ſpeciem, ementitàque luce ſuperbiat, riſus illicò ex-
citat, nec è ſyderibus vnum, ſed ſplendidum veluti figmentum oculos ridentium
trahit, cùm peregrinum & ſibi difformem locum vſurpet, eàque de causâ fiat, vt
lucem è dignitate mutuatam diù ſeruare non valens, tenebras erubeſcentiæ induat,
& priſtinâ fœlicitate depoſità, omnium infœliciſſimus videatur: vnus quidem erit
ex illis, de quibus hæc olim Sanctus Petrus Chriſologus; *Quidam ante dignitatis* D
*adeptionem ſatis commendabiles exiſtunt, ſed ſuper Candelabrum Eccleſiæ conſtituti
lucem in tenebras & famam in infamiam converterunt: vtilius pleriſque fuiſſet adhuc
latere ſub modio, quàm cùm infamià candelabrum aſcendiſſe; adhuc enim turpitudo
eorum ſub paupertatis obſcuro lateret, niſi eam dignitas euulgaſſet: creuit honor, &
cùm honore infamia: priuati peccato ſæpe parcitur, ſed ſi Prælatus deliquerit, in eius
infamiam linguæ omnium acuuntur*; hæc omnia poſteà Sanctus Bernardus appro-
bauit: iiſdem hunc dicterijs inceſſit Diuus Gregorius Nazianzenus, quibus olim
ſerm. 23. in Cant. aliquos lacerauit, qui nullo meritorum præſidio ſuffulti ſedes Epiſcopales atti-
gerunt; recito eius verba: *aliorum me puduit, qui cùm plebeis hominibus nihilò
Orat. 1. meliores ſint, atque vtinam non etiam multò peiores, &c. qui etiam eis, quibus præ-
ſunt, numero iam propemodum ſuperant, pietate miſeri, dignitatis ſplendore infæli-
ces*. Proh quàm infœlices, cum implicatiſſimi plurimis irretiantur erroribus, nec
Ariadnę filo edocti ambages illas circumpoſitas, flexuſque illos Mæandricos ſciant
eludere! Proh quàm infęlices, cùm ingentibus ſe onerauerint debitis, quibus
anima-

A animarum impoſita cura graueſcit, nec poſſideant in numerato pecuniam, quâ ſatis ſibi facere poſſint! Proh quàm infęlices, cum decus & dulcedinem libertatis amiſerint, quæ tanta res eſt, vt inauguratus recens Epiſcopus acerbè mecum de hoc conqueri non dubitauerit, licet non ferreâ ſe vinciri catena, ſed aureâ, illi ad ſui doloris leuamentum affererem! Proh quàm infælices, cùm proprijs deceptos ſe votis agnoſcant; nulla enim res eſt, cuius adeò eos pudeat, & pœniteat, quam ille ipſe honor, quo alios excellere arbitrabantur; *nec plus aliquid humiliat potiſſimos, quàm obtenta ſublimitas*, vt argutè ſuo de more Ennodius! Proh quàm infęlices, cùm aculeis & curis rigeſcere thiaram ſentiant, & in ſubiectum caput ferocire! Proh quàm infælices, cùm ſuæ tenuitatis conſcius animus ipſe ſe laceret, ſeque increpet ob deſidioſe actam ætatem, & inutiliter ſedem occupatam! Proh quàm infęlices, cùm in pondere tolerando defatigati deſudent, & ſub tegiminis mole pœnè fatiſcant! Proh quàm infælices, cum dicterijs ſuum corrodi nomen ob audiant, ſuaſque maculas luci vniuerſitatis obiectas videant, quas cæteris occultas ipſe ſibi v- l.9. ep.35. lib. de plāt.
B nus agnoſcebat! verè enim de his Philo, *gloria inſipientis maculam reddit illuſtriorem*: illuſtres iſti & conſpicuos ſe populis oſtendere ſtudebant, ſed vulgi fabula fiunt, & iocularibus collocutionibus per vias & fora materiam ſuâ ignauiâ ſubminiſtrant; quâ propter quanta ſit eorum erubeſcentia, quis pro dignitate deſcribat, cùm gregem ad Chriſti paſcua adducere non valeant, illique aperire viam beatitatis ignorent? vt enim ſapientiſſimè Sanctus Hildebertus *Nihil eſt ei cum Prælati officio, cui nec mores ad exemplum, nec ad doctrinam ſcientia ſuffragatur*: quare poſteà fit, *vt cæteris præſideat non ad diſpendium ſanctimoniæ, ſed ad culpæ iudicium.* Fictitius ergò non verus Præſul hic eſt; Præſulis tantùm nomen & ornamenta eius indutus, eius partes explet in ſcœna & geſtum facit in theatro: quid ergò mirum, ſi ſcænicà tantùm imagine Præſulem agens contemnatur à populis, nullamque venerationem in illis dignitas ſortiatur, quam ſortitur in alijs? quamuis, vt ſuperiùs oſtendimus, graui ſe crimine implicent gentes in eiuſmodi deſpicientiâ ep.38.
C exhibendâ.

§. I.

HOC idem ſuæ ſapientiæ calculo approbaturus Sanctus Chryſoſtomus rationem inueſtigat, quà Elias obſeruantiæ immemor, cuius lege non vt aulicus tantùm, ſed vt ſubditus ſuum erat Principem obſecuturus, cum conquerenti Regi Achab, quod expetitas pluuias detinens, ſuum ipſe regnum ſuſdeque miſceret, nullà illi veneratione exhibità, ſeque ei parem faciens, audacter reſponderit, *Non ego turbaui Iſrael, ſed, tu & domus patris tui*: Sic ne igitur diuinum violat præceptum Elias, quo Principem tanquam Dei imaginem obſeruari mandatur! Siccine gentium ius, imò naturam ipſam euertit, quæ in Apibus ipſis ad præſtandum ſuo Regi obſequium, mentem quandam inſinuauit? nulla te admiratio diutiùs teneat, ſic monet Ioannes Cryſoſtomus, *etenim tanquam in ſcena, & non in veritate ſibi Regem cernere videbatur*: Commentitius Rex Achab erat, regia illi prò ho. ad pop: Antioch. 3. Reg. 18. hom. 8. ad popul.
D ſcœna erat, vbi non Rex, at Rex perſonatus incedebat: non animus illi, non mens, non virtutum ornamenta, quæ Regem decent, nec gemmæ, quibus diadematis maieſtatem illuſtraret: quà propter non verum & ſuum alloqui Principem arbitrabatur Elias, ſed theatralem tantùm & ſcænicum, adeòque cùm de re diuinâ ſecum ageret, obſeruantiam illam ei præſtare recuſabat, quàm cæteroquin dignitas tam excelſa poſcebat: Regis in eo contemplabatur titulum non animum, ſceptrum non virtutem: lucebat in Regis fortuna, ſed Rex ipſe latebat, & operibus ſe Regem eſſe pernegans, vmbram Regis referebat regium ſolium occupantem.

An non deuolutis proximè ſæculis, ſcænici & ementiti fuere Præſules aliqui, quos Præſulum vera ornamenta deſerebant? licet enim veſtimenta tituloſque gererent ſplendidos & illuſtres, eorum tamen mores obſcuri admodum erant & vulgares: diſſonabant titulis opera, & colloquia non ſacros & profanos Antiſtites oſtendebant; frequentiſſime igitur ſibi perſonâ detractâ, non eſſe veros, at fictitios

Digitized by Google

lib. 4. de Gub. & theatrales Hierarchas ſe exhibebant: ad hæc diuino ardore ſuccenſus ait Saluianus, *Nomen ſine actu & officio ſuo nihil eſt: quid eſt aliud Principatus ſine meritorum ſublimitate, quàm hominis titulus ſine homine?* A

Hinc pijſſimus & famâ ſanctitatis celeberrimus Bernardus ex ingenti, quo ardebat deſiderio, vt Pontifex Eugenius curas omnes, omneſque vires in Epiſcopis eligendis intenderet, eâ fuit in mente, vt Præſules, qui nullâ meritorum dote diuites ſacri dignitati deſponſarentur, Ciuitatem mœnibus ſpoliatam, montique ad omnium oculos imminentem appellaret; lucernæ comparabat extinctæ, quæ argenteo candelabro impoſita, tetrum tantùm fumi volumen exhalet, ſeu viro adulterina facie induto & perſonato, *qui eò infirmior quò illuſtrior paret*; Simiam dixeris, quæ hominem, ſeu Leonem veſte præferens, puerorum ludibrio inſeruit, & ioco tranſeuntium: *Simia in tecto ſine palam poſita irriſioni & ludo puerorum obijcitur; Princeps aut Magiſtratus inſipiens, & honore indignus irriſioni & contumelijs ſubiacet.* Potuit quidem Princeps ad Eccleſiæ Præfecturam illum eligere, electumque poſtulare, ſuæque patrocinio authoritatis Leonis illi ſpeciem induere, vt alijs emineret, ſed eius opera, eius animum immutare non valuit; ad Thiaram quâ fulget, ad lituum quem tractat, ad ſolium quo aſſidet, Præſul videtur & veluti Leo Rex belluarum, ad opera, ad ignauiam, ad vitia quis eum Simiam eſſe negauerit? B

In huiuſmodi Præſulem aculeato ſtylo Petrus Bleſenſis aſſurrexit, non eum Apoſtolorum & Prophætarum ſucceſſorem deſcribens, at eorum inane ſimulacrum & ludicram ſimiam, cum tam longè ab eorum ſanctitate eius geſta deſciſcerent. Afferre placet verba Bleſenſis: *Prophetæ & Apoſtoli, quorum ſimulachrum gerit, (quorum potius ſimia eſt tanquam degener ſucceſſor & hæres reprobus) fortes fuerunt*
ep. 8. *in bello, non molles in ferculis, non gulæ dediti, non ſuperbi, non inuidi, nec rapaces, non libidine ſubnervati: Ridiculum eſt in Prælato, præeminere populis & vitijs ſubiacere, eſſe lingua magniloquum, opere vero eſſe puſillanimum, remiſſum & infimum, pompaticè & voluptuosè incedere, & integræ teſtimonium conſcientiæ non habere.*

Hæc mihi ſcribenti cor propè dixerim deficit, incertoque motu manu trepidante vix calamus ſubſtat, totuſque rubore ſuffundor, cum me vnum ex his eſſe comperiam, quem nulla tantæ dignitati par virtus exornat. Imperio quidem ſuo, ſemper mihi & omnibus memorandus Vrbanus Octauus valuit meam tenuitatem Leoninâ ſpeciè induere, ſed animum roburque Leonis ingerere mihi non valuit: ſicut autem tanto in onere excipiendo meas ſuperante vires impudens fui, ſic vereor, ne veluti huius dignitatis Simia irriſiones aliorum patiar, Deique iudicantis ſupplicia: illud igitur ſtatuo, quod ſi ad tam excelſum miniſterium viri non idonei eligantur, perniciosiſſimam fore ipſis electis huiuſmodi electionem. C

Antiſtitum Electionem non ritè factam ipſis Electoribus fore exitioſam. Cap. XIX. D

VErùm ſi tantus malorum imber in eos irruit, qui viribus impares ad ſacras ſedes adducuntur, haud quaquam minor illa pernicies erit, quâ Eligentium nomen & ſalus affligetur: vt autem à famâ ſumam exordium, quis neſciat multum illis gloriæ & exiſtimationis auferri, quam cæteroquin è proba Antiſtitum electione nomini ſuo collegiſſent; in electionibus faciendis non decipi, Principis
ſum 44. eſt ſapientiſſimi & æquiſſimi: propterea Democritus apud Stobæum, *Iuſtitiæ & virtutis maximam partem habet, qui honore dignos honorat*: quantam laudum & præconiorum ſegetem Macedo eſt Alexander adeptus, eò quod interroganti quemnam in ſui imperij ſolium ſubrogaſſet, reſpondiſſe fertur, teſte Iuſtino & Curtio,
Iuſt. l. 12. Curt. l. 10. 2. Ethic. *digniſſimum?* quâ in re ſuo Magno præceptori concordauit dicenti, *Dignum eſt dignos Principari.*

Cum Piſonem adoptaſſet Galba, ſibique eum in imperij regimine deſignaret, iure quidem meritò ſe omnes naturæ leges aſpernatum iactabat, ſolaque Reipublicæ

A bicæ vtilitate ſpectatâ, non ſanguinem, non agnationem reſpexiſſe, ſed meritum, & extero viro ſuoſmet affines & conſanguineos poſthabuiſſe; quâ de re tantus adeò Cæſar ſuperbiebat, vt ipſimet Auguſto parem ſe faceret, eoque etiam clariorem ſe ſuaderet; quam pulchra ſunt eius verba è Tacito; *Auguſtus in domo ſucceſſorem quæſiuit, ego in Republicâ, non quia propinquos aut ſocios belli non habeam, ſed neque ipſe imperium ambitione accepi, & iudicij mei argumentum, non ſint mea tantum neceſſitudines quas tibi poſtpoſui, ſed & tua: eſt tibi frater pari nobilitate, natu maior hac dignus fortunâ, niſi tu potior eſſes.* O Principe non Ethnico ſed Chriſtiano dignas voces! O facinus, quod aureo ſtylo inſcriptum plaudentis famæ pennis quocunque eſſet aſportandum, vt Principes omnes in faciendis Principum electionibus, ad eius imitationem accendat: hoc pariter modo Seuerum Alexandrum commendat Lampridius, eò quod illuſtribus Præfecturis indignos quoſdam viros exuerit, vt conſpicuos alios & dignos illarum lumine decoraret: quid de Theodorico? cæteris hic ſe Principibus Solis inſtar præſtare arbitrabatur, eò quod radiorum inſtar, illuſtres ipſe viros emitteret ad Reipublicæ iubar ſimul & regimen; audi iam è Caſſiodoro, vt Gothicum redolens faſtum hæc de ſe commendet Theodoricus. *Hoc cunctis laudibus meretur efferri, quòd diuerſarum Ciuitatum decora faciet aptis adminiſtratoribus videtur ornari, &c. exeunt à nobis dignitates relucentes quaſi à Sole radij, vt in orbis noſtri parte reſplendeat cuſtodita iuſtitia.* Et noſtram quidem ad rem, Ioannes Octauus totius Chriſtianæ Religionis Moderator, Carolum Caluum Galliatum Regem in Epiſtolâ ad eum tranſmiſſâ, inter alia multa, quibus eius pietatem, & ſpectatum ſtudium pietatis amorem Oratoriâ Panegyri commendauit, hoc maximè titulo eius gloriæ amplificandæ deſudat, *quod ſemper idoneos Eccleſiæ viros quadam naturalis ingenij nobilitate deligeret*: quà propter cùm ſuæ ſubſidio poteſtatis ad Romanam induendam Purpuram, tanto titulo parem virum ſubmouiſſet Sanctus Petrus Damianus, per Epiſtolam eum validiſſimè rogat, vt ſuæ velit famæ conſulere, cum ex eius operibus vel laudandum ſe eſſe vel vituperandum non ignoraret.

(Margin notes: lib. 1. hiſt. — in Alex. Seuer. — B — lib. ep. 23. — ep. 8. — l. 4. ep. 1. — C)

Non hac profectò illuſtrari gloriâ poſſunt, qui viros indignos, Sacerdotijs decorandos proponunt, ſed ex aduerſo quantis obiurgationibus laceſſuntur? quæ enim hebetudo mentis in eis eſt, dum tenebras à luce ſegregare non valent? quæ ingenij arrogantia, dum ex indignis dignos efficere ſuâ poteſtate præſumunt? quæ iuſtitiæ labes, dum debita virtutis præmia vitio impertiuntur, & capitibus rudibus ignauiſque laureatarum frontium ornamenta? quàm ſanctæ charitatis ardote deſtituti frigeſcunt hi, dum priuatam viri vnius vtilitatem publico bono poſthabentes, non dignitatis maieſtati conſulunt, ſed eius ambitioni, otioque laborem ſubijciunt? quæ demùm imprudentia, dum candidatos attollere ad honorum faſtigia meditantes, eos potius inter irriſiones & ludibria deprimunt ſæculorum?

Hoc autem horrendum & ingens monſtrum eſt, quod Salomoni aſpiciendum ſe ſedit, & ſic ipſe deſcribit, *Eſt malum, quod vidi ſub Sole quaſi per errorem egrediens à facie Principis*: è ſæculi ſordibus error quidam adeò incompoſitus & palmaris emergit, vt Principum tantùm negligentiæ & animo eorum obcœcato tribui valeat: abortum hunc inconſulta Principis mens duntaxat peperit; ſi enim prudentiæ legibus inſtrueretur, & aliqua illi lux affulgeret ingenij, qui fieri poſſet, vt in tot Syrtes impingeret, & præceps in tot vitia rueret? quodnam malum ſit hoc quæris? dabo: *poſitum ſtultum in dignitate*, vel iuxtà Vatabli lectionem, *In ſummo faſtigio, & diuites ſedere deorſum*: viros tum virtute, tum ſcientiâ, tum moribus, tum ingenio & meritis perobſcuros, ad ſedes, ad Thronos, ad Thiaras ſummâ cùm dignitate vocari: cúm econtrà pietate, Religione, Iuſtitiâ, Doctrinâ, omnique cęleſtium donorum exuberantiâ opulentiſſimi viri, & digniſſimi, qui populorum regimini committantur, poſthabeantur cæteris, infimaque ſede abiectiſſimi collocentur: *malum* hoc præ ſuâ magnitudine antonomaſticè vocatur; & malorum omnium videtur ilias, tum eorum, quæ ad pœnam, tum quæ ad culpum referuntur; ingens adeò malum hoc eſt, vt licet iuxta litteralem loquendi formam *egrediatur, à facie Principis*, hoc eſt à Principe eligente, qui vel ignorantiâ raptus vel obcœcatus ingenio, vel indulgens amori, vel adulationi inſeruiens,

(Margin notes: Eccl. 10. 5. — D)

 vel

Digitized by Google

vel labores præſtitaque officia remunerans, vel rei ſuæ ſtudio, vel adminiſtrorum A
verſipelli fraude deceptus, in impertiendis dignitatibus tum rationi, tum integritati aduerſatur; ſed non immeritò ad Principem tenebrarum hoc idem refertur à Sanctis Magiſtris Hyeronimo, Gregorio Thaumaturgo, Olimpiodoro, Gloſsâ Interlineari, Vgone Cardinali, Titelmanno & alijs: totis hic enim viribus incumbit, vt in Eccleſiæ potiſſimùm regimine vitium hoc oriatur, ortumque conſiſtat, vt cœco cœcos ducente, facillimè poſteà gentes in ima Tartari deuoluantur: *Opus* Gregor. Taum. in Eccl. 10 5. *Tyranni, patris omnis malitiæ hoc eſt, inſipientes in excelſum ſublimare*; ſic egregiè præ alijs Thaumaturgus.

Quantùm igitur Principis in electione faciendâ aberrantis fama denigratur, dum eius opera vix à Dæmonum operibus diſtent? ex quo fit, vt neſcias, an humano, an Tartaro potius Principi ſint tribuenda: propterea, vt olim Claudianus in Eutropium ſcribens, quem maximè indignum Principis fauor ad Conſulatus faſces adduxerat, & ad ipſius Imperatoris Imperium, acute ait, *Viue pudor fatis*: erubeſcent profectò fata de te, quem ad tanti culmen honoris extulerunt, ſic pariter ad B
ignominiam & dedecus Principum referri poteſt indignorum hominum dignitas: de vnoquoque enim illorum illud Claudiani aptiſſimè dixeris, Viue pudor Electoris,

§. I.

AD aliud iam progredimur detrimentum, quo in eligendis huiuſmodi viris; Principes & Principum adminiſtri frequentiſſimè afficiuntur: hoc autem in eo potiſſimùm verſatur, quòd cùm ad hos eligendos humanis rationibus & rei tantùm priuatæ non Diuinæ Gloriæ ſtudio, animarumque commodo moueantur, non rarò euenit, vt ſic æquiſſimè Deo diſponente, illos ſibi peringratos & peracerbos ſortiantur: tota quidem ipſi ingenij ſolertiâ vtuntur, vt vir eligatur ſibi familiaris, C
quem poſteà ſibi beneficum ſentiant, adeòque aptiſſimus ad vniuerſale bonum cenſetur, qui ſuo tantum priuato commodo ſubmouendo idoneus reuerà eſt; ſed profectò quàm facilè iſti decipiuntur! has etenim cogitationes abiectas deridens Deus, eorum votis indulgere quidem videtur, felicemque ad exitum rem totam adducit: ſed enimuero quàm funeſtus & ater ille exitus eſt, cùm plerumque eorum fraudes & artes acerrimè poſteà ex illis ipſis puniantur: in eos certè Purpurati Vatis oraculum cadit, *Deus tu propitius fuiſti eis, & vleiſcens in omnes adinuentiones eorum*: omnium enim primi ſunt, in quos illi ſuam acerbitatem effundent, deluſoſque ſe agnoſcentes, ex ipſamet ſuâ culpâ diuturnas, acerbaſque pœnas in ſe contrahunt, metunt quod ſeminarunt, celebremque ſegetem tot malè impenſarum artium colligunt; bene eſt, ait Sanctus Iſidorus, *qui temerè ſine iudicio indignum hominem elegerant, digni ſunt, qui laborum ſuorum fructus edant, vt qui virtutem contempſerint, atque improbitatem, ità perſpicuam elegerint, &c.* Quò autem huiuſmodi exemplis fœcundiora ſunt ſæcula, eò iniquiores in ſuam dignitatem fuere Electores, in quos inconſultæ plebis vitium euannauit, vt cothurnatus olim monuit Vates D

Pſ. 98. 8.

D. Iſid. Peluſ. L. 1. ep. 39.

Tradere turpi faſces populus
Gaudet, eoſdem colit atque odit.

Plurima ad hanc rem roborandam præſto mihi eſſent exempla recentiſſima; ſed illa conſultò præteriens, id tantum indicaſſe ſufficiat, quod de Lodouico Cæſare, huius nominis Vigeſimo memoratur: Obſoletos & plebeios viros ad tantum hoc Sacerdotium frequenter hic Cæſar euexit, (habes hæc ex Agobardo Lugdunenſi Archiepiſcopo), ſed permittente Deo, rebellanti filio hi omnes præ cæteris adhæſere, Solem potius Orientem quàm Occidentem adoraturi, atque adeò inſtrumenta ipſi fuere, quibus ille Princeps inter ærumnarum aculeos, & calamitatum vortices maximè ingemeret.

Baron. ann. 833.

Hæc tamen omnia, quæ hùc vſque diximus, licet maximi ſint ponderis, graniqque vulnere tum famam, tùm quietem ſaucient eorum omnium, pænes quos eſt facultas

Digitized by Google

A cultas ad aliquos viros ſedibus Epiſcopalibus deſignandos, leuiſſima tamen ſunt, ſi cum illis conferantur, quæ ad Deum ſpectant, & ad æterna ſupplicia, quibus miſerrimè deuouentur: diù hac in re inquirendâ & dirimenda Sacræ Theologiæ Magiſtri & Canonum Præceptores non leuiter deſudarunt, an ſcilicet teneatur eligens omnium optimum eligere, an verò ad ſalutis ſuæ ſecuritatem ſufficiat probum tantùm eligere, non probatiſſimum: ſecundæ huic parti concordi ſuffragio adhæ- 2.2. qu. 63 art. 2. ad 3 fere Canonum Magiſtri, repugnantibus Theologis præcipuè Thomiſtici nominis, VideSot.de qui duce Diuo Thoma validè pro primâ decertant, ſecundam oppugnantes; Con- iuſt. & iure trouerſiæ huic finem fecit Tridentina Synodus, quæ Principes eos alloquens, qui l.3 qu.6. Sedis Apoſtolicæ, vel beneficio, vel permiſſione ius aliquod Epiſcopos eligendi, art.3. vel poſtulandi ſibi eſſe, omni ardore contenderunt, docet teneri eos ſub mortali culpâ, eligere omnium optimos, & in ſe cuncta illa peccata transferre, quæ poſteà electi viri, ex debitæ habitudinis defectu perpetrabunt. Audiantur iam Synodi ipſius verba. *Omnes verò, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum* Seſſ.24.c 1. B *quodcunque ius quaque ratione à Sede Apoſtolica habeant, aut alioquin operam ſuam* de reform. *præſtant, (nihil in ijs pro præſenti temporum ratione innouando) hortatur & monet Sancta Synodus, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus & humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint.* Non hæc ego verba dixerim, ſed tonitrua, quorum fragore, qui in re tanti momenti altè ſoporati obdormiſcunt, ad meliores ſenſus ſint excitandi: validiſſimo autem argumento mentem ſuam Sancta Synodus in capitis exordio confirmat his verbis, *Nam totius familiæ Domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.*

C Quin immò Cardinalis Palæottus eà dubitatione diù laborauit, an ſcilicet Purpurati Patres, qui Conſiſtorio adſunt, cùm recens aliquis Epiſcopus creandus proponitur, poſtulatum reprobare ſub mortali teneantur, & detrimenta inde ſubſecuta compenſare, ſi fuerit alius, qui aptior ad hoc munus æſtimetur: Verùm ad hoc non obſtringi eos aſſerit, cum ſolùm ei, de quo à Pontifice flagitantur, reſpondere teneantur, ſcilicet, an idoneum arbitrentur electum Epiſcopum: imò hac ipſa in re fidem ſuam committere tutò poſſunt examini, quo quatuor Cardinales Electi habitudinem trutinarunt: hi autem ferè ſunt illi, qui dicitur *Ponens* & trium Ordinum Primores: itaque totum ius Electoribus ipſis incumbit, qui vt dictum eſt, niſi fidem Eccleſiæ operam præſtiterint, alienorum errorum conſortes euadunt. In tract. de Concil. conſult p 2 q. 1. verſ. quò loco.

Quod ſi autem ſciendi aliquis deſiderio teneatur, quid maximè ſit, cum alienis criminibus communicare, Diuum Leonem Supremum Pontificem audiant, qui vt Electores ad optimas habendas virorum probatiſſimorum electiones hortaretur, ad Africanos Antiſtites ſcribens, hæc ait, *Et quid eſt communicare peccatis alienis, niſi* c. miramur *talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari? ſicut enim boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo Sacerdote iudicium, ità graui* 5.61.dixt. D *ſeipſum afficit damno, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum.* tunc autem iuxtà Theologorum mentem, non dignus eligitur, cùm aptioribus omiſſis, illis ineptior ad ſacrum munus adlegitur: ingens adeò crimen hoc eſt, vt præ illo quodcumque aliud minori ſupplicio Deus efficiat: Quà propter, vt Diuus Antoninus, aliique referunt, cùm Amos Hieroſolymitanæ dignitatis Sacerdotio decoraretur, ingenti lacrymarum vi, Monachorum auxiliares ſibi preces efflagitauit, illud aſſerens, ſibi maximè terrori eſſe eam ſacri Miniſterij partem, quà alios erat inauguraturus Epiſcopos: quod pariter ex illa confirmatur hiſtoria, quam in ſpirituali Prato Sophronius recitat: Cum ſanctus Leo Pontifex Maximus, qui morum candore cæleſtes Spiritus exprimebat, quadraginta dies, noctesque ad Sancti Petri cineres, preces inter & lacrymas traduxiſſet, vt ſuis præteritis erroribus condonandis deprecatoris partes & munus apud Deum ſuſciperet, videndum ei ſe demùm præbuit Apoſtolorum Princeps, & hoc eum dignatus alloquio eſt, *Oraui pro te & dimiſſa ſunt tibi peccata, præterquam impoſitionis manuum; hoc enim ſolùm à te requiretur*

Cardin. de Lug de iuſt. tom.2. diſp. 35. ſect. 2. num. 18. D. Antonin. in ſum. p 3. tit.2. c.2.§.1. Bar. ann. D. 461. Prat. ſpirit. c. 1049.

quiretur, ſiue benè, ſiue fortaſſe aliter egeris. Quis ad hæc non ingenti terrore ſuecutiatur, cum æternam vitam mente peruoluens, tam longè à Sanctiſſimi Pontificis A
pietate diſcordet? quis hic non agnoſcat, quo præceps exitio inter Erebi flammas corruat, qui vel ſortuirò, vel humanis rationibus ductus ad huiuſmodi electiones faciendas adduceretur!

Cæleſti licet lumine præſtantiſſimè irradiatus Diuus Gregorius, adeò de Epiſcoporum electionibus ſeuerum examen à Deo inter mortis extrema faciendum formidabat, vt in illis præſtandis, nuſquam ſuam ipſe operam miſcere voluerit: quam ad rem, cum ad Mediolanenſis Eccleſiæ Regimen Conſtantinus Diaconus euocatus eſſet, licet Pontifici Maximo eius virtus optimè innoteſceret è conſortio ſecum habito, cùm Conſtantinopolim Legatus adiuit, ad Mediolanenſem tamen Eccleſiam ſcribens ait, *Cùm in vrbe Regia reſponſa Sedis Apoſtolicæ facerem,*
L.3. ep. 1. Bar. an. 593 *longo mihi tempore adhæſit, ſed nihil vnquam in illo, quod reprehendi parùm potuiſſet, inueni*: commendare tamen ipſum nolens, Clero liberè eligendum permiſit. B

Sed, vt ad Principes ſæculares Germaniæque Collegia reuertar, quibus præſentem ſermonem obſequentiſſimus exhibeo, quàm bene huius operis momentum & pondus Sanctus Galliarum Rex Ludouicus intellexit, cui cum Pontifex viros eligendi in ſui Regni Epiſcopos, quoſcumque voluiſſet facultatem daret, (qui enim à ſanctiſſimo Rege poſtulandi erant quàm ſanctiſſimi) talem ipſe facultatem reijciens reſpondit, ſatis ſe quidem temporalis regiminis onere fatigatum trepidare & palleſcere, cum ad iudicantis Dei tribunal accerſitus rationem de eo eſſet redditurus: non igitur maius aliud ſibi ſuperaddendum, quod ſupremo tantùm Pontifici erat adſcribendum: Eligeret quidem ipſe Pontifex, ſibi enim obedientiæ tantùm gloria ſeruabatur, eoſque omnes, quos Pontificis manus conſecraſſet, in ſuos Moderatores & Parentes vltrò ſuſcepiſſet: O Regium verè ſermonem, O ſalutaria & validiſſima documenta, quibus aliqui eius ætatis Principes erant inſtituendi, qui inuitis reluctantibuſque Pontificibus ſe ſacris Electionibus ingerere affectabant. C

Culpæ huius grauitas ex hoc etiam magis elucet, quòd Idololatriæ ſpecies quædam videatur, dùm probi, probatique Paſtoris loco Idolum collocatur; hæc me
Zachar. 11. dicentem præit Zacharias Vates aſſerens *O Paſtor & Idolum*. Idolum ſanè, quod oculatum quidem eſt, ſed ad ea, quæ muneri ſuo conſentanea ſunt, cœcutiet; os habet, ſed ad diuina colloquia gentibus impertienda obmuteſcet: manus habet, ſed ad indigentium opes, inopumque ſubſidium, non ſe porriget: pedes habet, ſed ad opem miſeris præſtandam non accurret, demùm caput habet, ſed virtutibus, ſed pietate, ſed Deo penitus deſtitutum. Quid igitur aliud eſt, huiuſmodi Idolum honoribus decorare, quàm commentitios & futiles Deos venerari? Qua propter etiam fit, vt tum Idolum, tum ille, qui honorandum illud in throno dignitatis obiecit, calamitatibus obuoluatur, Deique diràs horrendas attrahant in ſe, quas
Sap. 14. 8. ſapientis Oraculum pronunciauit, *per manus autem quod fit Idolum maledictum eſt, & ipſum & qui fecit illud*: vtrique autem iure meritò pęna vindex inuritur, illi, quià indebitum honorem dederit, huic quià eundem exceperit, *quià ille quidem operatus eſt, illud autem cùm eſſet fragile, Deus cognominatus eſt*. D

Sed aliud in promptu oraculum eſt, quo Regum ſapientiſſimus iuxtà Septuaginta
Prou. 24. 8. ta Interpretum lectionem, idem expreſſit, *qui ligat lapidem in fundà ſimilis eſt ei, qui dat inſipienti honorem*, videlicet, vt qui è fundâ ſaxum vibrat, maiori cum impetu illud in terram deuoluit, & non rarenter fit, vt in euibrantis caput relabens, pęnas ab eo exigat audaciæ ſuæ: ſic profectò, qui ad dignitatum apicem debitis virtutibus deſtitutos viros adducit, præcipites illos agit, & in pænarum partem pariter ipſe vocabitur: hoc Salomonis ænigma ſic eleganter à Diuo Am-
D. Ambr. epiſt. 7. ad Simplic. broſio explicatur. *Qui deligat lapidem in fundibulo, ſimilis ei eſt, qui dat inſipienti claritatem, ſeipſum vulnerat, atque ſibi potius dum intorquet iaculum affert periculum, deinde ſicut tormento acerbatur & geminatur malum ſaxi ruina, ſic inſipientis in libertate, ruina vehementior eſt*.

Hinc

A

§. II.

HINC autem quanta Dininæ indignationis argumenta fuerint, ſatis Princi-
pes aliqui teſtantur: ex his nulli calamitate ſecundus fuit Cæſar Iuſtinianus; Baron. ann.
tanto hic excellebat ardore pietatis, vt alterum Conſtantinum Magnum, ac Theo- 535.
doſium referret, adeò in bellis gerendis fælix, vt Auguſto par eſſet; ſed lenocinan-
tis Thæodoræ Coniugis aſtu deceptus (alteram hanc Euam, vel Dalilam, vel
Iezabellam & Eudoxiam meritò dixeris) ad Conſtantinopolitanam ſedam Anthi-
mum, & Alexandrinam Theodoſium, perditos viros & Arrianæ hæreſcos ſecta-
tores, ſubmouens, omnia ſibi infortunia comparauit: imperium quà Occidentem
ſpectat amiſit, quà Orientem, fędiſſimè vaſtauit: Principes ipſos, quos ſubegerat,
tributis obſequioſis exeoluit, tandemque Theodori Cappadociæ Antiſtitis ſibi
familiaritate coniunctiſſimi perfidia & fraude miſerrimè deuolutus fuit in Hære-
B ſim, quà imputatus, inopinâ morte correptus diem extremum obiens, è Cæſarei
ſolij iubare ad æternæ captiuitatis noctem abſceſſit: vides iam, vt Idola Cæſaris ma-
nu conſtructa, & ſacrâ dignitate in ipſum collabentia, æternum illi pepererunt ex-
cidium!

Sed quæ in Henricum Secundam Cæſarem vltore Deo deuoluta pęna eſt, longè Author Enric. tom. 2. pag. 707.
mitior fuit & Diuinæ plena beneuolentiæ: hic enim, cùm priuatam vitam degens,
adoleſcenti cuidam, à quo argenteam fiſtulam ſibi dari flagitabat, promiſiſſet, ſe
illum Epiſcopali ſede donaturum, ſi Cæſareum vnquam ſolium attigiſſet, cumque
iam Imperium adeptus, fidem datam impudentior exoluiſſet, lethali morbo cor-
reptus, & ferè corruptus, triduò verbis & cibis abſtinuit; ſed Deo annuente, ſui
iterum compos factus, retulit illius interuallo diei, ex eà argenteâ fiſtulâ ſæuiſſi-
mas in ſe flammas à ſtygijs genijs euibratas, donec adoleſcentis manu, è calice
C aurato aquas in flammas illas immittentis, ignis euanuit: hunc autem ſanctum Lau-
rentium eſſe comprehendit, cuius templo calicem auratum ex animi religione do-
nauerat: quà propter valetudini reſtitutus, Epiſcoporum Synodo coacta Præſulem
illum tam iniquâ ratione ſactis Inſulis coronatum, coronâ exuit, & Epiſcopali è
ſolio deturbauit.

An verò niſi optimus eligatur, naturalis ratio violetur, & in iuſtitiam, quæ
Diſtributiua dicitur, an verò in eam quæ Commutatiua, delinquatur, Theologi
Morales, ad quos hæc ſpectant, longâ diſputatione dilucidant; videndus potiſſi-
mùm hac de re eſt tum Sotus, tum Eminentiſſimus Lugo; nec enim mihi tractan- Sot de iuſt. & iure 3. q.
da hoc loco iſta videntur: illud tamen, quod alibi indicaui, prætereire ſit nefas, quod 1 ar. 2. & l.
dum dicitur, eligendum eſſe optimum omnium, non hoc *ſimpliciter & abſolutè* in- 2. q. 1. art. 3.
telligendum, at *reſpectiuè*, hoc eſt, non eum eligendum, qui maiori charitate Card. de Lugo de iuſt.
perficitur, adeòque optimus eſt, ſed qui licet minori charitate polleat, adhuc ta- to. 2. diſp.
men ad Eccleſiæ regimen & populorum gubernationem, prudentior & aptior æſti- 35. ſect. 2. & 3.
matur; licet enim Charitas vt omnium virtutum Princeps, aliarumque Magiſtra Soud. art. 3.
requiratur in Antiſtite, adhuc tamen niſi eam reliquæ virtutes tum naturales, tum
D morales, vti ſcientia, prudentia, eloquentia, grauitas, ſubſequantur, fiet qui-
dem, vt Antiſtes optimus dicatur fidei Chriſtianæ ſectator, non verò optimus gen-
tium Moderator: quamobrem Apoſtolus non ait, *qui boni ſunt Presbyteri, ſed qui* 1. Tim. 5.
bene præſint, duplici honore digni ſunt: quod etiam validiùs roboratur è fine, quo 17.
in eligendis Epiſcopis Eccleſia dirigitur, qui ſcilicet eſt, vt piè, tranquillè, pru-
denterque populi gubernentur; cum autem medij probitas è fine dependeat, opti-
mus ille omnium ſit, neceſſe eſt, qui ad Eccleſiam regendam aptior, vtiliorque
videtur, dummodò tamen integer morum & ab omni vitiorum macula ſit alie-
nus: optimè igitur Diuus Hieronymus ait, *Quidam non quærunt in Eccleſia Co-
lumnas eligere, quos plus cognoſcant Eccleſijs magis prodeſſe, ſed quos plus ipſi
amant.*

Demùm nec illud ſilentio prætercam, quod Cardinalis Bellarminus per Epiſto- P. Fulg in vit Card.
lam Clementi Octano ſignificauit, nullo ſcilicet alio onere grauiori & periculo- Bella. c. 20.
ſiori Pontificem ſupremum premi, quàm eo, quo Præſules Optimos Eccleſiis re-
gendis

gendis præficere tenetur: ſi namque optimi fuerint, optimi pariter erunt,quos ipſi poſteà eligent, Parochi, Concionatores, Confeſſarij, adeòque communi vtilitati totâ diligentiâ ſeruietur: aliqua inde documenta hac de re præſtans, ad id progreditur oſtendendum, quod in præſenti agimus, nempè quàm arctè iuxtà Synodi Tridentinæ leges, & commune Doctorum ſuffragium ad optimos eligendos obligemur: ad illius epiſtolæ marginem faſſus candidè eſt Pontifex Clemens magnum ſibi terrorem incuti ex eo, quo vrgebatur onere ad optimos Eccleſiæ Antiſtites donandos,ardentiſſimèque ſe exoptare diem extremum ſubire, vt tam ingentibus periculis eruatur: ſed cùm ſolius Diuinæ perſpicaciæ ſit humanas mentes penitiſſimè inuadere, & cum adhæc homines tantùm eligi poſſint, æſtimabat, quod Iudæ inter Apoſtolos electio & Nicolai inter ſeptem Diaconos, ad exemplum data fuerit à Dei miſerantis pietate, quo ſolamen aliquod haurirent ij, ad quos ſpectat,Eccleſiis gubernandis Moderatores eligere; Iudas enim, poſt ingentes Chriſti Præceptoris preces Apoſtolorum numero cooptatus fuit, Nicolaus verò, Apoſtolis Spiritu Sancto afflatis prolixè enixèque orantibus, fuit iiſdem Apoſtolis adnumeratis, cum tamen ille nefariùs fuerit proditor, & deſperatione ſalutis obduratus occubuerit, hic autem dogmata ab Orthodoxa Religione diſcrepantia per ſummam inſipientiam primus diſſeminauerit. B

Quà in re prudentiſſimè Clemens Pontifex reſpondit: tota enim ea diligentiâ, quæ adhiberi poſſit adhibitâ, ne aberremus, non tribuendum nobis poſteà erit, ſi que poſteà conringunt, contrarium noſtræ voluntati exitum ſortiantur.

Ad id verò, quod de Optimorum electione ſcriptum à Bellarmino fuerat, Pontifex idem reſpondit, quod licet propoſitę opinionis veritatem vltrò ipſe fateretur, adhuc tamen difficillimam eandem eſſe, quæ vſu compleatur: cum enim optimum eligendi modus adhuc lateat, dùm in eligendorum conſideratione diù verſamur, orbatæ diù Epiſcopis eſſent Eccleſiæ: ſi tamen mihi daretur locus, ex ijs, quæ ſequentibus capitibus proponam, difficultatem hanc aliquâ ſaltem ex parte arbitror coerueri.

Quamuis autem ratio hæc frequentiſſimè in eo robur ſuum obtineat, qui, cum regimen totius Eccleſiæ moderetur, non aſſequi facilè cogitatione omnes poteſt; qui toto orbe ſparguntur, non tamen Principes alios excuſat, qui cum anguſtis ſuarum ditionum finibus claudantur, Myſtas omnes ſibi ſubiectos facilè poſſunt agnoſcere; quod etiam multò validiùs dicendum de Collegijs, in quibus aſſiduò Canonici ſpectandos ſe præbent. C

De fine, quem in Eligendis Epiſcopis ſtatuere ſibi debent Electores. Cap, XX.

EPiſcopotum electionem maximum & difficillimum omnium eſſe negotium, quod in Chriſtiana Religione verſetur, ſuperiùs quidem oſtendimus, adeò vt quæcumque maior ad id diligentia adhibeatur, tantæ rei impat ſit æſtimanda, *vt ſi pro rei magnitudine expendatur, nunquàm ſatis de eo cautum videri poſſit*, vt olim Sancta Tridentina Synodus docuit: Adde,quòd arduum nimis eſt humanum animum tàm perfectè librare,vt penitiſſimè ipſum agnoſcas: frequentiſſimè enim ſub ouinâ pelle Leoninus inſidet furor, quique per Mæandricos pectoris anfractus virus fouent, mel aſpectu præferunt: an non ſolertiſſima & lyncea eligentium lumina non rarò in eligendo cæcutiuere, vt è ſacris litterarum monumentis habetur? admirandum verò eſt, ipſummet Auguſtinum, virum tùm ſapientiæ & ſanctitatis iubare, tum ipsâ experientiâ vſuque oculatiſſimum, Epiſcopum Fuſſalenſibus dediſſe, quem cùm probatiſſimum æſtimaret, improbiſſimum repererunt, adeò vt, ipſo Sancto Auguſtino reprobante,totius Synodi ſuffragio fuerit impertito Sacerdotio ſpoliatus. D

Seſſ.24. c.1. de reform.

Innumera,quæ ad hanc rem congerere poſſem exempla,conſultò prætermittens, maximè conſiderandum illud occurrit, quod de Paulo Antiocheno Archiepiſcopo

cepo Cardinalis Baronius inferr: accuratiſſimo priùs examine habito, diligentiſ- an.D. 521.
A ſimèque moribus eius diuturnâ lance rrutinatis ab Hormiſdæ tunc remporis Pon-
tificis Legatis, ab Oratoribus Iuſtini Cæſaris, ab Epiphanio Bizantii Patriarcha,
alijſque pluribus Præſulibus, omniumque conſenſu populorum, illius Eccleſiæ Sa-
cerdotio, Paulus Antiochenus Epiſcopus, totius Vrbis apparatu fuerat decoratus:
quid tum? rot inde flagitijs & ſceleſtiſſimis criminibus ſe implicauit, vt plures
adeſſent, qui tam facinoroſi Antiſtitis mores animo reuoluentes, mentis quadam
leuitate ducti ab Orthodoxa fide deficerent, ſibi illud ſuadentes, ſanctam illiba-
tamque fidem ibi non eſſe, vbi turpiſſima legum omnium diſſolutio in ſuis Præſu-
libus eſſet: quis hic non agnoſcat, in quot errores & crimina facilè ij delabantur,
qui nullâ priùs eligendorum Præſulum ratione habitâ, vel in eadem electione fa-
cienda, recto æquoque fine contempto, quoſcunque ad tam ſacri culmen honoris
ſuæ ſolum ſuffragio poteſtatis addùcant. Acturus autem hoc capite de fine, quo ſuas
electiones dirigere debeant eligentes, id imprimis ſtatuo, ex iſtius bonitate vel pra-
B uitate, adeò opera ipſa vel æqua vel iniqua videri, vt ipſamet opera ex eius pra-
uitate obſcurentur, eiuſque bonitate deperdita prorſus deficiant, imò infician-
tur: *finis turpis laudem egregiam maculat*, vt Politicorum Magiſter aſſerit, cui Tacit. l.4. hiſt.
poſtea pius æque ac eruditus Boethlus adhæſit his verbis, *Cuius finis malus eſt, ip-*
ſum quoque malum eſt, cuius finis bonus eſt. ipſum quoque bonum eſt. Boeth. in Topic.

Ne autem inutilibus diſputationibus diù euagemur, quibus ſe vltimo fine tùm D.Th. 1.2. q.18.ar.4.
Ariſtoteles, tum Cicero verſati ac vexati fuere, Euangelica ſapientia nobis in prom-
ptu eſt, quæ breuiſſimè ea omnia nobis luculenter aperit, quæ ſuperbâ quadam
iactantiâ humanum ingenium oſtentat, multa falſa veris immiſcens, & tenui qua- Ariſt.l.1.et
dam luce, inter humanæ imbecillitatis tenebras irradiatum; in præſentiâ ſtatuen- 10 Ethic.
dum nobis eſt, quod licet reijciendus ille finis nequaquam ſit, qui *finis medius* à Cic. inquin
Theologis appellatur, cum, tùm ratione ſui ipſius, tùm etiam aliorum amabi- que lib. de
bilis ſit, ille tamen qui perfectiſſimus omnium eſt, ſemper noſtræ mentis oculis de- finibus malorum &
C ber obuerſari, qui ab eiſdem vocatur *finis vltimus, qui propter ſe ipſum tantùm ama-* bonorum.
tur: hic autem omnium ſuffragio Deus eſt; Deus itaque, eiuſque honor inconni-
uenti ſemper lumine ſpectandus nobis eſt, hoc enim lumine ab omni prorſus errore
alieni, ea cuncta præſtabimus, quæ noſtam decent ſanctitatem.

Ad hunc Lydium lapidem opera noſtra probanda nobis ſunt, vt certiores red-
damur, an vili ſcoria pretioſiſſimum aurum miſceatur; hac lege res noſtras dime-
riri debemus, vt inde intelligamus, ſint ne nobis illæ reijciendæ, ao amplexandæ:
hanc autem legem ipſa etiam ſuis è tenebris Ethnicorum acies inſpexit: ſic è Seneca
habemus; illum audi: *Quoties quid fugiendum ſit aut quid petendum, volens ſcire,* ep.7.
ad ſummum bonum & propoſitum totius vitæ reſpice: illi enim conſentire debet quid-
quid agimus.

Quam ad rem inquirit Sanctus Ambroſius, cur Deus, è nihilo Creaturas edu- lib. de inſtit. Virg.
cens tum ſenſu carentes tum eo præſtantes, illas probauerit, imò commendauerit adEuſtoch.
dicens, *vidit Deus quod eſſet bonum*: hac autem ipsâ commendatione Deus abſti-
nuerit, cum hominem rerum omnium creatarum præſtantiſſimum, effinxit: homo
vnus omnibus quibuſcumque nobilior, magiſque commendandus, illaudatus eua-
D ſit: propoſitam difficultatem idem Magiſter eleganter enodat docens, rerum om-
nium creatarum præſtantiam & pulchritudinem è ſolis ipſis haberi, laudemque
ſuo ſolum ex aſpectu mereari: præſtantia autem hominis non ea eſt, quæ ſpecie
tantùm extimâ verſetur, ſed è voluntate quam induit, è fine quo dirigitur, eius
bonitas & magnitudo dependet, adeóque iuxtà huius vel bonitatem vel praui-
tatem, vel commendandus, vel damnandus homo eſt: inſigne hoc effatum ex ip-
ſius Diuinæ Sapientiæ ore colligit Sanctus Gregorius: habetur enim apud ſanctum
Matthæum: *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit, ſi autem* c.6. 22.23.
oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit: quid enim aliud ocu-
lus hic eſt, ſic explicante Sancto Gregorio, quàm voluntas, quâ finem attingimus? l.28. moral.
quid aliud corporis nomine intelligitur, quàm opus ipſum quod agimus? hoc enim cap.3.
eundem planè colorem induit, quo voluntas & finis induitur; radix ille eſt, hoc
truncus, adeoque docente Apoſtolo, *ſi radix ſancta, & rami.* Ad Rom. 18.16.

Digitized by Google

Ex hoc vno fonte, hoc eſt è prauo fine, mala omnia, omniaque flagitia, quibus homines implicantur, emanant: nam frequentiſſimè nos operamur vel fortuitò, A vel malum boni ſpecie æſtimantes, errore decipimur; ſagittario, plerumque comparari poſſumus, qui nullo ſibi ſcopo propoſito ſagittas vibrant, vel nauarcho, qui nullâ nauigandi ſcientiâ inſtructus, ſe pelago credit, & pixide acuque nauticâ deſtitutus, incerto motu peruagans nullum ſibi deſignet portum, quem ſecurus appellat. *Errant conſilia noſtra, quia non habent quò dirigantur, ignoranti quem portum petat, nullus ſuus ventus eſt*: ſic è ſtoâ doctiſſimus Seneca: quid autem hoc eſt, quàm ſponte præcipites in tranſuerſum nos agere, noſque ipſos vltrò damnare? non ſibi operanti finem adſcribere, non hominis tantùm eſt, ſed cuiuſcumque naturalis rei, quæ pro arbitrij libertate, quâ homines tantùm aguntur, innatam quandam virtutem ſequitur, vt opus aſſequatur.

epiſt. 71.

Ariſt. 2. politic. D.Th. 2. ſent. dixt. 38. & p. 2. qu. 1.

Si ergo ad finem ſuâ prudentiâ dignum ſua debent opera dirigere Principes viri, quantò magis præſtandum hoc illis eſt, dùm omnium rerum difficillima & grauiſſima, eorum manu tractatur, ideſt Epiſcoporum electio. Deum igitur, Deique B gloriam tantùm in hac faciendâ perpendant, & publicum bonum qualibet aliæ priuatæ rationis fæce expurgandum amplectantur: ſic olim Electores inſtruebat ſapientiſſimus Eccleſiæ Magiſter Gregorius, *Vt in generali cauſa vtilitates proprias non attollant*. Nec Gregorius tantùm, ſed Auguſtus ipſe hoc documento Senatum informauit: (erubeſcant Chriſtiani Principes ab Ethnico Principe erudiri); cum enim ſe Principatu abdicare meditaretur, priſtinamque Reipublicæ libertatem reſtituere, nullum aliud vtilius & ſalutarius Romani nominis dignitati, populorumque commodo futurum exiſtimabat, quàm ſi in publicis muneribus impertiendis, non priuata perſonarum ratio, ſed Vrbium, ſed Prouinciarum, ſed imperij vniuerſi bonum & vtilitas perpendatur: ſacra dignitas non illius tantùm perſonæ bono, ſed totius populi vtilitate metienda eſt: non perſonę munus, ſed muneri perſona aptanda eſt, demùm non priuato, ſed publico commodo conſulendum; quàm egregiè hæc Auguſtus! quæ ſi noſtrates Principes exequerentur, haud quidem tot incommoda & vitia graſſarentur, quibus frequentiſſimè tum ſacrum, tùm politicum regimen ad extremam vſque ruinam adducitur: ea enim humanarum rationum obſcuritas eſt, vt mentem obtenebrans probos cùm improbis, cùm ineptis aptos; nullâ habitâ diſtinctione confundat. C

l. 4. ep. 23.

§. I.

AD huius finis integritatem ſeruandam, ea ſpectant, quibus ſacra Tridentina Synodus electores his verbis inſtruit, *non quidem precibus vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis.*

Seſſ. 24 c. 1. de reform.

Tria electionum genera, tàm breui verborum ambitu à Sacra Synodo reprobantur: illæ primùm, quæ exterorum commendationibus & precibus, tum quæ eligentium propenſione & affectu, demùm quæ candidatorum ambitione obtinentur: D Hæc pertractans Diuus Bernardus ad Eugenium Pontificem ſcribens, ſeriò matureque eum admonuit, maximi hoc opus eſſe momenti, nec exterarum precum ſuffragio, ſed accurato exactoque conſilio definiendum, *Conſilio non prece hìc agendum*. Quod enim (ſic ſuam ſententiam validè ſuffulſit ſapientiſſimus Magiſter), noſtrum eſt, noſtræque tantùm voluntati ſubijcitur, amicorum vota patitur & preces exterorum; ſed hac in re, in quâ ne noſtræ quidem voluntati locus eſt, *quis locus roganti?* quin immò quæ tam grandi numero coaceruantur commendationes & preces, ſuſpicioni eſſe poſſunt, candidatum, qui illas tam affectatâ auiditate emendicauit, dotibus illis eſſe deſtitutum, quæ illum efficaciori lege commendent. *Itaque*, ſic poſt multa ſtatuit idem Magiſter, *pro quo rogaris, ſit tibi ſuſpectus, qui verò pro ſe rogat iniudicatus eſt, neque intereſt per ſe, ac per alium quis rogat.*

l. 5. de conſider.

Per cochlearem ſcalam ad Salomonis Templi cœnaculum veteres aſcendiſſe Hebræorum Lithurgos, nullius admirationis eſſe poteſt, *& per cochleam aſcendebant in*

3. Reg. 6. 8.

A *in medium cœnaculum*, tùm quià ex illâ non ad honores & munera, ſed ad labores & ſacrificia peragenda aſcendebat, tum etiam quià templi concinnitati & elegantiæ hoc conſonabat; ſed quàm iniquum, quàm propè horrendum, vt quis per cochleam, hoc eſt explicante Lyrano, *per tortuoſum aſcenſum*, per emendicatas nempè artes, per iniqua & ſubdola media, per fraudolentas ambages, per preces & vim ad Epiſcopalis Sacerdotij culmen appetat, & greſſu feſtinato conſcendat! an non hoc ſatis oſtendit, huiuſmodi viris vires non eſſe, quibus illius apicem dignitatis attingere meritò valeant? eruditi Scriptoris acumen hic nota, ſic verba illa explicantis. *Coclea ſcala eſt non recta: per cochleam ergò illi aſcendunt in Eccleſiæ cœnacula, qui per ambitionem & cupiditatem effrænatam ad honores Eccleſiaſticos irrepunt; per ſchalam verò rectam illi aſcendunt, qui per virtutes & merita vocati in templum veniunt.* Angelomus in 3. Reg. c. 6.

Vncus ille, qui ad poma colligenda videndum ſe dedit Amos Vati, ominoſus Hebræis fuit: quid enim aliud ille portendebat, quam Deum vllo ſine diſcrimine tot, tantiſque populorum criminibus irritatum, probos ſimul & improbos, abie-
B ctos ſimul & illuſtres viros, decerpturum, mortique omnes promiſcuè daturum? illud tamen etiam ipſo ſignificabatur, non defuturos eos, qui aduncis & obliquis artibus ad ſe ſacrarum dignitatum ramos trahere, eogere, & torquere contendent, vt inde vel opum, vel aurea honoris poma decerpant; commendatitijs hi litteris pro litteris ſcientiarum vtentur, & Principum, quos meritorum manu ſibi conciliare non valent, tanquam vncos adhibebunt, quibus propriæ virtutis defectum compenſent: quà propter ea Principum in re tam graui, vt fraudes ambitionis eludant, ſolertia debet eſſe, vt ſcilicet eos omnes à ſe reijciant, quos hiſce precum & commendationum officijs ad ſe vident accedere, ne aliorum criminum conſortes euadant, illamque in ſacra Republicâ & cæleſti diſciplinâ calamitatem inferant, quâ ſuam ætatem tam deformi maculâ denigrari ingemiſcebat Iſocrates: eò vſque ma-
C lorum & ambitionis noſtra vitia porreximus, (ſic ille) vt ornentur non damnentur ambitioſi, & loco ſupplicij quo ſuffocentur, munera quibus coronentur, omnium impudentiſſimis & ineptiſſimis exhibeantur.

Præclarum hac de re exemplum, quod poſteritas admiretur, & imitetur, abundè nobis præſtitit Auguſtus Cæſar: permoleſtâ namque exterorum vi, Magiſtratu quodam quendam decorare coactus, eum poſtea reiecit, aliumque eo donauit, qui nullo eius deſiderio tenebatur: quâ de re acerbè conqueſtus, qui tam longâ precum obſidione perſeuerans iniuſtè ſibi videbatur ab eius adeptione deturbatus, reſponſum illud verè Auguſtum & Auguſto dignum accepit, *Tu eras dignus, qui peteres, ille qui acciperet*: nec abſimile illud, quod æternâ memoriâ habendum Cæſar Hadrianus reliquit, Pomponio Iuriſconſulto referente; quibuſdam enim ex ordine Prætorio facultatem ab ipſo poſcentibus, quâ dubios aliquos euentus definire, vt dicunt, in iure liceret, hac habitâ reſponſione, eorum petitioni ſubſcripſit, *Hoc non peti, ſed præſtari ſolere: & ideò delectari ſe, ſi qui fiduciam ſui haberet, populo ſe ad reſpondendum prepararet.* Quàm profectò laudabiliùs, hoc eſſent modo illi reijciendi, qui vel ſuarum, vel exterarum precum patrocinio ſacros Ma- l.3. propè fin ff. de regul. iur.
D giſtratus aſſequi ſtudent! Quàm felix, fauſtumque Chriſtianæ Reipublicæ, ſi mos hic inualeſceret, vt ad thiaras & Infulas, non precum & commendationum, ſed meritorum via optimi graderentur, & artibus vnciſque reiectis, virtuti tantùm & habitudini quilibet deludaret!

Nec leuius detrimentum id eſt, in cuius conſideratione Diuus Gregorius verſatur: ex hoc enim quod exterarum precum beneficio, ſacro quis Sacerdotio fuerit exornatus, illud fit, vt benefactori ſuo adeò ſit ille acquiſitæ dignitatis gratiâ obſtrictus, vt ferè non ſit illi libera in ijs deliberandis facultas, quæ ſuam conſcientiam ſpectant: ſed eius voluntanti nimis indulgens, non rarò quibuſdam etiam faciendis adhærere cogatur, quæ ſibi, Eccleſiæ, populis incommoda & indecora ſunt. Eius beneficium Tyrannis quædam eſt, quâ ſe poſteà quæritur miſerrimæ captiuitati datum. *Nam ſi quorundam patrocinio fuerit quiſpiam electus, voluntatibus eorum cùm fuerit ordinatus, obedire reuerentiâ exigente compellitur, ſicque* ep. 22. l. 2.

Digitized by Google

ſit, vt res illius minuantur Eccleſiæ, & ordo Eccleſiaſticus non ſeruetur. Hæc habes è Magno Pontifice & Magiſtro. A

§. II.

AD eiuſdem integriratem finis etiam refertur, quod non ſit virtutis fulgori, ſanguinis claritas præhabenda: quem enim ordinem antiquorum ſtemmata cum Religionis commodis ſortiuntur! an extinctorum robur, viuentium vires valet augere, paternique oculi cæcum filium adiuuare? profectò auorum eloquentia inutilis omninò eſt, ad loquelam muto filio imperriendam? pius quidem fuerit Dauid, eius tamen pietas Salomonis impietatem non compenſabit; ſapientiſſimus Salomon, eius tamen ſapientia Roboami deſidiam præpedire non valuit, quin decem Prouincias rebellantes deperderet; ſanctiſſimus quidem Samuel, eius tamen ſanctitas, nequaquam filijs proficere adeò potuit, ne de populi regimine B tùm primò ſuis operibus, tùm inde populi ſuffragijs deturbarentur.

Haud tamen inficias iuerim, quod cùm ſanguinis iubar pietatis luce miſcetur, virtute quadam potentiſſimà dignitates ad ſui ornamentum trahit, vt ſimul eluceſceant, & fulgore reciproco ſibi reſpondeant, auctoritatem ſimul & famam ſibi inui-
Ariſt. l.3. polit. c. 13. circà princ.
cem comparantes: quà propter ſi ſimul iſta conſpirent, *cæteris paribus* patritius plebeio præferendus videtur; cùm quià, vt Ariſtoteles docet, illuſtrium virorum ſobolem eſſe, probitatis imaginem quandam refert, adeòque populis & rationibus omnibus vſitatum fuit, vt generis nobilitatem ſingulari quodam obſequio proſequerentur: *Nobilitas autem apud ſingulas nationes domi eſt honorata, propterea quod veroſimile eſt eos, qui ex melioribus nati ſunt, eſſe meliores; nobilitas enim generis virtus eſt*; tùm etiam quià maioris ornamenti dignitati eſt, ſi dignitas in nobili viro collocetur, maioriq; authoritate ille præſtat, vt eam tueatur, & promptiores ſibi concilier ad ſui obedientiam populos, ad ſui imitationem ſpectatores. C
Confeſſion. 14.
Nobiles, ſic docet Auguſtinus, *cùm multis ſint noti, multis ſunt auctoritati ad ſalutem*, adeòque commendandi eximiè erunt, qui huiuſmodi viros probitate & ſanguine illuſtres elegerint. His præiuit, quem tantâ Deus beneuolentiâ dilexit,
Deuteron. p. 15. Iſocrat. dec. Areopag.
Moyſes, cùm diceret populo *Tuli de tribubus veſtris ſapientes & nobiles, & conſtitui eos Principes, &c.* Sic è ſeptem Græciæ Sapientibus Solon, Iſocrate referente, celebrem Areopagi aulam illuſtrauit, eos tantùm ad eius regimen aduocans, quos ſimul & virtus & nobilitas decoraret; *qui honeſto loco nati eſſent, & egregium virtutis & temperantiæ ſuæ ſpecimen præbuiſſent.* Ab his Carolus Burgundionum Dux
Silueſt A-lex. Gabr. & Angel. penes Sanchez lib. 2. conſil. c. 2. dub. 2. n. 5.
Audax vocatus, Principum aiebat deriuari fortunas: Quin imò cùm hi probitate & eruditione mediocri polleant, probioribus & doctioribus plebeijs ſunt præferendi, cùm illis Eccleſia indigeat, qui vim repellere vi poſſunt, & nobilitatis præſidio lupos gregi inhiantes abigere; ſic pluribus Theologorum ſtatuitur.

Si verò ſanguinis ſplendor, vel vitiorum ſordibus vel ignorantiæ tenebris obſcuretur, vel ſaltem niſi virtutis radijs præcingatur, ſi auorum gloriam poſteri o- D bliti, fœdis eam maculis aſpergant, tunc generis claritas, non ad ſacras ſedes illos admouet, ſed ab illis potius remouet, cùm nobilitas, quam iure hæreditario à maioribus trahunt, hac tantùm de causâ iactari à nepotibus debeat, vt ſcilicet maiori ſtudio virtuti adhæreant, & cæteris non ſanguine tantùm, ſed moribus contendant aſpici clariores; ſint quidem ætate, ſed non pietate minores, recentique fulgore vetuſtum lumen amplificent; ſic profectò illud Sancti Hieronymi explebunt, quo Romanam illuſtrem fœminam admonebat his verbis, *Nobilitatem ad*
ep. ad Demetriad.
hoc tantùm memineris, vt cùm claritate generis morum ſanctitate contendas.

Si ergò aliquis ab Auorum gloriâ deſciuerit, quorsùm eorum merita iactat, quę ſuâ fęditate deturpat? paternæ nobilitatis præſidio præferendus non alijs eſt, dum eam ſuâ ignobilitate dehonorat. *Caue igitur*, quàm eleganter Diuus Ambro-
lib. de Parad. c. 10. tom. 1.
ſius, *caue, ne in te erubeſcant tuorum merita maiorum*: an ergo ea dignitatum culmina affectet, quæ illis donanda duntaxat ſunt, qui verè nobiles ſunt: verè autem

nobiles

A nobiles illi tantùm ſunt, qui ſuâ virtute clareſcunt, vt in quodam è meis paradoxis ætate floridiori conſcriptis luculenter, ni fallor, oſtendi. Satis appoſitè ad hanc rem Vrbanus Quartus Summus Pontifex gente Gallus, Hiſpano Regi ſanguinis ei obſcuritatem obiectanti reſpondiſſe fertur, Virtutis eſt, non ab ortu, ſed à labore nobilitatem haurire: Te ataui, me propria merita nobilitarunt; ſic Regi Pontifex verè quidam, ſed modeſtiùs, quàm ille olim, vt habetur è Sancto Gregorio Nazianzeno, reſponderit, *Mihi probro genus meum, Tu autem generi tuo*; quæ reſponſio non parùm illi concordat, quâ Saluſtium celebris Arpinas interpellauit, *Mea nobilitas à me incipit, tua autem in te deſinit*: nec diſſimile illud eſt, quo nepotem ſuum Sanctus Alexandrinus Antiſtes Ioannes admonuit, hoc eſt nobilitatis veræ candorem, non è ſanguinis flore, ſed è virtutis ſucco deſumi: proprio labore ad alta conſcendere, & natalium demiſſionem meritorum faſtigio ſuperare, generoſi animi vim oſtendit, quæ innatæ nobilitatis eſt validum argumentum: obſcura quidem concha eſt, ſed qui eius in ſinu paritur vnio, magis ex eius obſcuri-
B tate fulgeſcit; ſquallet inutile omnibus ſolum, ſed quod inde naſcitur aurum, nihil ex eius ſquallore deperdit. Fruſtrà autem aliena merita venditat, qui caret ſuis: ille tantum, Philoſophorum Principe docente, dicendus nobilis eſt, quem non auorum tantùm ſanguis, at ſua virtus illuſtrat. *Nobiles ij demùm videntur eſſe, in quibus maiorum virtus ineſt.*

Auth. parad. 2. p. 1.

orat. contrà nobilem malè moratum apud Baro to. 8. ann. 620.

3. Polit. c. 1.

Præhabitus in Conſulari Magiſtratu fuit Clodio Tullius: quantò magis hoc in ſacris dignitatibus præſtandum, quibus plerumque apriores illi ſunt, qui generis obſcuritatem labore, ſapientiâ, conſtantiâ ornant & illuſtrant? in Dei Aulâ, hoc eſt in Chriſtianâ Religione illi nobiles adiudicantur, & tanquam Principes habentur, qui Dei ſanctitatem propiùs imitantur: *& honorabile nomen eorum coram illo*, vt Vates ait Purpuratus: ex Hebræo codice Hyeronimus legit *pretioſus erit ſanguis eorum coram oculis eius*: quâ propter ad Africæ Exarchum Sanctus Gregorius Pontifex ſcribens oſtendit, *quòd apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris*
C *actio comprobatur*: accommodatè etiam perpendit Diuus Ambroſius, extrà Paradiſi aulam formatum Protoparentem Adam, in Paradiſo Euam, ideòque hanc præ illo eſſe nobiliorem, cùm tamen Adam Euæ tum authoritate tùm dignitate præſtiterit: Diſcendum hinc eſt, nullius Deo momenti eſſe natalium iubar, ſed in maximo pretio fulgorem virtutis haberi, nec Epiſcopos Auguſtis, at Apoſtolis eſſe ſubrogatos: hi autem omnes, (ſi Paulum & Bartholomæum exceperis) abiectæ hominis conditionis fuere; quâ quidam dicendi formâ Purpuratus Vaticani Senator, ſuam in Romanis Comitijs mentem aperuit; cùm enim ſapientiâ, virtuteque ſpectatiſſimum virum in Pontificem eligendum conuenirent, quibuſdam, quòd è vili obſcuraque familiâ ortus eſſet, eum reijcerent, dixiſſe viuidè fertur, *Piſcatori Petro, fabri filio ſucceſſorem quærimus*, non Auguſto.

Pſal 71. 14.

c ſicut, 43. § 9. 4. De Paradiſ. c. 4.

refert Gloſ. in c. quoniam, 24. qu. 3.

Ad Salomonis templum vel Epheſinum adſtruendum pretioſiſſima quidem perquirantur metalla, Paria marmora, aliaque huiuſmodi magnificum apparatum redolentia; hæc enim vtpotè humana operâ his tantùm corporeis elegantijs maieſtatem ſibi decuſque poſſunt comparare; ſed quæ Diuinis oculis prætioſiſſima
D Religio Orthodoxa eſt, vilia abiectaque non reſpuit, vt ex illis magis Diuinæ Potentiæ ſplendor eluceat: *Non multi potentes, non multi nobiles, ſed & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia, & ea quæ non ſunt*, hoc eſt, iuxtà Diui Hyeronimi explicationem, *quæ in opinione hominum nihil eſſe videntur*.

1. Chor. 1. 26. & 27. ibi D. Hieron.

Chriſti Domini Sacerdotium non ſecundùm Aaron, ſed Melchiſedech fuiſſe venuſtè perpendit Diuus Anſelmus: de hoc autem natalium origo obſcura adeò fuit, vt neſciatur, fidem faciente Apoſtolo, paterna genitura; ex quo Antiſtites alloquens ſic arguit Anſelmus: *Quare Sacerdotes noui Teſtamenti non pro parentum nobilitate, ſed pro vita ſua merito ſunt eligendi, nec attendendum, quos parentes habuerint, ſed cuius meriti ſint*: quòd ipſiſſimùm idem eſt, quod ſanctus Leo verè eleganterque protulerat.

in epiſt. ad Hebr. c. 7.

Commendatiſſimus hac in re Robertus Rex Galliarum excelluit, vt litterarum referunt monumenta: hic enim nobilibus illis viris reiectis, in quibus virtutis fama

Grabro l. 3. cap. 2.

lan-

ſanguinis ſplendori non conſonabat, abiectæ conditionis viros ad excelſiora Sacerdotia ſubmouebat, nec ab hoc retrahere vnquam eum potuere Procerum & Dynaſtarum conamenta, qui contemptâ ignobilitate, prænobiles tantùm viros ſacris coronari infulis poſtulabant: Huius pietati ſe conformauit Henricus, qui è Normanniæ Ducibus Rex Angliæ renunciatus, per Epiſtolam quam Petrus Bleſenſis affert, Hadrianum Quartum Supremum Chriſtianæ Religionis Præfectum exorauit, vt nullâ ratione habitâ vel patriæ vel agnationis, vel beneuolentiæ aut potentiæ, eos tantùm populis regendis præficeret, qui ad cæleſtem diſciplinam eruditi, in regni onere fulciendo leuamentum aliquod afferrent. A

Petr. Bleſ. ec. 165.

Hinc ad Ariminenſem Hyerarcham Gregorius Magnus, de cuiuſdam electione Præpoſiti ſcribens ait, quod ſi ex antiquioribus vitæ religioſæ ſectatoribus aliquem nanciſceretur, tùm pietate, tùm exemplo tanto regimini parem, Præpoſitum eum renunciaret: alitèr ex ordine infimo ſuſciperet aliquem, eoque Sacerdotio donaret, dummodò idoneus ad tantam perferendam molem videretur, nullamque aliam æſtimaret in homine pretioſam Deo eſſe prærogatiuam, quàm illam virtuti debitam, licet alioquin ex populi fœce emergeret; ſpeciali hoc Canone ſtatuentem Gregorium Nonum ſi placeet audire, dabo. *Nos igitur attendentes, quod non generis, ſed virtutum nobilitas, vitaque honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem, ad cuius regimen non multos ſecundùm carnem nobiles & potentes elegit, ſed ignobiles ac pauperes, eò quod non eſt perſonarum acceptio apud ipſum, &c.* B

lib. 6. ep. 10

c. venerabilis 37. de præbend;

Sanctus verò Gregorius Septimus ad Toletanam primariam ſedem efferre quendam ab Alphonſo Hiſpaniarum Rege poſtulatum recuſauit, eò quòd, vt ipſe ait, aptior alter poſſet reperiri; plebeio licet ſanguine ſatus, & exterâ gente progenitus: adeò enim Romanæ Reipublicæ nomen, tanta amplificatione ſe apud Ethnicos Chriſtianoſque porrexit, quià in Prouinciis & Magiſtratibus impertiendis, non patriæ conſuluit, aut ſanguinis nobilitati proſpexit, ſed virtutis & integritatis merita coronauit. Hæc ſignificanti Pontifici paruit alacriter Alphonſus. C

Baron. ann. 1080.

Principis igitur, qui in eligendis Præſulibus ſanguinis tantùm iubar, atriaque obſcuris auorum imaginibus illuſtria contemplaretur, à finis ſanctitate diſcederet, quem ſibi proponendum diximus, ſeque ipſum etiam inquinaret, cùm renunciatus Antiſtes non eius arbitrio, ſed ſuæ nobilitati dignitatis acquiſitæ decus tribueret; nec paucis ab hinc annis accidit, vt de quodam Antiſtite meo familiari acerbè de ingrati animi vitio conqueſtus Princeps aliquis, cuius auctoritate fuerat Sacerdotij ſede exornatus, reſponſum ab eo accepit, non eius patrocinio, ſed paternorum meritorum ſuffragio ſe illa dignitate donatum: digniſſimum quod hic referam eſt, quod de Macedonum Duce Quintus Curtius poſteritati reliquit: cùm enim Sydonij domeſticis ſeditionibus, ad ſtudia & cruentas factiones abirent, ſupplices ab eo expetiuere Procerum plerique, vt Principem, qui publicam quietem reuocaret, Sydonijs regendis imponeret: quid hic Alexander! reluctantibus ferè omnibus, Abdolominum quendam in Regem elegit probatiſſimum quidem virum, ſed tenui adeò victu & cultu paupere laborantem, vt ad ſuam mendicitatem ſubleuandam, olera herbaſque in horto colere cogeretur; ex horto igitur in regiam eductus optimi & ſapientiſſimi Principis partes expleuit: interrogantibus inde Purpuratis, cur tot alijs clariſſimo ſanguine viris repudiatis, egenum illum in tantum munus aſſumeret, magnificè reſpondit hoc ſtylo, *ne quis fortè exiſtimet, me non virtuti ſed generi potentiaque regnum tribuiſſe, atque vt is, qui regnum accepit, intelligat, ſe id à me, non è ſuis maioribus accepiſſe, & hoc beneficium gratâ memoriâ proſequatur.* D

Aptiſſima eſt, quæ hic à me vſurpetur hiſtoriola, quam de quodam Philoſopho ſcribunt: aulam hic ingreſſus lacera ſquallidus veſte, vt Principem de re quadam agenda colloqueretur, nunquam famulantium repulsâ adire Principem valuit: cauſam ipſe ſubodoratus in aulam rediit ſplendidâ diues veſte, quam mutuam ab alijs exceperat, & illico promptas Principis aures impetrauit: vix Principi adſtitit, vt illuſtrem auro veſtem millies oſculari, ſuauiari, totamque veluti delibare

nun-

A nunquam deſineret, hæc inſuper addens *honoro honorantem me, quia quod virtus non potuit, veſtis obtinuit*. Præterquam quod, qui nobilitatis tantùm viâ dignitatum culmen attingeret, furti quodammodò expoſtulari poſſe videretur, cum quæ virtuti tantum debentur præmia, ſanguinis ipſe potentiâ alijs rapuiſſet: Elector autem quàm meritò tùm ignorantiæ tùm erroris argueretur, quo crimine Piſonem Romanus Orator notabat, cum eloquentiæ perculſus æſtro diceret *Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem*. in Piſon.

Quàm feliciter noſtræ huic ætati accidit, quod electionum vitia, quibus Diui Bernardi ætas tam fœdâ colluuione ſcatuit, dùm ipſimet adoleſcentuli in populorum Antiſtites aſſumerentur, noſtris ab oculis arceantur: Quid enim tùm temporis lacrymabilius contingere poterat, non tantùm populis ſed ipſiſmet electis, quàm nulla virtute conſpicuos viros veluti victimas, non Dei Magiſterio, ſed paterno arbitrio ſacris aris immolari, atque vt genitorum auaritiæ inſeruirent, tam B immane pondus ſubire, ſe ſuaque cuncta litantes. epiſt.37. ad Comit. Thebald.

§. III

SED illud omnium maximè tum ad finis integritatem, tum ad Principis famam, ſalutemque ſeruandam ſpectat, quod dignitates omnes, quæcumque ſint ab omni mercimonia excludantur, adeò vt vel Principis, vel Aulicorum, manus, eorumque omnium, quos aliquâ ratione Candidati electio attingit, ne leui quidem auri maculâ inquinentur: præſtandum hoc illis omninò eſt, tum ne in nefarium cunctiſque deteſtandum crimen, quod Simonia vocatur, labantur (de hoc autem capite vigeſimo tertio primæ huius partis enucleatiùs nobis agendum occurret) tum pariter quià, cum aurea clauis ad honorem, dignitatumque æraria C aperienda ambitioni deſeruit, virtuti nullus ibi locus ſit neceſſe eſt, vitiumque illud adeò Taciti ore conclamatum irrepat, quod *ſpretis melioribus valeant deterrimi*: ex hoc fonte peſſimus effluat riuus, oportet; qui enim nullam ſibi religionem iniuit, vt obliquis adeò, & fraudolentis artibus in ſacras ſedes inuadat, an poſteà verus populorum parens exiſtat, ſuique gregis habendus ſit paſtor, qui vt lupus hians ad humanum gregem accurrit? profectò venalem authoritatem faciet, qui dignitatem coëmit: ſic olim ſapientiſſimè à Seuero Cæſare, Lamprdio referente, dictum: *neceſſarium eſt vt qui emat, vendat*: ex hoc autem error alter egerminat (ſic idem Cæſar) *nec ſine rubore puniri poteſt is, qui quod emit vendit*. 1. hiſtor. Lamprid. in Seuer.

Hoc pariter medio Brabantiæ Duciſſam, ne munera ad iuſtitiam euertendam ſpectantia reciperet, Diuus Thomas admonuit: verò namque valdè ſimile eſt, vt quæ ſunt ingenti auri ſummâ coempta, minutim inde vendantur, nec expenſas tantùm reficere auidi emptores velint, ſed ingentia quoque ex eis ſibi lucra aceruare. opuſc. 21.

Collacrymanda profectò eorum Principum conditio eſt, quos hac in re aliè ſoD poratos adminiſtri decipiunt; ſic de Claudio habes, cuius Magiſtratus & Præfecturas omnes ſibi fecerat auro venales Syluius Cæſari gratioſus, de quo Tacitus, *Principis ſui amicitia diù proſperè, nunquam benè vſum*. Quamobrem Nero ipſe, quis credat, vitiorum gurges, & Imperij probrum Senatui ſuam fidem obſtrinxit, Tacito referente, *nihil in penatibus ſuis venale, aut ambitioni peruium eſſe permiſſurum*. 4. Annal. 12. Annal.

Quid igitur Chriſtiano Principi faciendum, cùm non dubias & profanas, at ſacras perpetuaſque dignitates impertiantur! ſi profanis ab honoribus eliminanda prorſus ambitio eſt, ſi Romani Nominis exitium ex huiuſmodi venalitatibus, quibus Aureliani tempore affluebant, Flauius Vopiſcus eruatum teſtatur, quàm probroſum, quàm pernicioſum eſſet, ſi virulentâ hac lue ipſæ ſacræ Infulæ inficerentur, & in ipſum Dei Sanctuarium, aditu ſibi vi aureâ facto, ſedem collocaret?

Hæc proinde pijſſimâ lance ponderantes Anthemius & Leo Cæſares, Legem Codici inſertam adeò ſalutarem ſtatuerunt, vt ad palatij periſtylium palmaribus notis

l. ſi quenquam C. de Epiſc. & Cleric. no:is inſcripta, Principibus omnibus eſſet præhabenda, *ſi quenquam vel in hac vrbe Regia, vel in Prouincÿs, quæ toto Orbe terrarum diffuſa ſunt, ad Epiſcopatus gradum prouehi Deo authore contigerit, puris hominum mentibus, nudâ electionis conſcientia, ſincero omnium iudicio proferatur: Nemo gradum Sacerdotÿ pretÿ venalitate mercetur: quantùm quiſque mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur: Profectò enim quis locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata, ſi veneranda Dei templa pecunÿs expugnentur quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? quid denique cautum poterit eſſe aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? ceſſet altaribus imminere profanus ardor auaritiæ & à ſacris abditis repellatur piaculare flagitium: itaque caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur Epiſcopus, vt quòcunque locorum peruenerit, omnia vitæ propria integritate purificet, nec pretio ſed precibus ordinetur Antiſtes, &c.* Precibus inquam, quæ non ab ipſo, vt dignitatem obtineat, ſed ad ipſum è dignitate habendum effundantur, vt impoſitum munus excipere non dedignetur, vt ibi enucleatè Gloſſa diſtinguit. Quàm poſteà egregiâ animi attentione Principes illi vacarent, vt Sacerdotes nullâ prorſus ambitione ducti, vel munerum largitate, ſancta hæc ſibi munera compararent, ex eorum verbis, quæ proximè ſecuturo capite enunciabimus, apertè conſtabit; ne tamen moroſus in re videar, quæ ſatis ſeipſa ſuam explicat grauitatem, cuncta alia, quæ centuriare non exiguâ mole liceret, ſilentio obuoluens, vnum mihi tantùm dicendum ſupereſt, ſcilicet inter ſan-
In eius vità. ctiſſima monita, quibus Sanctus Galliarum Rex Ludouicus Philippum filium, Regnique hæredem moriens erudiuit, potiſſimum hoc fuiſſe, quod nempè in eligendis aut poſtulandis Epiſcopis tria hæc diligenter inſpiceret, primò non aulicorum fauore, ſed ſui ipſius arbitrio vteretur ad Sacerdotium alicui adſcribendum, ne in re adeò ſacra famulorum auaritiæ locus daretur: ſecundò eos tantùm in Epiſcopos poſtularet, qui ſapientiâ, moribus, exemplo eſſent populis ſpectatiſſimi: Tertiò demùm accuratâ prius trutinâ, ne falleretur, omnia ponderaret; Diuino Spiritu eruditus hæc ille monita concepit protulitque, adeòque ſancti Regis Magiſterio edocti Principes alij vtinam hæc feliciter exequantur!

Idonea media proferuntur, quibus probi Antiſtitis Eligendi finem ſortiamur. Cap. XXI.

NON infrequenter accidit, optimo aliquem dirigi fine, opuſque probatiſſimum perficiendum incipere, cum tamen poſteâ infælicem exitum ſortiatur, vel quià idoneis ad finem aſſequendum medijs non vtatur, vel quia nullâ duce ratione fortuitò gradiatur: ex quo fit, vt vario incertoque gradu procedens, non ſine imprudentiæ notâ caſibus agitetur & periculis ferè obruatur: quâ de re Seneca conqueſtus ait, *Neceſſe eſt, multùm in vitâ noſtrâ caſus poſſit, quià viuimùs caſu.*
cp.71.

Ne igitur aberremus in re, ex qua tùm priuatæ tùm publicæ fortunæ incommoda maxima emanant, cum in ſuperiori capite, quinam ſit Electoribus finis præhabendus, explicatè dixerimus, debita nunc ordinis ratio poſtulat, vt media nunc ad id obtinendum proferamus, quæ cum plurima numero ſint, ad duo tantùm referenda facilè videntur.

Exorandus primò toto animi conatu Deus eſt, vt lumine cælitus impertito noſtris mentibus irradiatis, ſcoriam ab auro, ſordes à gemmis ſegregemus, & labyrinthæas, quibus circumuenimur, ambages veluti Ariadnæ filo edocti ſuperemus: hoc profectò illud eſt, quod omni conatu ſupplex à Deo Dauid poſtulabat, cum di-
pſ.42.3. ceret, *Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt.* Quibus verbis non lucem tantùm prudentiæ ipſe poſtulabat, ſed ipſammet veritatem, ne ſcilicet priuato aliquo ſtudio, vel occulta affectione illaqueatus incogitanter deciperetur;

eo

A eò autem ardentiùs preces iſtæ ſunt effundendæ, quò Theodoreto docente, & verba Pauli explicante, Magiſtratus impertiri, potiſſimum Diuinæ Sapientiæ opus eſt: qua in re Theodoreto præiuit Sanctus Cyprianus his verbis *Nemo eſt tam ſacrilegæ temeritatis ac perfidæ mentis, vt putet ſine Dei iudicio fieri Sacerdotem.* Quantæ ergo temeritatis & perfidiæ arguendus ille eſſet, qui ſibi poteſtatem huiuſmodi tribueret, & nullo Dei præſidio roboratum ad Antiſtites eligendos accedere poſſe, ſibi animo perſuaſum haberet? in epiſt. ad Rom. c. 13. l. 1. ep. 3. ad Corinth.

Quàm facilè humanæ mentes decipiuntur, cum præſertim de hominum dotibus ferenda ſententia eſt! elegantiſſimè etenim Plato, *Bonitas eſt in centro, pulchritudo autem in circumferentia.* Hic, explicante Plotino, Centri nomine anima deſignatur, circumferentiæ verò corpus exprimitur, quod noſtris oculis exhibetur: Venuſta quidem & florida ſpecies erit, comitas, vrbanitas, vultus compoſitio, extima pietas, morum elegantia, aliaque huiuſmodi, quæ veluti lineæ à circumferentiâ ducuntur: an autem hæ referantur ad centrum, an animo vultus reſpondeat,

B an cordi conſonet ſpecies, quis aſſequi facilè poſſit? hoc plane abundè teſtatur, quod Regum primò ſacra referunt monumenta: Bethlem enim Dei vates Samuel progreſſus, vt ibi filium Iſai, mandante Deo, in Regem inauguraret, ſimul ac Eliab eius primogenitum aſpexit procerâ & belligerâ ſe corporis mole efferentem, è ſpecie, quæ Regiam quandam Maieſtatem præferebat, ipſum eſſe in Regem inungendum arbitrabatur; ſed Deo docente, errorem altè inſitum exuit, *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius quoniam abieci eum, nec iuxtà intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor.* Tibi ſcilicet ò Samuel circumferentia tantùm innoteſcit; extima nempè hæc compoſitio membrorum, nec vlteriùs quod videas habes, ſed Diuini luminis perſpicaciæ ipſum centrum, fractis quibuſcumque repagulis patet: ſic ea verba explicantur à Tertulliano. lib. de pall. cap. 3.

Quod autem in hac re magis elucet, id eſt, quod hac eàdem trutina cæteri Iſai

C filij perquiſiti fuere, quem ideò admirabundus vates interrogauit, an alius ſibi filius ſupereſſet, interroganti vati ſic pater reſpondit, *adhuc reliquus eſt paruulus & paſcit oues.* Dauid hic eſt, qui à Patre ipſo neglectus commendatiſſimus Deo habetur: gregi ducendo quem genitor præfecerat, populis gubernandis deſignauerat Deus: abiectus Iſai erat, ſed dilectus adeò Numini, vt regio diademate ornaretur, *Complebatur numerus filiorum, & qui quærebatur, non inueniebatur: erubuit pater: habeo inquit vnum paruulum, ò Pater paruulum Dauid dicis: homo deſpicit, ſed Deus Coronat:* Chryſoſtomum loquentem audiſti: nec nobis ſexcenta deſunt exempla, quibus in eligendis Epiſcopis patet, quàm facilè à vero Electores aberrent, qui ferocientes lupos eos inuenerunt, quos blandiſſimos gregis Paſtores futuros eſſe crediderant. 1. Reg. 16. 2. hom. p. in pſ. 50.

Innumera è ſacris litteris exempla ſuppeditantur, quibus luculentiſſimè erudimur, quàm arctè obſtringantur Electores, vt enixis precibus ad habendas Antiſtitum electiones vtantur: ne longior ſim, tria tantùm ex his placet afferre: Ex Moyſe primum petamus: hic enim anteqnam diem extremum obiret, vt ad populi ſui regimen Principem àliquem ſibi ſubrogaret, ad Dei auxilium implorandum ſtu-

D dioſè conuerſus ait, *Prouideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc & poſſit exire & intrare ante eos & educere eos vel introducere, ne ſit populus Domini velut oues abſque Paſtore.* Acutè hic perpendit Origenes, ipſum Deum à Moyſe poſtulari, vt populo Principem præficere ipſe dignetur, cui error ſubeſſe non poteſt, apertaque omnium ingenia clariſſimè innoteſcunt: quis tamen faciliùs ipſo Moyſe præſtare poterat, qui tum Diuino lumine, tum ſapientiâ diuturnaque experientiâ ſingulorum mores & merita penitiſſimè comprehendebat, *Poterat quidem ſic* Origenes, *ſed hoc non facit, non eligit, non audet*: quid igitur eum ab electione præſtandâ auertit, ſuamque mentis ſententiam damnans Diuino Principem eligendum committit arbitrio? *cur non audet? ne poſteris præſumptionis relinquat exemplum*: ſic idem Origenes: vt Principes, qui in Antiſtitum electionibus ſingulari prærogatiuâ faciendis, Dei ſubeunt vices, à Num. 27. Orig. hom 22. in Num.

Moyſe inſtruantur, ne tam arduum opus Diuinæ gloriæ, humanæque ſaluti tam̃ arctè connexùm, inconſulto Deo ſuſcipiatur ab hominẽ. A

Iam à Moyſe Ipſum Seruatorem Chriſtum adeamus, qui licet Diuinæ ſapientiæ
Luc. 6. 12. theſauros ſecum ipſe geſtaret, & pro arbitrio ſimul cum dignitate vires ad eam̃ idoneas impertire liberaliter poſſet, noctes tamen traducere integras voluit orans, primos in Apoſtolis Antiſtites electurus, quod quidem nullâ alia in re præſtitiſſe
Theophil. ibi. legitur: ita Theophilactus obſeruat, *Poſt orationem Chriſtus elegit diſcipulos, vt doceat, etiam nos quando quemquam in ſpirituale miniſterium ſumus ordinaturi, vt cum precibus hoc faciamus, vt reuelet quis idoneus ſit.* Huius inde veſtigiis adhærentes Apoſtoli, cum pro Iuda proditore alium poſtularent Epiſcopum, licet ſacra Synodo coactâ, Sanctoque Spiritu nuper illapſo vbertimè imbuti, duos ex omnibus ſpectatiſſimos elegiſſent, ſibi tamen diffidentes, Diuinum auxilium precibus &
Actor. p. 24 votis ardentiſſimis inuocarunt. *Tu Domine qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum miniſterÿ huius*; cùm enim, vt ſuperiùs memorauimus, facillimus ſit, qui decipiatur homo, & tot ambagibus quibus humanus animus irretitur Deum comprecemur oportet, vt ipſo Duce, ipſo auſpicẽ noſtra perficiatur electio, non alio quàm ipſo eligente: hoc etenim voces illæ ſignificant, *oſtende quem elegeris.* B

Quod idem hac eadem in re clariùs elucet; alter enim, qui cum Matthia ad
in Act. Apoſt. c. p. Apoſtoli ſedem implendam deſignabatur, Ioſeph erat nomine Barſabas, *qui cognominatus eſt iuſtus: propter euidentem & magnam iuſtitiam ſuam*, vt monet Carthuſianus, Iuſti nomen apud Chriſti fideles obtinuit, adeò vt hoc nomine ſolus ipſẽ ornaretur; quâ propter niſi electionis euentus peteretur à Deo, profectò Matthia reiecto, inauguratus ipſe fuiſſet Apoſtolus. cùm præſertim aliquâ ſanguinis affinitate ipſummet Chriſtum Seruatorem attingeret: hæc tamen omnia efficere non̄ potuerunt, quin ei Matthias in Apoſtoli munere præhaberetur, vt hinc pateat, quàm facilis ſit errori locus, vbi hominibus electionis faciendæ copia detur: hi namque ſpecie tantùm extimâ nituntur, cum Deus adyta ipſa cordis humani peruadat, & commentitiâ ſecernens à veris, æquâ lance cuiuſcunque merita ponderet; C argutè hæc omnia excogitata tradidit Beatus Laurentius Iuſtinianus ità loquens:
ibid. *Iuxta faciem iudicantes Apoſtoli ſecernunt Barſabam & Matthiam: iudicanti igitur ſecundùm cor propoſuerunt electionem, quatenùs ille, qui amborum corda nouerat, quem elegiſſet, oſtenderet: elegerat profectò Matthiam ad hunc gradum dignitatis, antequam darentur ſortes, & priùs quàm fieret Mundus; quis non prætuliſſet ex his iuſtum cognomento & vita? & tamen aliter iudicauit omnipotens, cuius iudicia longè ab humanis diſſimilia ſunt.*

Humanis tantùm rationibus ducti, cum fugere in Aegyptum ſtatuiſſent Hebræi, ne Chaldæorum exercitu delerentur, Iſaiæ verbis intonantem Deum audiuerẽ,
Iſai. 30, 2. *Quià ambulatis, vt deſcendatis in Aegyptum, & os meum non interrogaſtis*, quibus è verbis, vt perdoctus author explicat, oſtenditur, Deo Maximo preces ab eo porrigendas ne decipiatur, qui ſaluti animarum ſtudens, eis moderandis aptos viros exquirit: ſic deceptus à Gabanitis Ioſuè fuit, & Deum non inuocans humanis fraudibus ſuperatur. D

§. I.

RATIO alia mihi ab initio propoſita verſatur maximè in ea, quæ poteſt haberi eorum omnium inueſtigatione, quæ ad eligendi formam & perfectionem̃, ſpectare aliquomodo poſſunt; ingens enim diſcrimen latet, ne vel alienâ fide, vel noſtrâ ſententiâ aberremus.

Affluenter his omnibus nos Deus Magiſter inſtruxit, cùm Saulem ad Paleſtinæ Principatum attollens, licet omnibus eum ornare dotibus potuiſſet, quæ Regiam dignitatem decent, voluit nihilominus, vt in eius electionis conſortium homines pariter aduocarentur: quàm igitur lentè, prudenterque ſacris Præfecturis ſunt ho-

mines

Digitized by Google

mines exornandi! hęc habes à Magno Pontifice & Magiſtro Gregorio, cuius hæc
verba ſunt, *quid in hoc facto ſignatur, niſi quia Sancta Eccleſia Principes multâ con-* p Reg 10. 21.
A *ſideratione ſunt eligendi.* Licet autem ipſa Diuinitas in eâ electione ſuam operam
præſtitiſſet, ad corripiendos tamen Hebræos, qui moras omnes exoſi in Rege Saul
poſcendo, erant Diuinis auribus permoleſti, accidit vt ſtatutæ electioni pauci re
fragarentur, Sauliſque regimen pleriſque eſſet inuiſum, ex infortunijs, quibus pre-
mebatur, è Tirannide, qua ferociſſimè ſæuiebat: an igitur auſpicatas & fauſtas ego
dixerim electiones eas futuras, quas de viris non admodum cognitis improuidà
celeritate homines moliuntur?

Ad ſiclum igitur Sanctuarij librentur merita, moreſque eligendorum, vt pro-
batiſſimæ ſint non hominibus tantùm, ſed ſupremis etiam mentibus Præſulum
electiones; accuratè in eorum geſta & dotes inquiratur, vt quod Theodoricus è
Caſſiodoro de profanis Magiſtratibus aiebat, multò æquiùs de ſacris Principatibus
vſurpari poſſit à nobis: audiatur Regius adminiſter, & Regum Magiſter *Diù quip-* l 5. variar. ep.40
pe truttinandus eſt, cui traduntur examina, taliſque debet à Principe eligi, qualis ab
B *ipſa lege poteſt dictari.*

Ad viros vndecunque ſpectatiſſimos eligendos accuratiſſimam olim ſolertiam Cōtra Celſum l.8. in fin.
veteres adhibuiſſe memorat Origenes: quà propter coacto populo, magnis cla-
moribus adſtantes rogabantur, an vitio aliquo candidatus recens inquinaretur!
quod autem ingentem mihi parit admirationem eſt, quod Cleri & Chriſti fidelium
imitatus exemplar Alexander Seuerus Cæſar hoc idem in ſuis profanis Magiſtra- in vit. Alexand. Seu.
tibus faciendum ſtatuit, vt Lampridius refert his vocibus, *vbi aliquos voluiſſet*
vel Rectores Prouincijs dare, vel Prapoſitos facere, vel Procuratores, ideſt rationales
ordinare, nomina eorum proponebat, populum adhortans, vt ſi quis quod habeat cri-
minis, probaret manifeſtis rebus, ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis: hoe autem è
Chriſtianorum conſuetudine Cæſarem excepiſſe manifeſtè illa alia teſtantur, quæ
ſubdit, *dicebatque graue eſſe, cùm id Chriſtiani & Iudai facerent in prędicandis Sa-*
C *cerdotibus, qui ordinandi ſunt, non fieri in prouinciarum Rectoribus, quibus & for-*
tuna hominum committuntur & capita. In hoc tamen ipſe longè aberrabat; neſcie-
bat enim longè pretioſiora & grandiora Epiſcoporum amori, manibuſque com-
mitti, Dei nempè Eccleſiam, ſuique pretio ſanguinis animas æternitati re-
demptas.

Admirandus in hoc perficiendo, ſicut in cæteris alijs extitit Magnus vbique
Gregorius; cum enim de Epiſcopo Anconitano eligendo rogaretur, eique tres ad
hoc munus exercendum viri, Cleri totius ſuffragijs poſtulati deſignarentur, illud
animaduertit, ex illis tribus primum, quamuis non mediocriter ſacris litteris in-
ſtrueretur, adhuc tamen ſenio laborare, adeòque ſuarum facultatum tenacitati
addictum, vt nullum hactenus beneuolentiæ ſtudio ſecum conuiuio detinuiſſet an
non minuta hæc & exigua cuilibet viderentur? ex his tamen Magnus Pontifex
auaritiæ & torporis vitia in eo ſubodoratus eſt; alterum ſolertiſſimum eſſe dicebat,
ſed non memoriter recitare Pſalterium, quod à precibus Deo porrigendis alienum
eum fuiſſe ſignificabat. Tertius denique, quod mihi admirabilius præ omnibus eſt,
licet diuturnâ ſecum conſuetudine verſatus, diligentiſſimus ſibi æſtimaretur, adhuc
D tamen quis animo eſſet, non ſibi perfectiſſimè innoteſcere: quà propter Ioanni E-
piſcopo, datis ſuo ſtylo litteris præcepit, vt vnà cum alio, quem Viſitatoris A-
poſtolici munere & nomine donatum Anconam præmiſerat, vigili curâ ſolertique
conſilio in eius mores & opera inquireret, illa quæ reperiſſent, fideliter ad eum re-
ferrent, vt opportunè de eius electione ſtatuendâ decerneret: Quęnam adhoc agen-
dum impulerit eum ratio, vix epiſtolam exorſus aperit his verbis, *Ne de incautâ* Ep. 2. l. 12
eorum ordinatione qui ad Epiſcopatum deliguntur, valeat prouenire confuſio, vigilan-
ti de eorum perſonis ſollicitudine eſt inquirendum.

Hac quoque abſolutiſſimæ in eligendis Epiſcopis diligentiæ laude iure merito
Martinus Quintus Pontifex è maximis Magnus excelluit; Magnum ego Principem
noui probatiſſimæ quidem virtutis, ſed huius circumſpectionis defectu in eligendis
Hyerarchis non omnimodè commendandum: nam vel ſortuitæ vel fraudolentæ
narrationi de Præſule eligendo habitæ fidem protinus habens, vel eius elegantiâ

Q 2 & vr-

& vrbanitate allectus, iadeò ad eius amorem, æſtimationemque trahebatur, vt quocunque alio inconſulto, illuſtrioribus eum Sacerdotijs decoraret; hinc autem fiebat, vt, eum locus remedio non eſſet, eiuſque vitia, quem improuidè prætulerat alijs, per hominum ora publicè circumfuſa moleſtiſſimè audiret: tunc profectò animaduertebat, quàm immaturè eum ad tanti honoris culmen extuliſſet, quem ex conſuetudine ſecum habitâ, leuiſſimis tantùm erroribus aſperſum ſciebat, eius forte immemor, quod Sanctus Gregorius admonebat: *Altiſſima ſunt Eccleſiæ negotia, quæ ſi infirmi & imperiti ſuſcipiunt, ipſa rerum magnitudine deprimuntur*: ex quo inde accommodatiſſimè colligebat, *attentè ergò in ſubtiliſſima inueſtigatione perquiritur, qui tanto culmini præferatur*. A

in p. Reg. c. 2. 15.

Nulla aliâ in re pertractanda, adeò humana imprudentia corripienda mihi videtur, quam in ea, vbi perpetrato malo, nulla medicina ſeruetur: Proh Deus immortalis! quem vnquam videris, qui equum empturus, ſi phaleratum eum aſpexerit, ſibi ſatis penitus faciat? an non potius phaleris omnibus eum exuens, diuturnâ conſideratione eius dotes exquireret? tùm ne illarum venuſtate deceptus, elegantior & concinnior, quàm re vera ſit appareat, tùm etiam, ne ſub illarum tegumento multa latitent vitia, quibus eius probitas deſtruatur? an igitur è perbreui verborum elegantium ambitu, ex alienis ſermonibus, qui plerumque aſtu & fraudibus intexuntur, ex commendationibus ab exteris emendicatis & beneuolentiæ magis, quàm veritati conſentaneis librari vir poteſt, & penitiſſimè ex hiſce leuiſſimis argumentis, eius exploratâ naturâ, ſublimis ſacræ dignitatis moles, tam fluxo caducoque fundamine poteſt inniti? hoc fortè aliquibus ſuo ſupercilio rigidus exprobrabat Seneca, cum diceret, *Equum empturus ſolui iubes ſtratum, detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis latitent; hominem inuolutum æſtimas?* Quin immò, hæc quæ priuatis viris ſufficere videntur, haud quidem in Principe ſufficiunt; cum enim fortunæ blandientis faſtu acrioribus affectionibus æſtuent, ſibimet ipſis immoderatè fidentes, ſuoque genio largiùs quàm par eſt obſequentes, palmare diſcrimen ſubeùnt, ne viuidum equi caput ſpectantes, alacremque iubati colli ſpeciem, oculorum laqueis animum in tranſuerſum trahant, pedeſque quibus veluti fundamentis totum decus & robur eius innititur, explorare recuſantes, ad eius amorem impotenti ferantur impulſu. Hinc fit, vt equum empturis nudus equus obiectetur, faciliſque ad omnes eius corporis partes circumſpiciendas aditus concedatur: venuſtiſſimè hæc omnia lenocinantis penicillo Poeſeos Venuſinus vates expreſſit. B C

1. p. ſatyr. 2.

Regibus hic mos eſt, vbi equos mercantur, apertos
Inſpiciunt, ne ſi facies (vt ſæpè decora
Molli fulta pede eſt) emptorem inducat hiantem.

Hanc mihi ſimilitudinem afferre placuit, vt eò minus opinioni ſuæ Principes adhæreant, licet ſolertiſſimâ diligentiâ vtantur, in eligendis ad excelſiora Sacerdotia viris, qui abſque prolixo, maturoque examine difficillimum eſt, vt ad tantum munus idonei cognoſcantur.

Facilè autem hoc erit, ſi famam opinionemque, quâ apud populos præſtant, velut ad libellam ponderent, & ad amuſſim abſolutiſſimam aduocent. hæc enim populorum aſpectui vis eſt, vt lynce perſpicacior, quocumque Geometrâ doctior quorumlibet introſpicere valeat mores, & aptâ cognitione metiri: quod faciliùs etiam dicendum de ijs eſt, qui ſedibus ſublimioribus impoſiti, omnium oculis, omnium ſermonibus exponuntur: quanquam vt mox dicetur, tarò accidat ex Diui Bernardi ſententia, vt inter aulicas artes educatus ad ſacras dignitates vix habilis educatur. D

§. II.

VErùm quià frequentiſſimè fit, vt extrà aulam viri potius aptiſſimi ad populos moderandos reperiantur, & vel modicæ Vrbes & Religioſa clauſtra, frontes Infulis coronandas ſuppeditent, commendatiſſimum foret, ſi pœnes Principem

pem Electorem nota eſſet aliqua, quâ ſpectatiſſimi viri tum ſcientiâ tum integri-
A tate recenſerentur, iique potiſſimùm, qui prælo datis operibus populorum ſibi laudes & ſæculorum encomia compararunt. Hoc quidem præſtare Regius Vates ſignificabat iis verbis, *Oculi mei ad fideles terræ vt ſedeant mecum*; ſuæ prouidentiæ lumina, circumquaque Rex tantus è ſolio porrigebat, & vel in abditiſſima regni ſui littora mentis aciem protendebat, vt ad Præfecturas & Magiſtratus idonea capita eligens, in partem ſui regiminis, ſemper præſentia ſibi haberet. Pſ. 100. 6.

Hoc etiam monito, Moyſi genero ſocer Iethro conſuluit, dicens *Prouide autem tibi de omni plebe potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas & qui oderint auaritiam &c. qui iudicent populum omni tempore*; è quibus colligit Oleaſter, peculiare Principis munus fore, totâ diligentia ſtudere, vt propter ingentia beneficia, quæ redundant in populos, viros ad Maiora Sacerdotia eligant abſolutæ virtutis: *Præcipuum munus Principum eſt ad examen hominum, ad iudicandum oculos ſuper omnem populum habere, vt ex eo Rectores eligant*. Sic Oleaſter. Exod. 18. 21. ibid.

B Tiberius ipſe Cæſar antequam animum flagitijs impuraſſet, ſeque Seiano, vitijsque ſimul omnibus effreni licentia committeret, lege hac ſapientiſſimâ, Tacito teſte, ſuum regimen temperabat, *Res ſuas Cæſar ſpectatiſſimo cuique, quibuſdam ignotis ex fama mandabat*; in viris virtute doctrinaque præſtantibus tot ſe habere theſauros perſuaſum animo Principes habent, nulloque pretio illorum quemlibet poſſe definiri: in ipſis Alcides ſuos habet, quorum humeris tum ſacrum tum profanum regimen fulciatur: abſint quidem iſti ab oculis, at ſemper animo adſint; licet enim diſſita loco ſit virtus, adhuc amatur, cum Solis inſtar radios ſuos vndecumque diſpergat; quin imò Princeps ipſe, ſi hoc præſtiterit, Sol alter euadet, beneficâ cuius præſentiâ virtutum, doctrinarumque germina, florida vbique ſobole pullulabunt; facilè namque ibi merita florent, vbi ad illorum præmia Principis animus fertur, eaque calore amabili fouet veluti quædam ſemina dignitatum; ex hoc fiet, vt quæ olim Paulino recens in Conſulem inaugurato dixit olim Atha- l. 4. Annal.
C laricus, vſurpare de ſe meritò valeat, *non vereamini abſentes, nec ſitis de Principis ignoratione ſolliciti: latere forſitan poteſt vulgare hominum genus, neſciri non poteſt proles Senatus: quando benè noti ſunt, qui meri tis aſſeruntur, & abundè cognoſcitur, quiſquis famâ teſte laudatur: quâ propter te longiſſimè conſtitutum mentis noſtræ oculus ſerenus inſpexit, & vidit meritum, quod non habebatur occultum*. Quantis profectò commendationibus Principum electiones exciperentur, ſi Athalarici exemplo ducti virtutis meritum ſacris Infulis coronarent? quantam ſibi gloriam, quantam populis fœlicitatem eriuarent? quâ planè ratione, cum ad Senatum pro concione diceret, Themiſtium Senatoriâ dignitate exornans, gloriabatur Conſtantius Cæſar: licet enim quàm longè ſibi abeſſet, ad tam illuſtrem Magiſtratum præſentem illum habuit & accerſiuit, vt quæ de eius merito volitabat fama, imperitæ dignitatis mercede coronaretur: à Diuo Bernardo hoc item documento inſtructus Eugenius Pontifex fuit: verba adamantinâ gemmâ digniſſima hic à me proferantur, *Tuum eſt vndecumque euocare & accerſere ſibi ſenes, quos tu noſti, quia ſenes populi ſunt, non tam ætate quàm moribus: an non eligendi ſunt de toto orbe, qui totum iudicaturi ſunt orbem?* Caſſiod. ep. 22. l. 9. l. 4. de conſ. ſider.

D Philippum Secundum Hiſpaniarum Regem toto orbe viros præſtantiſſimos habuiſſe vir purpurâ ingenioque clariſſimus Ioannes De Lugo Cardinalis refert, qui occultè illum certiorem faciebant de bene moratis & pijs viris, quos & Ordo Liturgicus & præcipuè Canonicorum Collegia haberent: cum igitur recens aliquis alicui ſedi dandus eſſet Antiſtes, ſuæ tantùm conſiderationi rem hanc committens, eum frequentiſſimè eligebat, qui ſibi ſuiſque toti ignotus, per epiſtolas de collato ſibi Epiſcopali munere admonebatur, alijs non rarò reiectis, quos ambitioni immolatos, cæteri commendabant, eò quòd vel in pauperes non eſſent benefici, vel nimio corporis cultui addicti, vel alia de cauſa à debitâ virtutis viâ deficerent; his artibus religioſiſſimus ille Princeps ſui Regni pietati conſulebat, cum tantâ fidei virtutumque progreſſione, vt eâ ætate Antiſtites eos haberet Hiſpania, quos florentiſſima naſcentis Eccleſiæ ſæcula numerarunt. Diligentiſſimum hac in re præ omnibus Pontificem fore Romanum quis ignoret, ex arctiſſimâ quâ premitur lege de iuſt. & iur. tom. 2. diſp. 35 ſect. 9. num. 5.

vt

Digitized by Google

vt Religionis Orthodoxæ fœlicitati animarum ſaluti, populorum virtutibus, in-
cremento fidei totâ vigilantia adlaboret? A

Verba, quibus Samuelem Vatem Deus allocutus olim fuit, perpendit hic Diuus
p. Reg. 16. Gregorius, tunc quando ad Palæſtinæ regimen Paſtorem Dauid aduocauit, *Vnges
quem monſtrauero tibi*; niſi enim precibus Diuinum nobis auxilium comparemus,
vt eos nobis oſtendat, qui tam excelſo regimini pares fuerint, omnes prorsùs hu-
manæ, quibus vtimur, artes, ad id præſtandum erunt inutiles, nulliuſque momen-
ti: quod ſi autem poſt exoratum ardentiſſimè Deum, improuidi negligenteſque
fuerimus in idoneis viris perquirendis, in noſtræ ſocordiæ pœnam nequaquam
illos nobis Deus oſtendet. *Quid hortor Reges, paſtores quærere, cùm niſi Deus ocu-
los proferat, nequeant inueniri; quid enim aliud eſt, vnges quem monſtrauero tibi?
tamen quærendi ſunt, quia niſi quæſiti diù, minimè demonſtrantur.* Illud iam addit,
quod plerùmque ſpectatiſſimi virtutibus viri, vt theſauri, noſtris luminibus ſe
ſubducunt, vt ſecuriores illos ſibi Deus habeat, & ab omni furti, rapiuæque diſ-
crimine immunes, ſuis tantùm electis opportunè aperiantur: *Quærat ergo, qui or-
nare caput Eccleſiæ cupit, occultos theſauros Chriſti: ſponſam quis ornare geſtit, ſed* B
*non poteſt, niſi oculus ſponſi theſauros ad eius ornamentum perducat, & non deſiſtat,
donec latentes inueniat, &c.* Sic Pontifex Gregorius.

Aptiſſimè hic placet inſerere argutiſſimum ſermonem, quo Beatus Iordanus pijſ-
ſimæ vir famæ, & alter à Diuo Dominico illuſtris Prędicatorum familiæ ſupremus
Caſtill. in Chron. l. 2. cap. 6. Moderator lepidè ſuam mentem aperuit: pluribus hic Præſulibus & Epiſcopis ad-
ſtans, rogatus ab illis fuit, curè ſuâ Religioſa familiâ ad Epiſcopales ſedes accer-
ſiti, non ea virtutum excellentiâ præſtarent, quâ ij præſtant, qui religioſæ vitæ
nunquam ſe deuouerunt, cum à viris religioſis officijs excultis, maior plerumque
virtutum ſoboles enaſcatur? rogantibus ſic ille reſpondit, Vobis hoc crimen tri-
buendum ò Domini eſt; cum enim religioſi viri ſui ordinis receptaculo conti-
nentur, moderatorum eſt, ipſos admonere, coercere, corripere; ſimul ac verò
Monaſticam vita exuunt, vobis ſe aſſociantes, eadem prorſus imbibunt vitia,
primæuamque tot ſtudijs indutam virtutem, vnà cum veſte deponunt: verùm vt è
iocis ad ſeria accedam, quod tot annorum experimento, quibus hanc Spartam ex- C
colui, diligenter addidici, candidè fideliterque vobis aperiam: tot annorum in-
teruallo, quo me huic religioſæ Militiæ ſacramento deuoui, nunquam vel cum
generalia vel cum Prouincialia Comitia haberentur, eorum mores examinari,
libratique aduerti, quos ad ſacras dignitates ij deſignant, quorum arbitrio datur,
eos in Epiſcopos eligere & poſtulare: Quid ergò mirandum, ſi nullâ eorum noti-
tia penitiori habitâ, in eorum electione faciendâ tam facilè decipiantur? non mo-
res, non pietatem electio ſequitur, ſed in ea faciendâ, genio, propenſioni, ſan-
guini, priuatis rationibus, humanis ſtudijs indulgetur.

Largiùs idem explicatur. Cap. XXII.

ACcuratæ conſiderationi, de quâ ſuperiùs egimus, illud etiam, vt cautior pru- D
dentiorque reddatur, addendum eſt, huiuſmodi electionibus perneceſſa-
rium, ſcilicet, vt viri iam longâ virtutum exercitatione verſati eligantur, & matu-
ro tum pietatis, tum prudentiæ vſu, conſtantique experimento probati. Laodi-
c. 12. relat. in c. ep. 6. 71. dixt. cenſis hæc Synodus ſtatuit ijs verbis, *non eligantur niſi hi quos multò ante nota pro-
babiliſque vita commendet*; niſi etenim hæc meritorum approbatio fuerit in candi-
dato, eius electionem virtutum omnium excidium, populorum ruina, & multò
faciliùs Elector ipſe de tantis criminibus reus conſequentur: vberrimis hæc lacry-
Ad ep. in calce oper. mis proſequebatur Nazianzi ſanctiſſimus Hyerarcha Gregorius hæc de re ſic al-
loquens: ingentis pretij gemmas expiſcaturi ad Indicas vſque plagas velificamus,
aromata ab extremo Mundi deficientis margine trahimus, pauciſſimos inter equo-
rum greges ad certamen eligimus: an igitur momento temporis aptos habere li-
cebit Antiſtites & properato labore eorum ità naturam, moreſque immutare, vt
exercitas mundi artes, cogitationes, ſolatia, voluptates, conſuetudines, ludus
exuen-

Digitized by Google

A exuentes, toti Deo vacent, rebus ſolùm ſacris intenti, omnibuſque à rebus vrbanis alieni, adeò nuncium rebus humanis remittant, & in rerum contemplatione cęleſtium ſtudia ſua ponant, vt viuendi exemplar moribus ſuis exhibeant? hoc propè Circem æmulari eſt? homines hæc in belluas immutabat, humanos iſti mores illis inſinuare contendunt, qui belluinâ viuendi licentiâ ad quæcumque illicita rapiebantur: Diuinæ tantum potentiæ detur è Saulo Paulum facere: optare quidem hoc ab homine licet, ſperare quidem non licet; audiatur iam ſanctiſſimus æque ac doctiſſimus vir in huiuſmodi præpoſteras electiones inſurgens, *Quo fit, vt magni pretij gemmæ difficulter conquiri poſſint, & non cuiuſuis terræ aut loci ſit aromata dare: & equorum item & mulorum magna copia eſt, cùm generoſos tantùm domus locupletum alant: Antiſtes verò facili momento reperiatur, qui nihil ante præſtiterit & nouitius ad dignitatem accedat? O ſubitam morum mutationem! res diuinę ſunt modò iactus alearum cuborumque.*

Quin imò è flagitioſiſſima frequenter viuendi ratione ad ſanctiſſima pietatis ſtu-
B dia gradum facimus; vitiorum heri ſectator, hodiè virtutum miles emeritus: qui voluptates ardentiſſimè inhiauerat, aduerſus vitia validè obarmatus occurrit: quis hæc adeo aduerſa æquo animo credat? fieri non poſſe docuit Stagyrites, vt ex vno extremo ad aliud ſine medio compoſitum aliquod gradiatur: quid iſti ad hæc! ignorantiæ crimen Ariſtoteli vertunt, vſuque ipſo egregiè docere præſumunt, è Simone Mago turpiſſimo rerum ſacrarum Mercatore, celeri ſubitaque conuerſione Simonem Petrum fieri coronatum Pontificem: *Heri Simon Magus eras, hodie Simon Petrus! heu nimiam celeritatem! Heù!* ſic eadem in repergit Nazianzenus Magiſter.

Alia pariter ratione validiſſimâ vtitur ſanctus idem Præceptor, adhoc idem fulciendum: quis enim, ait, Medicum in Vrbe excipiet, quem priùs in Medicinæ facultate addiſcendâ diù verſatum ignoret? niſi prius morborum ſtatus, medicaminum rationes, febrium æſtus apprimè nouerit, quot ſanè periculis vrbes inuo-
C luet, populos infeſtabit? Quis pariter ſi ſui vultus imaginem colorandam velit, pictorem haud exquirat, miſcendis coloribus diù excultum, ducendiſque corporum lineamentis expertum: Apellem quidem Alexandro ſimilis non affectauerit, ſed adhuc imperitos, obſcuroſque pictores oculo indignante reijciet: an igitur præcipiti conſilio eligendus erit Antiſtes, qui futurus eſt, tùm ſuorum morum exemplo, tùm adhorationum eloquentiâ populorum Magiſter! fungino more noctis vnius ſpatio naſcuntur, diuinæque fiunt paucis horis participes poteſtatis: die vna ſeruntur, ſimulque naſcuntur Vrbium Præſules & Prouinciarum Præfecti; eo planè modo, quo de interfecti Draconis dentibus diſſeminatis, cataphractas emerſiſſe protinus legiones Græciæ vanitas fabulatur; ergo ne ad Principis arbitrium, ad aulicorum officioſas commendationes, in aurum migrabit plumbum, adeò vt, qui vel nullum vel tenuiſſimum, ſuæ integritatis ſuæque prudentiæ ſpecimen in populorum regimine dederit, populis regendis tanquam prudentiſſimus imponetur? tanta nè in ſolo ſubſignato manu Principis *placet* poteſtas Nazia. orat. eſt? tam arduum opus vno tantùm *ſic volo* perficietur? *cumque nec medici, nec* 20.
pictoris nomen quiſquam obtineat, niſi prius morborum naturas conſiderauerit, aut
D *multos colores miſcuerit, variaſque formas pennicillo expreſſerit, Antiſtes contra facilè inuenitur non elaboratus, ſed recens, quantùm ad diuinitatem ſatus ſimul & editus, quemadmodum Poetæ Gigantes fabulantur.*

Ipſamet, quæ tantis viribus pollet in rebus creatis effingendis natura, ad magna conficienda præpropera feſtinatione non accedit: è minimis ad maiora, è maioribus lento labore procedit ad maxima: non prima ablutione, colore optimo lanas imbibi, Seneca docet; vt floridiſſimum purpuræ, coccinique colorem ſibi inſinuent, diù multùmque verſandæ ſunt & abluendæ: hoc planè modo humanis ingenijs haud quaquam prima documenta ſufficiunt, ſub diuturno grandique conatu ſunt ea quotidiè exercenda, vbi potiſſimùm de populis regendis agitur, animarumque ſaluti conſulitur: profectò niſi altè colorem virtutis imbiberint, non accipient ornamenta, ſed maculas: *Hac niſi altè deſcendit, & diù ſedit, animam non* Sene. ep. 72.
colorat ſed inficit.

Quæ

Quæ probatum Antiſtitem formant animi dotes, plurimas eſſe quis neget, & longa ſolùm vsâ conſtantique exercitatione poſſideri? vitæ integritatem quis neſciat, poſt domitas vitiorum vires, poſt innumeras voluptatum reportatas victorias, in nobis ſolùm enaſci? iam Conciliorum, Canonum, ſacrarum Litterarum, ſacrorumque Rituum cognitio, multoque magis regendarum animarum ſcientia, quantùm temporis, quantùm experientiæ, laboris quantùm poſtulat? an hæc omnia quæ maxima ſunt, poterit electis recens Epiſcopis, feſtinatâ largitate Elector impertire? an noctuæ imperare quis ad arbitrium queat, vt terrarum dedignata ſordes *aſſumat pennas vt Aquila*, nubeſque celeri pennâ ſupergreſſa, Solis venuſtatem propius contempletur? an Antiſtitis loco ſacris initiandus ille eſt, qui vt falſæ gloriolæ vſurâ fruatur, nulla integritatis & virtutum ornamenta ſecum ipſis ad ſacras ſedes aſportant? an Summo Pontifici exhibendus ille eſt ad Cleri, populique effrænatam viuendi licentiam infringendam, ad ſacras Virgines in Gynæceis inſtruendas, ad viam ſalutis errantibus populis reſerandam aptiſſimus, qui ſuis voluptatibus indulgentiſſimo animo adhæſit, qui rebellantes ſui corporis ſenſus nulla honeſtatis lege coërcuit & ſacras litteras ne primo quidem limine ſalutauit? *Nos vna die Sanctos fingimus, eoq; ſapientes & eruditos eſſe iubemus qui nihil didicerunt, nec ad Sacerdotium quicquam prius tulerunt præterquam velle*: ſic eandem ad rem roborandam pergit idem Nazianzenus, qui ſuæ ætatis electores ad tanta præcogitanda incommoda excitaturus, acerbo hoc dicendi ſtylo eorum animos pungit, dùm vngit: *Papa quàm egregia Præfectura, quàm excelſus animus! protinùs Samuelem ab incunabulis ſanctum in ore habemus, protinus ſapientes ſumus, protinus præceptores, protinus legiſlatores, protinus rerum diuinarum cognitione ſublimes, noſque ipſos calculo noſtro cæleſtes deſignamus.* A B

Ex his tam feſtinatis adeòque deturpatis electionibus, quibus illa ætas affluebat, quænam vtilitates, quæ commoda in ſubiectos populos poterant eriuari? quæ fidei incrementa, quæ Chriſtianæ Religionis amplificatio? mihi certè ex horrore hæc pronunciare non vacat, ſed ſanctiſſimus idem Magiſter audiatur. *Nunc periculum eſt, ne ordo omnium ſanctiſſimus ſit omnium maximè ridiculus*: electiones huiuſmodi eliminet Diuina benignitas, cum lue nullâ peſtilentiori poſſit vnquam decor Eccleſiæ deformari: ruat quodammodo fides, neceſſe eſt, ſi veluti per iocum & ludibrium ad Hyerarchicum culmen, ad moderandam Religionem viri ineptiſſimi efferantur: Sanctiſſimus & maximè venerandus dignitatis ordo, nullius pretij, nullius rationis eſſet, & propè ridiculus: tantùm mali, tantùm incommodi ex eo ſolum effluit, quod tam excelſas dignitates non virtutum perfectione, ſed perſonarum beneficio metimur: *Non enim virtute magis quàm maleficio Sacerdotium paratur, nec digniorum, ſed potentiorum Throni ſunt.* C

§. I.

QVIS autem temerè præſumat, vt noſtro genio Deus obſecuturus, conſuetas rerum leges tranſgrediens, miracula patrare velit? ipſi ergo Electores tenentur eos in Præſules poſtulare, quorum virtus, pietas, prudentia, adeò in aperto omnibus ſit, vt de eorum exitu nullus locus dubitationi ſuperſit: ſibi perſuaſum habeant Electores, dicenda à Pontifice Moyſis verba, *Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, & ponam eos vobis Principes*: Viros exhibete mihi probatæ virtutis, famâ integros, moribus ſapientes, ſcientiâ illuſtres, experientia graues; mihi enim de illis inquirere non datur: veſtro arbitrio, veſtræ fidei, veſtræ religioni acquieſco: veſtræ ſententiæ fretus piſcatores iſtos in mare populorum immittam, retiaque eis poteſtatis ſacræ committam: ipſi quin etiam vidui populi ſupplices, toto corpore humi obuoluti, lacrymis ſimul & vocibus hoc ab illis efflagitant, vt ſcilicet illos eligant, illos præficiant, quorum regimine in rectâ virtutis & ſalutis viâ proficiant: quorum virtus concordi gentium ſuffragio *probata non probanda ſit*: probata autem hæc ſit in loco nulli ſuſpicioni obnoxio: ad Eugenium enim Pontificem ſcribens Diuus Bernardus D

Deuter.p.

no.4. de Conſid.

nardus, ait difficillimum ſibi videri, quod in aulâ, hoc eſt in ambitionis, auaritiæ-
A que paleſtrâ poſſit quis Tyrocinium habere virtutis, & prima rudimenta capere
ſanctitatis, non acquiritur in aulâ integritas, ſed amittitur; nec rarò fit, vt quæ illùc
affertur virtus, indecorè ibi decreſcat: quî igitur ex aulâ viros regendis populis
idoneos emerſuros, tibi ſuadeas? *Et hoc tibi perſuade, qui admittendi ſunt, dif-
ficilè in curia poſſe probari, & ideo ſi fieri poteſt, viros probatos oportere deligi, non
probandos*: ſic Bernardus, qui rationem de hoc afferens pergit, *Nos in Monaſterijs
omnes recipimus ſpe meliorandi, at curia bonos recipere magis, quàm facere conſue-
uit; quod ſi plures in eâ defeciſſe bonos, quàm malos defeciſſe cognoſcimus, quæ-
rendi ſunt, quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vt pote iam per-
fectis*.

Hæc, quibus ſapientiſſimè nos Diuus Bernardus inſtruxit, veritati quidem maxi-
mè conſonant, ſed aliquem exceptioni dant locum; non rarò enim ambitio, quæ
turpiſſima in ſe eſt, vt infrà docebimus, ſi fines moderationi debitos non egre-
B diatur, virtutis quiddam refert, & in ea viria obarmatur & aſſurgit, quibus à con-
ceptis honoribus arceri poteſt; humano quidem ex fine ipſa dirigitur, ſed paulatim
conſuetudinis vi, virtutes ipſas edocet, eoſque potiſſimùm, qui Romanâ in Aulâ
ſacris Infulis decorantur; cùm perpendi horum mores & accuratiſſimâ inueſtiga-
tione librari opera ſoleant, adeòque decoris quibuſdam ſtimulis excitati, virtuti
ſtudere cogantur: hoc fortè ſenſu Sancti Matthæi codicem explicans Gloſſa ait,
quod *appetitus gloria propinquus eſt virtuti*: virtutem aliquando vt Aurora præit
ambitio, ſi tamen immoderata non fuerit: cùm econtrà, qui fulgere dignitatibus in cap. 5. Matth.
nolunt, ſe vitiorum ſordibus faciliori lege committunt; præterquam quòd labo-
ribus eos aula Romana fatigat, moleſtâque exercitatione retundit, cùm in *vtra-
que* vt aiunt *ſignatura* ſpectandos omnibus & palam audiendos ſe tradent: multæ
illis agendæ ſunt clientum cauſæ, plurimaque ſunt negotia, quibus à Summo Pon-
tifice implicantur: in his autem quam facilè eſt, vt eorum ingenium, ſolertia,
C prudentia, laboriſque amor agnoſcatur, quæ futuræ dignitatis præludia quædam
videntur, vt de eo dici poſſit: *fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſu-* Matth. 24. 25.
per familiam ſuam, quæ verba explicans Origenes ait, *qui in fide proficit, communi-
ter fidelis vocatur, at qui naturaliter habet mentis velocitatem, dicitur prudens*: tract. 32.
hoc autem maximè obſeruandum eſt in ijs, qui deſignantur Epiſcopi, quòd ſcili-
cet ſuæ virtutis ſpecimen in alijs muneribus ſibi creditis dederint, & in cauſis per-
agendis, tum quæ ad iuſtitiam, tùm quæ ad pietatem referebantur, famam ſibi &
beneuolentiam conciliauerint: ex hoc enim facilè argui poteſt, quid poſteà in
Eccleſiarum Regimine ſibi commiſſo ſint peracturi, vt olim apud Caſſiodorum
Rex Theodoricus loquebatur, *hæc de illo futura promittere, præteritorum fides tem-
porum facit*: hi profectò viri digniſſimi ſunt, qui ad honorum apices euehantur;
nec enim alia ad honoris templum datur via quàm virtutis: præterita laborum
exercitia merita quædam ſunt, quibus ad præmia conferenda Principum animi ex-
citantur, quod alibi Caſſiodorus ſignificauit his verbis *Dignitas dùm ad incogni-
tum venit, donum eſt, cùm ad expertum comparatio eſt meritorum, quorum alter debitor* lib. 1. ep. 13
eſt indicij, alter obnoxius eſt fauori.

D Quod ſi ex aduerſo, ad aulæ Romanę aſpectum Præſul aliquis arduum aſperum-
que virtutis callem auerſatus, totum ſe luxui componat, ludos, ſolatia, volupta-
tes delicias amplexatus, an non ſuomet ſuffragio ſacris è ſedibus deturbatur?
quendam ex his nos ipſi olim nouimus, qui cùm validiſſimis officiorum artibus,
Summo Pontifici ad Epiſcopales induendas Infulas commendaretur, licet procli-
uis admodum Pontifex ad eius fauorem oblatas commendationes exciperet, for-
titer tamen inuictèque eum reiecit dicens, nihil propemodum in eo eſſe quod de-
ceret, & ornaret Epiſcopum, & illud Apoſtoli meritò vſurpare poſſe, *Qui domui
ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit*: quod ſi Præſulem p. Tim. 3.
agens verſatus hic in aulâ non eſſet, vitijs ſuis obuelatis, facilè aliorum artibus
ſibi propitium Pontificem impetraſſet. Quin ipſimet Deo, cuius potentiæ datur,
cum dignitate conferre ſimul & merita, vſitatum maximè fuit ad Pontificum in
Epiſcopis eligendis documentum, vt ad maximas illos adduceret Præfecturas,

quos prius inter minora munera tenuis palæſtra exercuiſſet: hoc in Moyſe cognoſ-
cas, quem priùs in gregibus ducendis ſolertiſſimum, ad ducendos inde populos A
Deus euexit; hoc idem in Dauide quis neget! cuius fortitudine ab Vrſorum, Leo-
numque aggreſſionibus cuſtoditum pecus apertè oſtendit, quantâ cum conſtantiâ
ab hoſtium inſultibus Dei populum eſſet vindicaturus: antequam tàmen ſupremum
eis populorum regimen daret, laboribus alijs, eorum vires exercuit, vt minoribus
illis veluti leuitationibus, ad futura certamina, præliaque præluderent: Apoſtoli
hoc idem teſtantur; quos in maritimâ piſcatione Magiſtros, ad animas per orbem
Diuini Verbi retibus expiſcandas Deus elegit: teſtatur Matthęus, qui è pecuniarum
lucro, cui tàm auidè inhiabat, ad animarum quęſtum faciendum quodam veluti
experimento vocatus fuit; hoc demùm Paulus ipſe teſtatur, qui propoſito tantùm
immutato, ardorem, quo in ſuis defendendis ritibus æſtuabat, ad Chriſti fidem
ſeruandam amplificandamque aptiſſimum demonſtrauit: adeò verum eſt, præte-
ritæ viuendi normæ futuros mores conſonare, feſtinataſque morum conuerſiones
appetere, ipſi Deo vim inſerre, quodammodo eſſe: meritò igitur Sanctus Grego- B
rius pronunciauit, *Nemo ſe imaginibus cogitationum magna ſe facturum illudat, ſed*
3. part. paſt. cap. 9. *ex anteacta vità iudices, quid in Prælatione ſit acturus.*

Colligendum hinc facilè videtur, eos, qui longa annorum ſerie Vicariam Epiſ-
copis præſtantes operam, magna cum laude ſuum munus obiere, magnum ad E-
piſcopalem ſedem attingendam habere ſuffragium, vt enim Diuina Sapientia do-
cuit, qui fidelis in re modica eſt, fidelior eſt futurus in magnis, & qui in alienæ
ſponſæ decore ſeruando, totâ mentis vigilantiâ deſudauit, multò vigilantiùs in
propriæ ſponſæ amore ſuam ſit operam præſtiturus: quàm eleganter hoc idem è
nauigatoria arte, militarique diſciplinâ ſimilitudinem ducens Sanctus Gregorius
Nazianzenus oſtendit: in illâ etenim clauo gubernando nequaquam aliquis com-
mittitur, repentino Magiſterio vix inſtructus, ſed primùm remis ducendis, inde
proræ ſtudio vacat, longa demùm exercitatione ſatis eruditus, Nauarchum induit,
orat. 20. imperia tota naui diſpenſans: *Nauticam legem laudo, quæ gubernatori futuro, pri-*
mò remos tradit, deinde ad proram eum collocat, ſicque prioribus muneribus ipſi com- C
miſſis, tandem eum poſt diuturnam nauigationem ac ventorum obſeruationem, ad gu-
bernacula conſtituerit; eadem rei militaris eſt ratio, miles primùm, deinde Centurio,
tùm Imperator: hic profectò ordo, ſi in ſacris etiam præfecturis impertiendis ſer-
uaretur, quot è medio tolleret errores & quot vtilitatibus ſubditas gentes cu-
mularet?

Quicumque huiuſmodi viâ ſolium Epiſcopale conſcenderit, illud de ſe meritò
dixerit, quod ad Eugenium Theodoricus ſcribens ait, *atque ideò tanto iudicio læ-*
tare ſuſcepto, qui pro labore honoris tui, honorem alterum accipere meruiſti; nati
ſunt tibi faſces ex faſcibus, & naturam retinentes fatus arborei, pullularunt iterùm
decenter abſciſſi.

Commodum hinc etiam aliud ad probatas electiones pernecessarium eruatur:
frequentiſſimè enim fit, vt tùm morum ſanctitate, tùm ſcientiarum ſplendore can-
didatus eluceat, ſed illâ prudentiâ & dexteritate deſtituatur, quę ad aliena tractan- D
da negotia & ad humanas mentes flectendas validè grauiterque conducit, ſeù a-
deò ſe ab aliorum ſocietate ſubducat, vt ad eius conſilia documentaque excipien-
da ſubditis populis aditum præcludat, ſeù paruâ rerum humanarum experientiâ
edoctus, fidem facillimè eis omnibus præſtet, quæ ad ipſum afferuntur: illud ip-
apud Sãch. ſum hoc eſt, quod, Aquinate duce, Theologi docent, non ſemper ad ſacras Inſulas
l. 2. conſ. 2. induendas ſanctiſſimum virum eligendum: morum enim ſanctitas ea non eſt, vt
dub. 2. n. 4. ad Epiſcopale munus exercendum, idoneum aliquem prorſus efficiat: quà propter
frequentiſſimè fit, vt, libratis omnibus, Epiſcopali Magiſtratu melius fungatur,
qui minori quidem ſanctitate, ſed prudentiâ, doctrinâ, rerumque vſu maiori pol-
leat, & ex aduerſo aptior erit, qui indoctior quidem, ſed ſanctior, & vtilior tùm
exemplo, tùm moribus, fit. Quis hoc apertè in Iethro non videat, qui Moyſis ſo-
cer, Moyſem ipſum à Deo electum, tùm rerùm experientiâ, tum ingenij dexteri-
tate ad ſuam populi Rempublicam gubernandam ſuperauit, vt Rupertus Abbas
ſignificat.

Quam

A

§. II.

QVàm igitur pernicioſum nefas ſit ad ſanctiora Sacerdotia Laicos poſtulare, vel aſſumere, ex hoc ni fallor manifeſtè colligitur, quòd acerbè in hunc errorem tùm ſacri Canones, tùm Concilia ſanctiſſima inuehuntur: ſed prę cæteris anno Chriſtianæ ſalutis quadringenteſimo nono ſupra vigeſimum Cœleſtinus Pri- Bar.an.429
mus ſupremus totius Chriſtianæ Religionis Hyerarcha ad Apuliæ, Calabriæque Epiſcopos ſcribens, eos de memorato errore coarguit: quoniam autem in popu- Cap. quid proder. 61. dixt. c. decer. 62. dixt.
lorum violentiam Præſules ſuum errorem referebant, grauiſſima illa & digna Pontifice verba pronunciauit, *Ducendus eſt populus, non ſequendus*: duas haſce literas Canonibus ſacris inſcriptas inuenies.

Idem pariter in ſuâ quadam ex Decretalibus Hormiſda præcipiens validà hac ratione confirmat, nam *longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui guberna-* c.9. & 3. 61. dixt.
B *cula committuntur Eccleſia*: illud autem quod dicebatur, vel è ſæcularibus viris aliquem probatiſſimis moribus efflorescere, negare quidem ipſe non audet, *ſed Milites ſuos probatos ſibi quarant inſtituta fidelium*.

Ipſa etiam in Synodo Sardicenſi in Antiſtitem aliquem inaugurari vetitum fuit, qui in ſacrarum rerum palæſtrâ diuturnâ ſe exercetatione non ſe fati- cap. 13.
gauerit.

Sed præ omnibus hac in re admirandum in primis illud eſt, quo ad Præſules Africæ ſcribens ſanctus Leo Pontifex vtitur: ad domeſticas ſeditiones declinandas, temporumque nequitiam ſuperandam non ſe legibus iſtis conformaſſe, ſe illi excuſabant; reſponſionibus hiſce reluctatus fortiter eſt inuictus Pontifex, eoſque acerbè redarguens ait, nullam vnquam dari potuiſſe adeò validam rationem, quæ ad indignos, hoc eſt Laicos, eligendos poſſet vnquam eos cogere: quid enim boni tam iniquum & inauſpicatum exordium parere valeat? *Difficile eſt, ut bono per-* Leo ep. 85. 87. c. 1.
C *agantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio*: quod ſi à minoribus etiam gradibus præpoſtera hæc electionum vitia ſunt ableganda, quantò magis præſtandum id eſt, in Epiſcopali Ordine, qui omnium maximus & præſtantiſſimus eſt? illud etiam Pontifex magnus in eadem in Epiſtolâ obteſtatur, quod qui ad eiuſmodi electiones accedunt, eorum criminum conſortes fiunt, quibus electi Antiſtites poſtea inquinantur: ad hæc ſubdit demùm, *Meritò Sanctorum Patrum venerabiles* cap. ſtatuimus 8. 61. dixt.
ſanctiones, cùm de Sacerdotum electione loquerentur, eos demùm idoneos ſacris adminiſtrationibus cenſuere, quarum omnis ætas à puerilibus exordijs vſque ad perfectiores annos per diſciplina Eccleſiaſtica ſtipendia cucurriſſet, vt vnicuique teſtimonium prior vita praberet, nec poſſet de eius pralatione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis celſioris loci pramium deberetur: quæ omnia rurſus validiſſimâ ratione confirmans, pergit, *ſi enim ad honores mundi ſine ſuffragio temporis ſine merito laboris indigniſſimum eſt peruenire, & notari ambitus ſolent quos probitatis documenta non adiuuant, quàm diligens & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & cæleſtium dignitatum?* vbi aduerte, non terrenam, ſed cæleſtem hic ab eo Epiſcopalem dignitatem appellari, quæ hac no-
D ſtrâ ætate, vix aliquid honoris extorquet: illud etiam demùm ſanctè ſtatuit, vt hac in re, quacumque difficultate profligatâ, tum ſacris Canonibus, tum Concilijs expeditiſſimè pareant, ſuamque opinionem ſubijciant; Pontificis ſententiam excipe: *Statuimus, ne in aliquo Apoſtolica & Canonica Decreta violentur, & ne his Eccleſia Domini regenda tradatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcij & totius humilitatis ignari, non ab infimis ſumere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium, cùm valde iniquum ſit, & abſurdum, vt imperiti Magiſtris, noui antiquis, & rudes praferantur emeritis*. Seriò perpendenda ſunt hæc ab Electoribus, quos capite vndeuigeſimo §. 1. ſub mortalis noxâ criminis, ad eligendos è bonis optimos aſſeruimus, cum ſæculares viri inepti prorſus & indigni ad tantum Sacerdotium cenſeantur.

Conſequenti poſteà ętate Sanctus iam Gregorius oſtendit, quàm alienus ab eligendis in Antiſtites ſæcularibus viris eſſet, licet alioquin ſpectatiſſimis moribus l.4. ep.60.

eluceſcerent; ad Arelatenſem Antiſtitem ſcribens hæc potiſſimùm ſignificauit; A
cùm enim deturpiſſimo Simoniæ vitio eo tempore longè latèque gliſcentis, acerbiſ-
ſimo tactus dolore priùs ingemuiſſet, illud etiam ſibi aſperrimum eſſe ſubdit, quod
inualuiſſe illic acceperat, duces nempè ſe alijs fieri, qui nondum Militiæ Tyroci-
nia poſuiſſent, Magiſtri ſedem implere, qui nedum diſcipuli nomen induit, aliena
purgare crimina, qui ne ſuas quidem ſordes abluerit, alienas cicatrices obduce-
re, qui cruentis adhuc vulneribus toto corpore fœdatur & ſordet; aduerſari hæc
ipſe docet ijs, quæ præcipit Apoſtolus, qui ne ad claues adminiſtrandas ſubmoue-
rentur Neophiti vetuit, hoc eſt illis, qui recenti adhuc munere minoribus Lithur-
gis ſunt immixti, adeòque eidem Antiſtiti mandat, vt Childebertum Regem ad-
moneat, quod ſi propitium exoratumque ſibi Deum optauerit, *huius peccati ma-
culam à regno funditùs expellat*: hæc autem omnia quis non intelligat, Clericis om-
nibus & Eccleſiaſticorum rituum imperitis aptiſſimè conuenire?

Hæc eadem eodem ferè ſtylo ad tres alios Galliarum Antiſtites ſcribens, rur-
ſus ingeminat, & tanquam flagitioſiſſimum crimen deteſtatur, nec ſibi ſatis de B
hoc acquieſcens, ad eundem Regem Childebertum ſcribens, hæc iterum acutiori
l. 4. ep. 5. ri ſtylo proſequitur, *ad Epiſcopatum præcipiti curſu conſcendere, & qui diſcipulus
non fuit, inconſiderato ambitione Magiſter efficitur*: hinc poſteà fit, vt iiſdem errori-
bus Antiſtites ſcateant, quibus olim ſęculo vacantes ſordeſcebant; quà propter,
vt apertiùs de ſuo errore certiorem faceret Regem, comparatione à re militari du-
ctâ, numquam eum ſe exercitibus ducendis præficere dixit, qui longo prius
vſu, non omnes militarium munerum vias attriuiſſet: alijs etiam Epiſtolis hoc
ep. 115. & idem ad Theodoricum, & Theodobertum pariter Reges & ad Brunichildem Gal-
ſequen. liarum Reginam ſanctus Præceptor admonuit, & ad Gaudioſum ex Eugubinis E-
ep. 89. l. 7. piſcopis præceſſorem meum, cùm ad recentem Tadini Epiſcopum initiandum ab
Ad Greg. Naz. ep. 2. ipſo mitteretur: nimis enim verò, vt Elias Cretenſis philoſophatur, præpoſterus
ordo eſt, vt celerrimis & repentinis ſaltibus excelſiores noſtræ fidei ſedes inua-
dant, & Eccleſiæ venuſtiſſimam conſonantiam tam præcipiti, diſſonaque dignita-
rum acquiſitiore perturbent: ab ipſo etiam Magno Gregorio hoc habes; hic enim C
l. 7 ep. 110. plures ad Epiſcopos ſcribens, vt ſacri Canones referunt, inaugurandorum Anti-
cap. ſicut 48 ſtitum legem ab Apoſtolo ſancitam perpendens, non eligendum ſcilicet eſſe Neo-
dist. phitum, docet, quòd, vt olim hoc nomine compellabatur, qui recentiſſimè Chri-
ſtianæ militiæ nomen dederit, ſic nunc temporis Neophitus vocatur, qui ſacris
ordinibus & ritibus eſt primùm inſtitutus, ex hoc tanquam ex fonte illud ema-
nat, aptèque conſequitur, *Ordinatè ergo ad ordines accedendum eſt, nam
caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia propoſitis gradibus, per abrupta quærit
aſcenſum*.

Vt validiùs hæc omnia roborentur, cum ad Lateranenſem Synodum Alexandro
Tertio imperante coactam, Bertholdus Bremenſis Antiſtes doctiſſimi vir nominis
acceſſiſſet, vt ſibi inter alios Epiſcopos ſedem vſurparet, Pontifex benignè permi-
ſit; ſed cùm conſecrari rurſus ille à Pontifice poſtulaſſet, hic, vt eius electio à
duobus Cardinalibus accuratè libraretur, imperauit: his autem referentibus, quod D
cùm Eligeretur Antiſtes, ſacris nondum ordinibus erat initiatus, & antè ſuſceptos
ordines Cæſareæ poteſtati ſe ſubijciens ab eâ ſuam poteſtatem receperit, Pontifex
eius electionem coram Purpuratorum Patrum Senatu, reprobauit; reluctanti ad-
Baron. ann. 1179. hæc Bertholdo, cuncti obſtitere, & aſſurgentes Oſtiarij, ex Epiſcopali ſede eum di-
mouentes dixerunt, Surge, Surge & Abi.

Quod ſi aliquis Diui Ambroſii exemplo vteretur, qui recentiſſimè adhuc mi-
noribus ordinibus initiatus, populis conſpirantibus fuit Epiſcopali ſede donatus,
prætérquamquod admirando prodigio, alloquentis infantis ore, fuit eius electio
comprobata, adhuc validiùs à Diuo Bernardo telum hoc retunditur, his verbis,
*Sed etſi occurrat de Ambroſio, quod de Tribunalibus ad Sacerdotium raptus fuerit, non
valde confortat, cùm à puero mundam in mundo duxerit vitam, & ſic etiam fuga &
latebris, multiſque diſſimulationum modis declinare conatus ſit*; adeò autem in
ea fugiendâ fortiter ſe geſſit, vt crudelitati & libidini deditum ſe ſimulans, nihil
intentatum reliquerit, quin tam periculoſum pondus excuteret; ſed Dei arbitrio
factum

Digitized by Google

factum eſt, vt quem æterna ſapientiâ ad Religionis Chriſtianæ incrementum ele-
A gerat, ſtatutis legibus violatis ad ſacrum culmen adduceret.

Profectò, ni mea mens fallit, ad hoc potiſſimùm neruos omnes intendere Ele-
ctores debent, tùm quia, dùm longo obedientiæ vſu in minoribus miniſterijs exer-
cendis, ſe viri ſacri præſtiterint, ad principatum poſteâ agendum poſſunt idonei
videri, cùm aptiſſimi tantùm illi videantur ad imperandum, qui diutiùs ſub alio-
rum imperio extitere; tùm etiam quia hac ratione perſpici potuit, an naturâ, qua-
dam propenſione ducantur ad ſacram vitam gerendam, ad Eccleſiaſticos ritus ad-
diſcendos, ad preces frequentandas, aliaque huiuſmodi Lythurgicæ vitæ officia
conſentanea exercenda: frequentiſſimo enim experimento conſtat, eos, qui feſti-
nato Sacerdotio ad ſacras ſedes irrepſerunt, vitia ſecum illa illùc adduxiſſe, qui-
bus olim profani ſcatebant; nec enim facilè adeò eſt, vt vnâ cum ſacrâ veſte ſa-
cri pariter mores induantur: quàm etiam immane malum eſt, ad cœcos ducen-
dos cœcos eos præficere, quos nulla experientiæ dies illuſtrat? quâ de causâ for-
B taſſis Antiquis Patribus vſitatum erat, vt ſolùm è Canonicorum Collegijs Epiſco-
pos præficiendos adducerent, & populis gubernandis imponerent.

§. III.

HINC etiam factum eſt, vt à ſacris Magiſtratibus moderandis iuuenculi qui
dam amouerentur, qui nullo rerum humanarum vſu eruditi aptiores ad pa-
rendum ſunt, quam ad imperandum, diſcendoque magis quàm docendo idonei:
in cuius rei documentum Ioanne familiari ſuo poſthabito, Petrum ad totius Eccle-
ſiæ Principatum Chriſtus Supremus Princeps adduxit; licet enim ad amoris leges
moderandas, aptiſſimus ille videretur, quem flore virginitatis illuſtrem ſingulari
amore proſequebatur amantiſſimus Chriſtus, adhuc tamen ætate maiorem virum
C præponere placuit floreſcenti adhuc Ioannis ætati: ſic in Iouinianum ſcribens
Hyeronimus habet, *Aetati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens* contra Iou.
penè puer, progreſſæ ætatis homini præferretur: eas autem voces, *pæne puer*, non ſine
admiratione perlegi; duorum enim tantummodò annorum ſpatio à Chriſti ætate
Ioannis ætas diſtabat; & tamen cùm de ſacris Infulis agitur, pœne puer æſtimatur:
Quà propter ſanctiſſimè Synodus Lateranenſis, Alexandro Tertio imperante, ſta-
tuit, vt trigeſimum ſaltem numeraret annum, qui ad huius dignitatis faſtigium
efferatur: *in electis ergo*, ſic ibi, *exigatur ætatis maturitas grauitas morum, litte-* c. in cun. 7.
rarum ſcientia. Quamuis, ne audax audirem, dicere non dubitarem, alia etiam in princ. de elect.
de causâ præhabitum Ioanni Petrum; cùm enim Iacobus & Ioannes ſuæ genitricis
artibus, illuſtriores attingere ſedes affectarent, æquiſſimum fuit, vt ſoli Petro ad
illas obtinendas daretur locus, qui nullius emendicato patrocinio, documento
poſteritati futurus erat, à ſacris dignitatibus eos reijciendos, qui nil intentatum
ad illas induendas reliquiſſent: ſuam hac quoque lege Rempublicam ipſe Plato
inſtruxit, docens, *at enim Magiſtratus ſunt dandi hominibus, imperij minime cupidis*: Plat. lib. de
alioquin ſimultas inter æmulos oritur: quod quidem inter Apoſtolos accidit; vix enim Republ.
D duorum fratrum vota mentis acie comprehenderunt, vt ſtatim, ſacro ſic è codice
habetur, *omnes indignati ſunt*: ac ſi non ſanguini & ſtudijs officioſis debeat tanta Matth. 20.
Sacerdotij moles inniti: Petri verò Principatum nullus ægro animo tulit, eò quod 23.
ad eum acceſſiſſe dignitatem ſcirent, non eum ad dignitatem: Aaron natu maiori,
Moyſem germanum Deus ipſe præhabuit, hoc fortè titulo, quod honorum con-
temptor, ipſius Aegypti habenas ſibi temperandas traditas, illuſtri fortitudinis mo-
numento deſpexit inuictus; quà propter, vt ſe ad Hebræi populi regimen eligi di- Heb. 2. 24.
uino ſuffragio comprehendit, admirabundus hæſit, Regiſque vota conatibus ſuis
cluſit. *Quia*, ſic de Moyſe Gregorius Magnus, *apud ſe mente humilis extitit, oblatam*
protinus tanti regiminis gloriam expauit.

Hoc itidem fortè Deus ſignificauit, cùm ſucceſſorem Moyſi electurus ait, *Tolle* Num. 27.
Ioſue filium Nùm: vim quandam & conatum ſonat vox illa *Tolle*, vt doceat, vim 18.
ei inferendam exercendoſq; ei conatus, qui ſacræ poteſtati committitur: nec minus
aptè

apte de ſaluberrimo hoc monito Eugenium Pontificem Diuus Bernardus inſtituit, de Epiſcopis agens eligendis: verba eius recito: *itaque non volentes neque currentes* A *aſſumite, ſed cunctantes, ſed renuentes, etiam coge illos & compelle intrare*: ipſi etiam Cæſares Leo & Anthemius nobis alias memorati legem hac de re ſanciuerunt digniſſimam quæ hic proferatur, vt Electoribus innoteſcat, quanta in eius ad probos viros deligendos diligentia exigatur: *Caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur Epiſcopus, vt quocumque locorum peruenerit, omnia vita propria integritate purificet: nec pretio, ſed precibus ordinetur Antiſtes: tantùm ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quaratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas: profectò enim indignus eſt Sacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus*.

l. 1. de conſider.

P. Fuligat. in eius vit.

Habes etiam hac in re, quibus vir ſuo nomine æquè ac purpurâ illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus Clementem Octauum inſtruxit: non illos ſcilicet ſacris Inſulis à ſe decorandos, qui vel ſuis vel alienis officijs illas arripere ſtuduiſſent: reſpondit ad hæc Pontifex, hoc ſibi potiſſimùm cordi eſſe: verumtamen non facilè admodum verti in vſum poſſe, cùm præſertim tenuiſſimos redditus præſtent Eccleſiæ B impertiendæ! Quæ tùm hoc capite tùm ſuperioribus alijs attulimus, ſeculares Principes optimè, ni fallor, poſſunt inſtruere, vt in viris probis vel eligendis, vel poſtulandis ſuæ pietati, ſuæque famæ conſulant, illud Diui Hieronymi animo reputantes: *futurus* Eccleſiæ Paſtor talis eligatur, ad cuius comparationem rectè cæteri grex *nominentur*.

Ad ambitionem ſacrarum Inſularum amouendam prima ratio affertur, quam ipſius Electionis nequitia & deformitas ſubminiſtrat. Cap. XXIII. C

IMmoderata honorum appetentia ambitio eſt, vt Aquinas ſtatuit, ſemperque criminis ſocia, eò quòd vel ex meritorum inopia, vel ex voluntate, quà ſibi ſua ſolum commoda repræſentat, vel ex obliquis artibus, quibus vtitur ad ſuum finem conſequendum, vitioſa ſemper exiſtat: clariſſimam ea iactat originem, cum omnium, quos è ſuæ Diuinæ voluntatis ſinu Deus eduxerit ſpirituum cæleſtium, illuſtriſſimum habuerit pro parente. Deformis tamen adeò illa eſt, & propè monſtruoſa, vt è pulcherrimo ſpiritu turpiſſimum Dœmonem genitorem ipſum effecerit: hinc ea Diuo Baſilio de ambitione mens fuit, vt quadam velut affinitate cum ipſo Dœmone connectatur: Ambitio diabolica peſtis eſt, & ſine dubio, qui in huius vitij poteſtate eſt, eodem planè cùm diabolo morbo *laborat*. præceps adeò illa eſt ruinarumque amans, vt effractis modeſtiæ repagulis in ipſam beatitatis ſedem irruperit, ibique explicata fraude triumphans, dùm primis humani generis parentibus iam D poſſeſſam dignitatem ſpondet, potiùs eam rapuerit; diuinam imaginem primà ab origine præferebant, iuxta illud, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: allicit eos ambitio, vt vetitum pomum comedentes ſimilitudine Deo ſint pares *Eritis ſicut Dij*: quà re factum eſt, vt imaginem Dei deperderent, calamitatibus omnibus inuoluti. ſi ergò tot ſordibus eos inquinare ambitio potuit, dùm adhuc originaria ſanctitate ſplendeſcerent, quanta in Adæ poſteros detrimenta deriuanda ab ipſa æſtimantur? quæ vitia quæ crimina è tam iniquà radice pullulabunt! fomitem humani generis eam eſſe quis neget, ſi Tertulliano danda fides eſt, qui Alexandrum ſibi obijciens tantà ſui impotentiâ laborantem, vt vnius orbis Imperium aſpernatus, ambitionis fomite exæſtuans, plures alios; quos regeret, orbes anhælaret; *habes ex iſto fomite æſtuantem Magnum Regem ſua gloria minorem*. ſic Tertullianus.

de pall. c. 4.

Peſtilentem elephantiaſim, cuius hoc totum humanæ ſobolis corpus morbo immedicabili maculatum eſt, fomitem iſtum Diuus Hyeronimus appellauit,

in cap. 1. Marc.

Lepra

A *Lepra noſtra peccatum primi hominis eſt, quæ à capite capit, quoniam regna mundi deſiderant*. ſic ipſe.

Ex illâ, quam à primis Mundi crepundijs, victoriâ, reportauit, ad quæ inde incommoda, ad quæ excidia orbi inferenda ſibi viam aperuit? orbem perturbare nunquam deſiſtens, luctibus aulas, diſſidijs Vrbes, cladibus regna infeſtat, omnia ruinis inuoluit, nec tamen illa ego recenſeo, quibus in ſuos clientes miſerandè crudeliterque graſſatur: cùm abundè è meis Paradoxis vnum hæc omnia luculenter enumeret. Paradox.3. par.p.

E quatuor illis feris, quas è mari mentis oculis vidit Daniel ad excidium orbis emergere, primum ſibi locum arrogauit ambitio, Leenæ ſpeciem præſeferens, Aquilæ pennis inſtructam: *Prima quaſi Laena & alas habebat Aquilæ*: vt enim terreſtribus animantibus Leęna præficitur, æthereis Aquila præeſt, ſic ambitio humanam prius Rempublicam Leęnæ in morem aggreſſa, vt primatum terreſtrium dignitatum extorqueat, Aquilæ poſteà pennis induta, ipſum Sanctuarium inuadit, aras pol- Daniel. 7.4
B luit, thiaras incœſtat, quæ cùm cœleſtia potiùs quàm humana ſint, ab eius violentia & impetu aliena futura putabantur: ipſum, quis credat, per ſummam audaciam Deum, inter nemorum montiumque vmbras aggrediens, regna ei Mundi gloriæ pennicillo colorauit, vt ab ipſo Deo ſui cultum, adorationemque compararet, *ſi cadens adoraueris me*. Vide hic, vt monet egregiè Diuus Bernardus, quàm cœca, quàm impotens & effrænis ambitio ſit, vt ad Dœmonis aras, victimæ loco immolandum hominem ducat? *Videte, quod ambitionis via, adoratio Diaboli eſt, quia videlicet ad honores & gloriam mundi perueniendum ſuis adoratoribus Diabolus pollicetur*, licet, vt dixeram, non alia ornamenta, non opes, deliciaſque alias fruantur, quam moleſtias & vulnera: fœminæ illi comparanda mihi opportunè videtur, quam expreſſit Salomon, panis nutrimento prorsús inopem, ſed panem alijs enutriendis mendaciter venditantem: *Mulier inops panis conuocat prætereuntes dicens, panes accipite*: ipſum etiam Apoſtolorum cœtum fœdâ irruptione turbauit; D.Bern. in pſ. qui habitat.
C & licet ſacræ humilitatis Magiſterio profligata & ablata ſępius fuerit, audaciſſima, tamen ad alios inuadendos pennas explicauit, totoque Eccleſiæ Cælo peragrato, quot hæreſum, quot diſſenſionum monſtra, nequiſſimâ ſobole generauit? *Hinc adulteratur veritas, unitas ſcinditur, ad hæreſes atque ſchiſmata proſilitur, dùm obtrectatur Sacerdotibus, dùm Epiſcopis inuidetur, dum quis aut quæritur, non ſe potius ordinatum, aut dedignatur altum ferre Præpoſitum*. hæc de ambitione Cyprianus. de zelo & liuore.

Iure igitur meritò *Hæreſum genitrix* ab Diuo Auguſtino fuit ambitio dicta: an non ea perditiſſimum Hæreſum Satorem, Eccleſiæque transfugam nequiſſimum Arrium, partu ne dicam an abortu teterrimo, luci dedit? Chriſti ſanctiſſimam fidem virulentis ſermonibus denigrare, imò extinguere tot conatibus ille contendit, non aliâ de ratione, quàm, vt Pontanus Epheſini Concilij compendiarius Scriptor teſtatur, indignatione repulſæ, quâ ſedem Epiſcopalem ardentiſſimè ab eo affectatam deperdidit? annon & ambitio Aerium præcipitem eàdem viâ traduxit, vt Epiphanius refert, annon & ipſa Thebulum adeò fœde vitioſèque corrupit, vt Hieroſolymitanam ſedem illibatam & ſanctam, cuius Infulas expetebat, ſparſo hæ- lib. de hæreſ. 33. 20. D. Epiph. hæreſ. 75.
D reſum ſemine incœſtaret, vt author eſt Aegeſippus: an non & ipſa Paulinum ſancti Ephræm diſcipulum, in abruptos errorum ſcopulos præcipitem rapuit, eò quod affectato Epiſcopi ſolio inſidere non poſſet! Tu demùm infęlix huc Iudas accedas, qui eam dignitatem anhęlans, quam ſuus Magiſter rato piæ humilitatis conſtantiæque documento contempſerat, æſtu ambitionis ardebas? quid de Valentino dixerim, quem cùm Sacerdoti alteri ſublatis pro Chriſti fide cruciatibus clariſſimo in præfecturà poſthabuiſſent, ferociter adeò excanduit, vt ex Heſiodi commentis obſolera quædam & putida renouans, ea in odium Chriſtianæ Religionis auidè diſſeminauerit hæreſum Magiſter, quem idcircò ſic Tertullianus expreſſit, *Sperauerat Epiſcopatus Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio, ſed aliam ex martyrij prærogatiuà loco poſitum indignatus, de Eccleſiæ authentica regula abrupit, (ut ſolent animi pro prioratu exciti præſumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuerſus veritatem, & cuiuſdam veteris opinionis ſegmine, actu colubroſo viam delineauit*. in Chron. Hieroſol. Baron. ann. 109. Baron. ann. 378. Aduerſ. Valentin. c.4.

Sed

Digitized by Google

Sed nomen hic Tertulliani quantùm horroris incutit, quantùm infert lacryma-
rum? Proh Diuinæ Sapientiæ obſcuriſſimas ſanctiones! an non hic eſt, qui ca!a- A
mum pro fulmine vibrans, in Valentinum vt in Enceladum, immaniſſimæ temeri-
tatis Gigantem irrupit, & acutiſſimo eum ſtylo confodit! quid ramen? Læena hęc
in Aquilam immutata, vngue tam tenaci eum arripuit obſtrinxitque, vt eo quòd
Pamel. in vit. Tertul. à Carthaginenſi ſede, vt Pamelius, vel à Romanâ vt Baronius ſentit, reiectus fue-
Bar. an. 20. rit, poſt illuſtratam clariſſimis voluminibus Chriſtianam Religionem, ſuique in-
genij admiranda monumenta poſteris demandata, turpiſſimè ab illâ deſciuerit,
ſæuiſſimumque ei bellum rebellis intulerit!

Neque hìc mihi vacat flagitioſiſſimum Nouatianum memorare, qui primus ab
D. Cypria. ep. 42. Eccleſiæ Principe Petro ſeceſſionem faciens, pernicioſus adeò fidei Orthodoxæ
fuit, vt vix inflicta ab eo vulnera poſt plurima ſęcula obducerentur, alijſque poſteà
errorum Magiſtris ſterneret viam, quâ ad oppugnandam Romani Pontificis autho-
ritatem per cædes & vulnera graderentur: quid hìc ego in eorum ſerie contexendâ
diutiùs immorer, qui vel fraude, vel vi ſacris Infulis redimiti, ambitione dictante, B
hæreſum patrocinio ſibi illorum decus retinuere, quo præſertim errore Aſia, Afri-
in pſ. 103. conc. 3. ca, Græcia fuit miſerrimè inuoluta, vt propterea de ijs Auguſtinus dixerit, *nonne*
lib 7. antiq. cap. 1. *Epiſcopi fuerunt authores ſchiſmatum & hæreſum?* Quàm meritò igitur Ioſeph He-
bræus admonuit, eadem, quibus dignitates aſſequimur, vitia retineri.

Poſſem his etiam illud ſuperaddere, quod ambitionis Magiſterio ad Idolorum
cultum inſtituendum, vel ſaltem ſubmouendum fuerit Sacerdos Aaron adactus:
cùm enim inuictâ animi conſtantia prius Hebræis, Aegyptia numina adorandā
petentibus, obſtitiſſet, vt audijt, Sacerdotij Infulas à ſe velle illos ſubiratos arri-
pere, recentemque ſibi alium eligere Pontificem, eorum arbitrio, inertiſſimè ſe
in Pentath. exod. 32. commiſit, ſuum honorem Diuinæ Maieſtati præponens; *Multa mala ſequi ſolent*
ambitionem: audi quod Sacerdos perpetrat, ne ſacerdotij munus amittat; ſic de eo
perdoctus rerum ſacrarum interpres Oleaſter.

Demum poſſem & Pilatum proferre, quem ambitio ex occulto Chriſti diſcipu-
lo, in Deicidam monſtruoſâ ſpecie commutauit: cum enim ipſe propenſione ma- C
ximâ ad Chriſti fidem amplectendam teneretur, eiuſque doctrinæ præſtantiâ & vi
miraculorum, verum Dei filium eſſe pernoſceret, quem opportunitate datâ publi-
câ etiam veneratione profiteri colebat, (ſic enim de eo Tertullianus, *Pilatus pro ſua*
conſcientiâ Chriſtianus), à ſcribarum nequitiâ & Phariſæorum fraudibus eum vin-
dicare toto ſtudio contendit; vt verò eius aures appulit vox illa, *ſi hunc dimittis*
non es amicus Cæſaris, Præfecturæ amitrendæ diſcrimine obiecto, adeò à ſe ipſo
diſceſſit, vt, *cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali*,
ſe ipſum ſimul & Deum innocentiſſimum damnaturus.

§. I.

Conſtitut. Monachal. cap. 10. QVAM meritò vitiorum omnium Anteſignanam, & Stygiam peſtem Diuus D
homil. 44. Baſilius ambitionem appellauit! quo eodem nomine ſanctus etiam Antio-
chus deſcripſit *Ambitio perinde eſt, ac morbus quidam peſtilens*: virulenta adeò &
lęthifera peſtis, vt non hominibus tantùm, ſed ipſis exoſa fugiatur elementis. Da-
Num. 16. 31 than & Abyron hoc ſatis abundè teſtantur, qui Principatus amore, in Moyſen ſedi-
tione ſæuiſſimâ exarſerunt; quâ propter dehiſcente numinis imperio tellure, fauci-
bus eius abſorpti, ſimul cùm ſuis facultatibus, ad ſtygios flammarum cruciatus dam-
Num. 16. 31 nati fuerunt, ne peſtilenti contactu, ſi ſupereſſent, alios afflarent: *Dirupta eſt terra*
ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit eos cùm tabernaculis ſuis & vniuerſà
ſubſtantiâ eorum, deſcenderuntq; &c. quod ſi à Diuo Ambroſio petas, cur hoc ſuppli-
cio potiùs, quàm vel igne, vel aquâ, vel inopinato obitu eorum audaciam retudiſſet,
non alia id factum ratione docebit, quàm ne ipſa elementa, tum ſæuâ peſtilentiâ
D. Ambr. l. 10. ep. 82. corrupta tabeſcerent; *abripiuntur ambitioſi, & ita ab omnibus mundi huius ablegantur*
elementis, vt nec aerem hauſtus, nec cælum viſu, nec mare tactu, nec terra contamina-
retur ſepulcro, viui deſcenderunt in infernum cùm tabernaculis ſuis. ſic Ambroſius.

Ipſa

Ipſa etiam Roma cùm Idolorum ſuperſtitioni vacaret, ambitionem peſtis inſtar abhorrebat: nec enim Vrbem ingredi illi dabatur, qui licet laureatus reuerteretur, ambitioſè triumphi pompam effectaſſet: *Certum erat apud Romanos, vt triumphum ambientes, toto ambitionis tempore extrà muros fierent*. Dedi Plutarchum: edomitos hoſtes, ſubactas prouincias, vectigales populos, palmarum faſces, exuuiarum aceruos, Regeſque ipſos adducere & oſtentare quid iuuat, ſi euncta hæc fœdiſſimè deturpat ambitio? procul omnia hæc, licet ſplendidiſſima Romani nominis ornamenta arcebantur ab Vrbe, vt vnà cum ipſis peſtilentia ambitionis arceretur. In vit. Iulij Cæſar.

Quis neget, ait Chriſoſtomus, eius operà magis æſtuare humanas mentes, noſtroſque animos tumultuari, quàm Euri Boreæque vi turgenſcens mare, fluctibus hinc inde concuſſis ſuſdèque voluatur: nec minùs ſapienter Diuus Gregorius edocuit, innumera propè eſſe errorum agmina, quibus ambitio ſuppedaneo veluti ſatellitio circumquaque ſtipatur. hom.43 ad popul. l.24moral. c.vltim.

Phariſæis hoc eſt è Dœmonis ſchola petitis diſcipulis hoc fuit in more, vt primas ſedes anhælarent, & nobiliora dignitatum faſtigia appeterent: in hos ſcholam aliam Deus inſtruxit, legem aliam armauit, quæ charitati, cuius munus eſt non eſſe ambitioſam, & piæ demiſſioni innixa fugit & fugat honorum iubar, opprobria diligit & abiectiſſima quæque, vt clariſſima animi ornamenta amplexatur: Quis igitur væcors adeò erit, vt Phariſaicam imò diabolicam hanc peſtilentiam collocare audeat in ſacris Sedibus infulatam? quis vnquam effuſo ambitionis veneno Eccleſiæ venuſtatem impurauit, & audaciſſimus inceſtauit? *Fundamentum Philoſophiæ noſtræ*, ſic philoſophatur egregiè Chryſoſtomus, *humilitas eſt; quis igitur in cathedris noſtris ambitionem inſtruſit?* hom.1.in ep. ad Philipp.

Quid nam ergo Chriſtianæ fidei aſſeclas, & quod deteriùs eſt, ſacris deuotos viros, eò cœcitatis adduxit, vt ſuperbiæ in abiectionis ſede dent locum, ſimulque eadem in arà Dei Arcam, & Dagon Idolum adorent, ſacrique ſuffumigio thuris Satanæ obſequantur? fieri ne igitur poteſt, vt eius doctrinâ illuſtrati, qui è Virgineæ Parentis vtero ſemitæ abiectionis adhærens peruenit ad Crucem, *vt ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus*, vt cum Gregorio loquar, Satanæ veſtigia ſequantur, & per ſummam effrænemque temeritatem eius exemplum auerſati ſuperbiant? Quid? dùm æterna Deus illis munera ſpondet, qui pueros in animi demiſſione repræſentant, inſanos æmulati Gigantas, animum ſuperbiſſimè efferemus, ſupremæque beatitatis reiectis honoribus, infima hæc putidaque terrarum munuſcula appetemus? immò quod turpius eſt, rapiemus? eum recens Pauli tubâ diuina lex inſonuerit, vt nullus Epiſcopali ſede frui audeat, *niſi qui vocatur à Deo tanquam Aaron*: adhuc tamen ex illis non deſunt, qui diuinæ poteſtatis vſurpatores, excelſiora Sacerdotia irrumpunt, & ambitionis Ducem ſectantes, vires omnes intendunt, vt ea non tantùm aſſequantur, at rapiant? hinc poſteà fit, vt diuinæ beuouolentiæ loco Dei furorem ſibi vindicent, & quod, horrendum dictu mihi eſt, fulmina in ſe ipſos diuinæ vltionis exacuant! quid enim aliud verba illa, authore Diuo Anſelmo, ex Apoſtolo vſurpata ſignificant? *percutiuntur hac ſententiâ qui honores Eccleſiaſticos, ad quos diuinitùs non vocantur, arripere cupiunt: qui enim ſe ingerit & propriam gloriam quærit, non ſumit honorem, ſi Pontifex aut Prælatus in Eccleſia factus fuerit, ſed gratiæ Dei rapinam faciens, ius alienum vſurpat, & ideò non accipit benedictionem, ſed maledictionem*. Quàm doctè Sanctus hic morum præceptor ait, huiuſmodi viros ius ſibi vſurpare alienum? tripliciter intelligi fierique hoc ab ipſis poſſe, clariùs explicandum mihi eſt in præſenti. lib.3moral. c.18. ad Hebr 5. in d cap 5. lib. 8.

Primò enim poteſt intelligi, vt qui virtuti ſolùm & merito adſcribendi ſunt apices dignitatum, prauis ipſi artibus inſtructi Magiſterio ambitionis, immeritò ſibi vſurpent, & prorsùs indigni, alijs eas tapiant ſe dignioribus: nec enim deformius & horrendus quid obijci noſtris oculis poteſt, quàm vt in hoc tàm benè compoſito Eccleſiæ corpore, pes affectet capiti ſupereſſe.

Quòd verò his indigni muneribus ambitioſi ſint, quid ego multis allatis probauerim: licet enim ea titulis alijs mereantur, hoc tamen vno ambitionis, tanquam indignus eiſdemque impar eſtimandus eſt: quem ipſi priùs meritò induerunt ho-

S norem

norem, ambitione poſteâ exuerunt. Ne autem immani amplificatione ſermonis ſcri-
ptum hoc à Sanctis Patribus videatur, ipſiſmet Cæſaribus Anthemio & Leoni,
Deo inſinuante, legem explicare placuit, quâ ſtatuebatur, vt qui ſacris eſſet Ma-
l. ſi quemquam C. de Epiſcop. & Cler. giſtratibus decorandus, *tantùm ambitu iſtu debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogendus,*
rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſolaque illi ſuffragatur neceſſitas; profectò enim
indignus Sacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus: ex quo accidit, vt Magnus Gre-
gorius, Maximum, qui obliquo & tortuoſo tramite, & vt itâ loquar cochleari ſca-
là Cæſareæ beneuolentiæ, ad Salonenſis ſedis faſtigium aſcenderat, indicto etiam
dirarum ſacrarum ſupplicio, cum ab illâ ſede remouerit, non eò tantùm quià im-
par tanto oneri ferendo ſibi ille videretur, ſed quià licet multâ meritorum opu-
lentiâ effulgeret, vnius ambitionis ratione ſibi videbatur ineptus: quæ ad ipſum
lib. 3. ep. 20 ſanctus idem Pontifex ſcripſerit, audi Pontificio ſtylo exarata: *Licet cuiuſpiam*
talia vita ſint merita, vt nihil ſit, quod ex his ſacerdotalibus valeat ordinatio-
nibus obuiare, tamen ſolius nefas ambitus ſeueriſſimà Canonum diſtrictione dam-
natur.

Eadem quoque Anſelmi verba ſuperius recitata, ſic ſecundò intelligas velim:
cum enim Antiſtites eligere, Dei tantùm prærogatiua ſit (cum enim Apoſtolorum
ſucceſſores ipſi ſint, Sancti tantùm Spiritus virtute ſunt eligendi, vt proptereà A-
poſtolus idem quod *miſſus* ſignificet) ſi ambitionis ſuffragio & vi, ſe ipſos elege-
lib. qu. 65. in fin. rint, ſtudijſque alienis contendant, vt tantæ ſint participes dignitatis, ipſi certè
Diuinam ſibi prærogatiuam vſurpant: quam ad rem aptiſſimè docuit Auguſtinus,
in quatuor genera diſtingui Apoſtolos poſſe: aliquos enim ſolus Deus elegit, vt
Moyſen, alios Deus quidem, ſed hominis opera, vt Ioſuè: alios ſolus homo,
quorum ſua ætate quamplurimos fuiſſe narrat, qui ſedes Apoſtolicas humanis ſtu-
dijs occupabant, alij demùm erant, qui ſe ipſos eligebant, vt de mendacibus va-
tibus compertum eſt: illos ergò dignos tantùm atque optimos docet, quos Deus
vel ſuo, vel humano ſuffragio pares probat.

Verum quî fiet, vt ſciamus quinam à Deo eligatur? Magni momenti hoc eſt, &
accuratè circumſpiciendum! *Illum cognoſce miſſum a Deo, quem non paucorum ho-*
minum laudatio vel potius adulatio eligit, ſed illum quem & vitia & mores optimi,
& Apoſtolicorum actio commendat Sacerdotum, vel etiam vniuerſorum populorum iu-
dicio comprobatur, qui non appetit preaeſſe, qui nec pecuniam dat, vt Epiſcopatus ho-
norem acquiret: ſic interroganti reſpondet Auguſtinus. Sed quæ tibi Maxime Au-
guſtino de eo ſententia eſſet, qui ambitioſis artibus Infulas fuiſſet expiſcatus? Di-
cam, rurſus hoc ille reſpondet, quod olim nonnemo Patrum edocuit, commenti-
tium illum Antiſtitem eſſe, non verum *Nam qui praeſſe feſtinat, quidam Pa-*
in Paſtor. p. p. cap. p. *trum eleganter expreſſit, dicens, ſciat, non eſſe Epiſcopum, qui praeſſe cupit, non*
prodeſſe.

Demùm tertiò ſic intelligas velim, vt ſcilicet qui ſuperbiæ ductu, & ambitus
artibus eruditus, ad ſacras ſedes irrepſit, ſuo nunquam muneri explendo par eſſe
poterit, ſuis nunquam gentibus idoneus inſtruendis: cum enim ad virtutum exer-
citamenta capeſſenda, veluti quædam Gymnaſia ſedes Epiſcopales fuerint inſti-
tutæ, an ad virtutes excolendas excitare alios velit & poſſit, quem vitio ambi-
tionis obſcurum & maculoſum redarguère ſubiecti populi poſſunt? præclariſſimè
Magnus Gregorius hac de re ſermonem habens, ſic loquitur *Suſceptum cura Paſto-*
ralis officim miniſtrare dignè tanto magis nequeunt, quantò ad huius humilitatis Ma-
giſterium ex ſola elatione peruenerunt.

Quid igitur mirum, ſi de huiuſmodi viris Diuus Anſelmus aſſerat, non eos Di-
uinâ dignari beneuolentiâ, ſed potius Dei execrationibus deuinciri? dum tàm
multiplici crimine ſe obſtringunt, virtutiſque vias auerſati, eius tantùm ſequun-
tur veſtigia, qui rebelli animo in Deum aſſurgens, excelſiorem ſibi ſedem affectans,
Iſai. 14. 13. ait *In cælum aſcendam, & ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum*.

HINC

A

§. II.

HINC Diuus Bernardus Epiſcopos Rhemis coactos, pro panegyri alloquens quędam prouunciauit ijs tantùm probanda, qui Diuinarum rerum ſtudijs excitantur: ea tanto morum inſtitutori perpenduntur verba, quibus Apoſtolos Chriſtus eſt allocutus. *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus eſt?* tum alloquentem Chriſtum, pariter ipſe pijſſimè alloquens, eum rogat, cur primos illos inter duodecim Apoſtolos Diabolum etiam adſcripſiſti! *quare elegisti Diabolum Epiſcopum*! ſi tuo, mi Ieſu, nullus arbitrio valet obſiſtere, ſi fibras animorum tu rimaris, Iudęaque flagitia optimè pernoſcebas, quid eum eligere, quid tuam ſapientiam hac in electione magiſtram manifeſtare? miſerum me! ſic Bernardus, quot etiam ex iſtis nunc temporis eliguntur? *ſic facit Ieſus hodie, multos ſibi eligens Diabolos Epiſcopos*. Diaboli autem idcirco vocantur, quià *ſuperbia eis* B *occaſio eſt, vt ad tantam dignitatem aſpirent, vt in ouile Chriſti impudenter irrumpant, cùm tamen per Pſalmiſtam Dominus dicat, non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam*. ſic tamen hæc intelligas velim, vt non eos Iudæ inſtar Chriſtus eligat, ſed arcano rectoque ſuæ prouidentiæ arbitrio permittat.

Serm. ad Cleric. in Canc. Rhem.
Ioan. 6.18

Iure igitur meritò vnanime fuit ſapientùm conſilium, vt amentiſſimi cenſeantur, qui ſunt amantisſimi infularum: aliena ipſi pondera ſponte ſubeunt, & in procellas, quas tanto laborum remigio viri ſanctisſimi declinarunt, vltro ſe inferunt, molem illam Angelicis etiam humanis formidandam, auidè ſuſcipientes, non expendunt, quam graui diſcrimine ſuam ſalutem implicent, cum per ſummam audaciem aliorum affectant vtilitati ſeruire; terrenis ſedibus inhiantes, quàm facile eſt, vt cęleſtes amittant; quàm egregiè hæc Diuus Bernardus. *Caueant igitur, qui primas Cathedras amant, ne contingat carere ſecundis, & qui primos nunc recubitus eligunt, incipiant cùm rubore locum tenere nouiſſimum*: cum enim, ſic ille alibi ratiocinatur, monſtri huius proteruia cælum obnubere, & pleraque C ſyderum obſcurare contenderit, cæleſtium ciuium indignationem tàm meritò in ſe obarmauit, vt a ſui conſortio penitus exturbatam, nequisſimam, & teterrimam veluti luem auerſatur.

Ibid.
Serm. 2. in cap. 6. Iſa.

Omnia hæc ſi tum fidei, tum rationis lumine perpendantur, valida adeò ſunt, vt collyrij inſtar cæcutientibus intelligentiæ oculis, medicamento eſſe posſint, & helleboro vtiliora, amentiam ab eis amouere, qui effrenatâ vęcordiâ ad ſacra miniſteria occupanda accurrunt: pharmacum præſtant, cuius vi ambitionis venena extinguuntur: (non enim tantùm Demoſthenis, Hannibalis, & Cleopatræ annulo venenum latet: habent & Pontificales gemmæ venena ſua, ſi auidè ambiantur:) quædam nobis ſunt fræna, quibus, ſi repagulis honeſtatis effractis temerè in ſacras dignitates irruperit, noſter animus continetur: profectò Tertullianus ea Apoſtoli verba perpendens, *ſi quis Epiſcopatum deſiderat*, vel vt ipſe legit, *ſi quis Epiſcopatum concupiſcit, bonum opus concupiſcit, ſed bonum opus dicens, naturalem concupi-* D *ſcentiam oſtendit*.

Quàm faciles ad lapſum mundi ſunt viæ, & quàm frequentia diſcrimina, quibus noſtra ſalus obſidetur! quid ergò nos iniuſtè honorum apices ambientes iuuat ad præcipitia nos facere expeditiores? ſanè niſi alienis caſibus ſapientiores nos reddamur, clariſſimè patet, Circæis ambitionis artibus nos excæcatos eſſe; quàm adamuſſim mulier illa Apocalipſeos ambitionem exprimit, quæ regali magnificentia induta, beſtiæ aſſidens, meretricijs lenocinijs imbuta, venenatos calices porrigit, quibus propinantium animos adeò ſoporat, atque dementat, vt catenatos etiā ad triumphi pompam augendam eos adducat, qui de vitijs alijs virtute fortiſſimè triumpharunt! ſed iàm accipe hæc eadem ab Ambroſio: *atque hoc ipſo pernicioſior ambitio, quod blanda quędam eſt conciliatricula dignitatum, & ſępè quos vitia nulla deflectunt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos; habet enim forenſem gratiam, domeſticum periculum*. perſpectiſſima, hæc omnia Dæmoni fuerunt, cùm Cælitum Ducem viribus explicatis aggrediens ad labefactandam, ſi fieri potuiſſet eius fortitudinem, ambitionis impetu, tan-

in 4. Leuit.

quam

quam cæteris alijs potentiori, animum eius oppugnauit: vires omnes arma omnia A
in c.3. Mat. in vna ambitione collegiſſe Dæmonem docet egregiè Diuus Hilarius, *ſed iam tertiò tota diabolicæ poteſtatis commonetur ambitio*; claudantur hæc omnia præclariſſimo Diui Hyeronimi documento, quod ex illis poeticis verbis de Oreſte olim pro-
Epiſtol. ad amicum ægrotum. nunciatis *furialibus ſuccenſo flammis*, vir ſanctiſſimus eruit, vt ambitioſos redarguat: Auerni furijs acti flammarum violentiâ ſuccenduntur, adeoque aurum ſimul, & tempus imprudenti largitate dilapidant, vt breui obſcurandam dignitatem induant potentiores: his tandem hæc addit; *quæ dementia eſt, non ea potius ſibi comparare, quæ faciunt, vel de vita æternitate ſecuros, vel de iudicij dignitate glorioſos*!

His debacchantem furijs Diaconum Fælicem Eccleſiæ Ruſpenſis aſpexit; extincto enim Antiſtite, ſui fratris Prouinciæ illius Præſidis patrocinio ſuffultus, artes omnes ad illam vſurpandam dignitatem explicabat, dum Fulgentio ſanctiſſimis moribus ſpectatiſſimo populus vnanimis adhærebat. Quàm diſparem eadem in ſcenâ geſtum faciunt Fælix & Fulgentius! ille pompatico luxu popularem auram aucupatur, hic ab hominum conſortio ſegregatus in Aſcæterio degit: dignitatem ille B
à ſe fugientem allicit & venatur; hic venientem ad ſe dignitatem repellit, & fugat; violentiam ille intentat, niſi eligatur, hic ne eligatur, lacrimarum violentiâ obarmatur, potentiam ille, & aurum ad ſui præſidium longo agmine trahit, hic abiectionis & modeſtiæ veſtigia ſequens longiſſimè ab ea recedit; ſed ſipario tandem educto fugientis triumphus ſpectatur, eiuſque victoriæ plauditur, qui ſplendidiora mundi ornamenta deſpicatur;
in vita S. Fulgentij. *illis quibus diſplicebat ſuperbus ambitor, placet ille laudabilis excuſator*, ſic qui eius vitam expreſſit, enarrat. Squallidâ ab ædiculâ Fulgentius extrahitur, Fulgentium populus eligit, Clerus poſtulat, Epiſcopi ſacrant, ſplendidoque apparatu, inſtructâ ad Primarium Templum pompâ, tota Vrbs ſuis è ſedibus propè euulſa Fulgentium adducit: Infæliciſſimus ex aduerſo Fælix, armatis fraudibus in Fulgentium fertur, vt germanorum vi eum occidat, & exueresuo ſanguine infecta ſacerdotalia veſtimenta conatur; verùm
Prouerb. 21. 30 *non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum*. Diuini ſpiritus auſpicio ſecurus, & hilaris fertur ad Templum; malignum, & fraudolentum æmulum benigniſſimè Fulgentius excipit, & commendat; ſed Diuina vltio quàm citiſſimè illum tenuit; Dei enim iuſtitiæ ſuorum facinorum rationem redditurus, è vita obitu intempeſtiuo deceſſit, & qui conſors eius criminum fuit Præſes Germanus, Cæſareo fauore deſtitutus, Præfecturæ munere non ſine dedecore fuit abdicatus. C

Quia tamen huiuſmodi argumentis non omnes æquo animo indulgebunt, alia ideò congerere nobis placet, quæ acriori ſtimulo, lethifero ſopore abſorptos ad ambitionis odium valeant excitare.

Ad ſacrarum dignitatem ambitionem coercendum ſecunda ratio affertur ex earum artium fœditate, quibus ambitioſi vtuntur; omnes autem eas artes Simoniæ ſpeciem aliquam referre probatur. Cap. XXIV. D

LICET ſacrorum magiſtratuum ambitio non eà deformitate infamiâque ſordeſceret, quam ſupra deſcripſimus, adhuc tamen euitanda prorſus ea nobis eſſet titulo rationum, quibus ad finem attingendum pertinaciter vtitur; mentis enim oculis, dignitatis fulgore, vitio ambitionis obtenebratis, honeſtum ab inhoneſto, verumque à falſo, facilè diſtingui non poteſt; ſicut autem dignitatis venuſtatem tàm affabrè colorauit ambitio, vt ad eius amorem facilè hominum animos conciliaret, ſic rationes & modos, quibus ad illum aſſequendum vti quis poteſt, licet vitioſos & improbos tanto decore ornabit, vt facilè quilibet ad illorum ele-

ctionem

ctionem accurrat; ſic propè cum telluris viſceribus arctarur aer, vias omnes ten-
A tat, omnia permiſcet, & quatit, vt viâ vi ſibi factâ, carcere telluris effracto, violentus erumpat, patrias rediturus in regiones. Eugenium Pontificem hac de re Bernardus admonuit, cùm diceret, *Plena ambitionis Eccleſia, non eſt iam quòd exhorreat in ſtudijs & molitionibus.*

Quot excidia in Chriſtianam Religionem turpiſſimum Simoniæ crimen intulit, cuius via ſacrarum multi dignitatum apices tenuerunt, adeò vt, quod olìm de ſuà Republicà Micheas ingemiſcens aiebat, repeti ab iſtà congruentiùs poſſet, *Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant.* Hanc primam oppugnandi artem ad Chriſtianam fidem diruendam ſuperſtitioſi Simonis opera Dæmon inuexit: hæc item prima fuit hæreſis, virulento cuius afflatu Eccleſia tota pænè contabuit, ſuamque illibatam pudicitiæ laudem proſtituere fœdè tentauit, adeò vt eam merito Diuus Damianus dixerit. *Simoniacam Hæreſim, primam omnium hæreſim, ex imis diaboli viſceribus erumpentem, ſeſeque aduerſus naſ-*
B *centis Eccleſiæ regulam exitialiter extollentem:* Simonem autem magùm Samaritanas infulas affectaſſe, cùm Epiſcoporum tantùm fuerit manus imponere, ſanctique ſpiritus dona impertiri, Cardinalis Bellarminus teſtatur hac loquendi forma. *Conſtat, ex Actor. 8. Simonem Epiſcopalem dignitatem ambiuiſſe, & data pecunia emere voluiſſe; vbi verò excluſus fuit, hæreſim nouam excogitaſſe, vt qui in Eccleſia non poterat, ſaltem extra Eccleſiam Principatum gereret.* Vt perniciosam hanc luem extingueret, quanto conamine deſudarit Pontifex Gregorius, plures eius teſtantur Epiſtolæ; & quidem nulla terra adeò lues eſt, cuius vi ad interitum ruere Chriſtiana Religio poſsit, quâm ſacrarum rerum mercatura. Hæreſim hæc Macedonianam malignitate præcellit; ſi enim iniquiſſimâ proteruiâ Macedonius aſſerebat, Spiritum ſanctum Deum non eſſe, ſed rem Creatam, quæ rebus omnibus creatis maior, Patri Filioque tantùm minor eſſet, ab iſtis, qui venalia ſacra habent, tanquam viliſſimum quid habetur Spiritus ſanctus, dùm certo pretio venalem eum habent, ſuoque arbitrio ad legem ambitionis ſubiiciunt. de Notis Eccleſ. c. 3

C Quàm huius vitij vehementia humanæ mentis obcæcatæ caligent, eo ſatis colligendum videtur, quod ad noſtrum documentum Machabæorum documenta teſtantur, in quibus refertur, *quod ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium*; ad hoc autem vt illud aſſequeretur, immani auri vi, quo Templi aras expilauerat, ab Antiocho illud mercari contendit: neque hic eius ſtetit impietas; nam ad ſuperſtitioſa Deorum ſimulacra adoranda vota ſua conuertit, populumque, quem cæleſtibus erudire diſciplinis debebat, eorundem fœda ſuperſtitione deuinxit; *ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos transferre cepit.* Vides hic, vt è vitio præceps in vitium ruerit; primò ambitioſus, inde ſacrarum dignitatum mercator, poſteà cultor Idolorum, demum vitiorum omnium deuorator. 2. Machab. Oſiæ 4. 7. ibib. 10.

Quà propter nullus dari debet admirationi locus, ſi veteri in lege, maiori ſupplicio mercimonium hoc Deus ipſe percuſſerit, quâm cultum Idolorum: permiſit enim, vt tertia Idumæorum Aegyptiorũq; progenies, animum ab Idolorum cul-
D tu, ad obſequium veri Dei traduceret, inter fidelium cætum cooptaretur, & in conſortium vocaretur politicorum magiſtratuum (habes hoc à Diuo Ambroſio, qui Idumæos Mohabitas appellat,) & ex aduerſo in Iezi, eò quòd venale Sacerdotium habuerit aurumque a Syro Naaman exceperit, verba illa horrenda deuoluit, *Lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo vſque in æternùm*; vbi ſignificatur, nunquam ad Eccleſiæ conſortium eius poſteritatem inferendam, cum è lege Moyſis, qui leprà laborabant, ſegregandi eſſent ab alijs, & verſari *extrà caſtra deberent.* Apertiſſimè hic ex Ambroſij ſententiâ vides, quâm grauiùs mercatoribus ſacris, quâm Idolorum cultoribus Deus indignetur: *Inexpiabilis eſt enim venditi culpa myſterij, & gratia vindicta cæleſtis tranſit ad poſteros.* I. 4. in Luc. 4.

Sed illud mihi accurata conſideratione digniſſimum occurrit, ſcilicet, quod ante Naami valetudinem, nullum à Iezi pretium fuit vel poſtulatum, vel acceptum, cùm hoc tantum ille, reſtituto iam priſtinæ valetudini Naamo & in Syriam redeunte, ſuſceperit: hoc autem, ſi recentes Canonum leges ſpectauerimus, nullam ſacræ mercaturæ notam inuoluit, cùm, quæ poſt collatum ſacrum beneficium munera Verall. deciſ. 239 n. 7. p. 5.

Varall. deciſ. 239. n. 7. p. 3.

nera conſequuntur, Simoniæ maculam non inferant, dummodo vel mente, vel A
pactione priua illa non conceperia: arguendum hinc nobia eſt, quàm ſeueriori le-
ge noſtra opera diuinum tribunal expendat ac humanum.

His à me iam exaratis, fidem mihi facientem Diuum Damianum inueni: hic enim
Epiſcopos alloquens, qui licet, vel ante recentium Antiſtitum inaugurationem,
vel in ipſâmet inauguratione, nulla recipiendi auri pactione ſe aliis obſtrinxerint,
*poſtà verè tanquàm a debitoribus exigunt, & extorquendis remunerationibus vehe-
menter inſiſtunt, ſe ſe Iezi non dubitent crimen incurrere.*

Si igitur, quod auertat in omnea futuras ætates Deus, fiat, vt Principum aliquis
muncrum vi, quæ vel tradita, vel promiſſa fuerint, aliquem licet probatiſſimum ad
ſacras infulas ſubmouerit, quia in ſacri mercimonij crimen hunc turpiſſimè alla-
pſum manifeſtè non videat? neque tantum ex hoc ſcelere reus ipſe in Deum eſt, ſed

in cap. ad hoc n. 6 per illum tex. de Simoniâ

etiam in homines, adeòque munera excepta reſtituere tenetur, non ei, qui ea dono
illa dedit, ſed Eccleſiæ cui præpoſitus ille eſt; hæc docet Abbas, à quo ſeriò admo-
nentur qui Principum ſacras confeſſionea excipiunt, ne in re tanti momenti dormi- B

c. ſi cuius, 59. de elect. c. de Regul. 25. de Simo.

tantes à rectæ velint conſcientiæ viâ deflectere; electio autem ſacrilega, & inuali-
da omnino eſt, licet non ipſe qui eligitur, ſed ſe inſcio alij munera impertiuiſſent,
vt Gregorius olim Nonus, inde Clemens quartus ſtatuto Canone definiuerunt; quin
etiam Canonum magiſtri docent, quod vt de huiuſmodi munerum ratione certior

relati à Garzia de beneſ. p. 8. c. 8. n. 2.

fit electus, exuere dignitatem teneretur, quam tam iniquis aliorum artibus induit.

Quiâ autem a nonnullis *ad excuſandas excuſationes in peccatis* hæc munerum
commercia cum Principibus habitâ pronunciabarur, haud quaquam ſacrarum
legum ſanctimonę auerſari, ac ſi temporanea tantùm eſſet electio, ſolumque hac in
re ſpectandum eſſet, vt vlla ſine mercede nouua inauguretur Antiſtes, validiſſimâ

lib. 5. ep. 13.

in hos intonat voce Diuus Damianus, eoſque acerrimè arguit, ac ſi hęreſim ſa-
piant, & à fide Chriſtiana deſciuerint, cùm nullo pacto ſacri mercimonij vitio ſe
poſſit expiare, qui vel in eligendis, vel in poſtulandis ad ſacras dignitatea, venali
hac ratione procedit: hinc oritur, vt qui ſibi viam in auro aperuit ad huiuſmodi ho- C
nores, verus ipſe non ſit Epiſcopus ſed commentitius; humano quidem aſpectu
probari videtur Antiſtes, ſed diuino reprobatur, vt alter Iezi. *Oculis quidem vena-
libus videtur quaſi Epiſcopus magnus, at diuinis obtutibus inſpicitur leproſus magnus:*

de dignit. ſacerd. c. 5.

ſic Damiano præiuit Sanctus Ambroſius. Epiſcopum, qui muneribua impertitis ad
Epiſcopale ſacerdotium ineundum ſibi uiam ſtrauerit, interrogat tantus Eccleſiæ
magiſter, petitque ab eo, quid nam ipſe in conſecratione â Deo accepiſſe ſibi ſna-
ſerit; ſic interroganti ſibi eum reſpondentem facit, *Gratiam Epiſcopalem accepi*:
ruſus interrogat, an vim vocis illius *Gratiam* comprehendat: rurſus iſte reſpon-
det. Gratiam vocari quia *gratis datur*; ad hæc fulmen ipſe vocis intorquens ait,

de dignit. ſacerd. c. 5.

*Ergò vt appares ex reſponſionibus tuis, gratiam, cùm ordinaueris non ſuſcepiſti, quia
gratuitò eam non meruiſti, & ideò frater ſi gratiam non accepiſti, quomodo Epiſcopus
effici potuiſti?*

Quæ Templum Hieroſolymitanum ingreſſua egerit Chriſtna ſeruator, ad hanc D

Matth. 21. 12.

rem ſanctiſſimus Pontifex Gregorina expendit: vt enim mercaturâ Templi ſanctita-
tem profanari conſpexit, perditiſſimos illoa eliminauit è templo expulitque, *&
menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit*: quid aliud eſt

l. 7. ep. 110.

columbaa emptione mercari, docet ipſe, niſi præuia pactione in ſacria vel ordini-
bus vel dignitatibus ſuſcipiendis conuenire? quid rurſus aliud eſt, quod Chriſtus
mercaturæ ſedes amoueret & diſijceret, quàm huiuſmodi vel Lithurgos, vel Præ-
ſules, à Dei ſuffragio reprobari? *quorum Sacerdotium ante oculos Dei cadere, Ca-
thedrarum vtique patenter euerſione ſignatum eſt*: nam ſubdit, quod cùm merca-
tura hæc hæreſim redoleat, *benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc,*

ep. 56. l. 4. cap. quibuſdam 117. 1. q. 1.

vt fiat hæreticus promouetur: hoc idem poſtea in Epiſtola ſacris Canonibua inſita
fuſiùs repetit: quòd autem tanquam commentitij Præſulea, huiuſmodi mercatores
reprobentur a Deo, eorumque electione damnatâ, ſtygias pænaa in auri effuſi mer-
cedem illis inferat, Vatis Oſeæ ore, non obſcurè Diuinus Spiritus pronunciauit:

Oſeæ 8. 9.

ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui: ſiquidem *ar-
gentum ſuum, & aurum fuerunt ſibi idola, vt interirent*: Auri Argentique potentia
ad

Digitized by Google

ad ſacrarum ſediūm cúlmen illos adduxit, eademque ipſa erit, quà in ſtygias flammas erunt deturbandi.

Eò vſque nequitiæ crimen iſtud irrepit, vt vel conſanguineis, vel familiaribus Principis munera impertire, adhoc vt quis in Epiſcopum poſtuletur, hanc referat nundinationem; hoc in ſuperiùs memorato Iezi Deus expreſſit: hic, cum ſeruus Eliſæi eſſet, cuius operâ Nàaman lepræ luem euaſerat, eandem lepram ſimul cùm totâ ſuâ poſteritate in ſuæ mercedem iniquitatis accepit; quæ omnia in noſtram rem Diuus Ambroſius affert, qui ſingulari documento eligentium manus ab omni munere auertens, ne leprà eadem maculoſi euadant, hoc etiam ſubdit, *non tamen ſatis eſt, ſi lucrum ipſe non quæras, familia quoque tua cohibenda ſunt manus*: demùm ſtatuit; *quæritur ergo non ſolùm tua ab huiuſmodi nundinis, ſed etiam domus tuæ caſtitas.*

li. 4 in Luc. c 4.

Lucuſentiſſimè hàc de re Diuus Damianus præ omnibus ſcripſit, adeòque in tam ſceleratum, nefariumque crimen exardet, vt fulmina in Mercatores huiuſmodi cæleſtes intorqueat: ad eos igitur ſermone conuerſus hæc habet: *perpendite Infelices, quam immaniſſimo perditionis barathro ſitis immerſi: quorum mala non ſolùm mala ſunt; ſed etiam ipſa bona vobis facta ſunt mala: quibus nimirum benedictio in maledictionem, chariſmata in hæreſim, ſacra in ſacrilegium, honor in contumeliam prouectio verſa eſt in ruinam*: an potenriori validiorique poterat flamma ſermonis, tam fœdum perditumque crimen inuadere? an acerbiori ſtylo confodi ab eo poterat tam iniqua nundinario? nec tamen ipſe acquieſcit ſed properè ad alia progrediens, ſubdit, *ſi benedictio vobis in maledictionem vertitur, cum benedici Sacerdotis ore videmini, quid vobis tunc fiet, cum ipſa vox Diuina vos maledictos appellat, & reprobat à conſpectu ſuo, vos Iudicis furor abÿcit, & tortoribus tradit?* Quis ad hæc tam horrenda tonitrua, ad tam cruenta fulmina, excuſſo ſopore non perhorreſcat?

li. Gratiſſimò per tot.

Quę antem incrementa fideī ab eo eriuabuntur, qui in peſtilentię Cathedram ſedem Epiſcopalem immutat? ea profectò erunt, quæ ſub Annæ Caiphæque regimine populi ſpectarunt: quid mirum, audi Sanctum Paſchaſium, ſi impudentiſſimè damnare ipſammet cæli innocentiam auſi ſunt teterrimæ famæ viri Caiphas & Anna, ſuæque ſententiæ aliorum omnium ſuffragijs conciliatis, ipſimet ſanctitati theta nigrum inſcribere? cauſa in promptu eſt: Sacerdotium, quod ſucceſſionis iure ſortiri non poterant, pecuniæ vi habuere ab Herode, ſi fides Hebræo Ioſepho fuerit. *Tales igitur ſemper timendi ſunt Sacerdotes, quicumque pretio, & non ex gratia Spiritus Sancti honores ſectantur*: ſic ipſe: validiſſimè hæc probantur à Syneſio & Seneca, vt ſuprà delibauimus; qui enim emit, libenrer etiam vendit, nec vnquam obliquis oculis ad iniuſta patranda facinora ſpectabitur aurum ab eo, qui eiuſdem auri patrocinio poſſeſſam dignitatem ancupauit & occupauit; acutè hoc Piſo apud Tacitnm ſignificauit, *Nemo vnquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit.* Sed longè illud etiam grauiſſimum ſupereſt, quod cùm nundinatores huiuſmodi Diuinâ beneuolentiâ deſtituantur, & ab ipſo Deo diris deuoueantur, neceſſe omninò eſt, vt Cain imitati, feſtinato interitu præcipites æternum ruant.

lib. 12. in Matth.

Syneſ. orat. de regno.

l. p. hiſt.

§. I.

VErùm quid de ijs dicendum, qui Principis vel famulatum, vel obſequium præſtant eà mente, vt extinctis Epiſcopis, eorum patrocinio & electione poſtulari ſubrogati eis valeant? formam, quà probi nominis virum Iſaias adumbrat & exprimit, obſeruans Sanctus Gregorius ait, præcipuum in illo eſſe, quod excutit manus ſuas ab omni munere: vbi diligenter aduerte non *à munere dici*, ſed ab omni munere: quà arreptà occaſione triplici docet modo munera, præmiaque tum dari, tum recipi, *aliud eſt munus ab obſequio, aliud munus à manu, aliud munus à linguà.* Sic Magnus Pontifex: quam etiam dixtinguendi formam vſurpauit Vrbanus Secundus, vt apud Sacros Canones videri facilè poteſt: amboque autem ſtatuunt, tali ſe mercimonio quemcunque polluere, qui hoc intendens, il-

Iſai. 33.

hom. 4. in fin relat. in cap. de nonnull. 114. p. p.

Vrbani in c. Saluator 8. qu. 3.

licitè

Digitized by Google

Varall. deciſ. 339. n. 7. p. 3.

nera conſequuntur, Simoniæ maculam non inferant, dummodo vel mente, vel pactione priua illa non conceperis: arguendum hinc nobis eſt, quàm ſeueriori lege noſtra opera diuinum tribunal expendat ac humanum. A

His à me iam exaratis, fidem mihi facientem Diuum Damianum inueni: hic enim Epiſcopos alloquens, qui licet, vel ante recentium Antiſtitum inaugurationem, vel in ipſâmet inauguratione, nulla recipiendi auri pactione ſe aliis obſtrinxerint, *poſteà verò tanquàm à debitoribus exigunt, & extorquendis remunerationibus vehementer inſiſtunt, ſe ſe lexi non dubitent crimen incurrere.*

Si igitur, quod auertat in omnes futuras ætates Deus, fiat, vt Principum aliquis munerum vi, quæ vel tradita, vel promiſſa fuerint, aliquem licet probatiſſimum ad ſacras infulas ſubmouerit, quis in ſacri mercimonij crimen hunc turpiſſimè allapſum manifeſtè non videat? neque tantum ex hoc ſcelere reus ipſe in Deum eſt, ſed etiam in homines, adeòque munera excepta reſtituere tenetur, non ei, qui ea dono illa dedit, ſed Eccleſiæ cui præpoſitus ille eſt; hæc docet Abbas, à quo ſeriò admonentur qui Principum ſacras confeſſiones excipiunt, ne in re tanti momenti dormitantes à rectæ velint conſcientiæ viâ deflectere; electio autem ſacrilega, & inualida omnino eſt, licet non ipſe qui eligitur, ſed ſe inſcio alij munera impertiuiſſent, vt Gregorius olim Nonus, inde Clemens quartus ſtatuto Canone definiuerunt; quin etiam Canonum magiſtri docent, quod vt de huiuſmodi munerum ratione certior fit electus, exuere dignitatem teneretur, quam tam iniquia aliorum artibus induit. B

in cap. ad hoc n. 6 per illum tex. de Simoniâ

c. ſi cuius, 59. de elect. c. de Regul. 25. de Simo.

relati à Garzia de beneſ. p. 8. c. 8. n. 2.

Quià autem a nonnullis *ad excuſandas excuſationes in peccatis* hæc munerum commercia cum Principibus habità pronunciabatur, haud quaquam ſacrarum legum ſanctimonię auerſari, ac ſi temporanea tantùm eſſet electio, ſolumque hac in re ſpectandum eſſet, vt vlla ſine mercede nouus inauguretur Antiſtes, validiſſimâ in hos intonat voce Diuus Damianus, eoſque acerrimè arguit, ac ſi hęreſim ſapiant, & à fide Chriſtiana deſciuerint, cùm nullo pacto ſacri mercimonij vitio ſe poſſit expiare, qui vel in eligendis, vel in poſtulandis ad ſacras dignitates, venali hac ratione procedit: hinc oritur, vt qui ſibi viam in auro aperuit ad huiuſmodi honores, verus ipſe non ſit Epiſcopus ſed commentitius: humano quidem aſpectu probari videtur Antiſtes, ſed diuino reprobatur, vt alter Iezi. *Oculis quidem venalibus videtur quaſi Epiſcopus magnus, ut diuinis obtutibus inſpicitur leproſus magnus*: C

lib. 5. ep. 13.

ſic Damiano præiuit Sanctus Ambroſius. Epiſcopum, qui muneribus impertitis ad Epiſcopale ſacerdotium ineundum ſibi uiam ſtrauerit, interrogat tantus Eccleſiæ magiſter, petitque ab eo, quid nam ipſe in conſecratione â Deo accepiſſe ſibi ſuaſerit; ſic interroganti ſibi eum reſpondentem facit, *Gratiam Epiſcopalem accepi*: ruſus interrogat, an vim vocis illius *Gratiam* comprehendat: rurſus iſte reſpondet. Gratiam vocari quia *gratis datur*; ad hæc fulmen ipſe vocis intorquens ait, *Ergò vt apparet ex reſponſionibus tuis, gratiam, cùm ordinaueris non ſuſcepiſti, quià gratuitò eam non meruiſti, & ideò frater ſi gratiam non accepiſti, quomodo Epiſcopus effici potuiſti?*

de dignit. ſacerd. c. 5.

de dignit. ſacerd. c. 5.

Quæ Templum Hieroſolymitanum ingreſſus egerit Chriſtus ſeruator, ad hanc rem ſanctiſſimus Pontifex Gregorius expendit: vt enim mercaturâ Templi ſanctitatem profanari conſpexit, perditiſſimos illos eliminauit è templo expulitque, *& menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit*: quid aliud eſt columbas emptione mercari, docet ipſe, niſi præuia pactione in ſacris vel ordinibus vel dignitatibus ſuſcipiendis conuenire? quid rurſus aliud eſt, quod Chriſtus mercaturæ ſedes amoueret & diſijceret, quàm huiuſmodi vel Lithurgos, vel Præſules, à Dei ſuffragio reprobari? *quorum Sacerdotium ante oculos Dei cadere, Cathedrarum vtique patenter euerſione ſignatum eſt*: nam ſubdit, quod cùm mercatura hæc hæreſim redoleat, *benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, vt fiat hæreticus promouetur*: hoc idem poſtea in Epiſtola ſacris Canonibus inſita fuſiùs repetit: quòd autem tanquam commentitij Præſules, huiuſmodi mercatores reprobentur a Deo, eorumque electione damnatâ, ſtygias pænas in auri effuſi mercedem illis inferat, Vatis Oſeæ ore, non obſcurè Diuinus Spiritus pronunciauit: *ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui*: ſiquidem *argentum ſuum, & aurum fuerunt ſibi idola, vt interirent*: Auri Argentique potentia D

Matth. 21. 12.

l. 7. ap. 110.

ap. 56. l. 4. cap. quibuſdam 117. 1. q. 1.

Oſeæ 8. 9.

ad

ad ſacrarum ſedium culmen illos adduxit, eademque ipſa erit, quâ in ſtygias flammas erunt deturbandi.

Eò vſque nequitiæ crimen iſtud irrepit, vt vel conſanguineis, vel familiaribus Principis munera imperrire, adhoc vt quis in Epiſcopum poſtuleтur, hanc referar nundinationem: hoc in ſuperiùs memorato Iezi Deus expreſſit: hic, cum ſeruus Eliſæi eſſet, cuius operâ Nàaman lepræ luem euaſerat, eandem lepram ſimul cùm totâ ſuâ poſteritate in ſuæ mercedem iniquitatis accepit; quæ omnia in noſtram rem Diuus Ambroſius affert, qui ſingulari documento eligentium manus ab omni munere auertens, ne leprâ eadem maculoſi euadant, hoc etiam ſubdit, *non tamen ſatis eſt, ſi lucrum ipſe non quæras, familia quoque tua cohibendæ ſunt manus*: demùm ſtatuit; *quæritur ergo non ſolùm tua ab huiuſmodi nundinis, ſed etiam domus tuæ caſtitas*. li.4 in Luc. c 4.

Luculentiſſimè hàc de re Diuus Damianus præ omnibus ſcripſit, adeòque in tam ſceleratum, nefariumque crimen exardet, vt fulmina in Mercatores huiuſmodi cæleſtes intorqueat: ad eos igitur ſermone conuerſus hæc habet: *perpendite Infelices, quam immaniſſimo perditionis barathro ſitis immerſi: quorum mala non ſolùm mala ſunt; ſed etiam ipſa bona vobis facta ſunt mala: quibus nimirum benedictio in maledictionem, chariſmata in hæreſim, ſacra in ſacrilegium, honor in contumeliam, prouectio verſa eſt in ruinam*: an potentiori validiorique poterat flamma ſermonis, tam fœdum perditumque crimen inuadere? an acerbiori ſtylo confodi ab eo poterat tam iniqua nundinatio? nec tamen ipſe acquieſcit ſed properè ad alia progrediens, ſubdit, *ſi benedictio vobis in maledictionem vertitur, cum benedici Sacerdotis ore videmini, quid vobis tunc fiet, cum ipſa vox Diuina vos maledictos appellat, & reprobat à conſpectu ſuo, vos Iudicis furor abijcit, & tortoribus tradit?* Quis ad hæc tam horrenda tonitrua, ad tam cruenta fulmina, excuſſo ſopore non perhorreſcat? li. Gratiſſimo per tot.

Quę autem incrementa fideī ab eo eriuabuntur, qui in peſtilentię Cathedram ſedem Epiſcopalem immutat? ea profectò erunt, quæ ſub Annæ Caiphæque regimine populi ſpectarunt: quid mirum, audi Sanctum Paſchaſium, ſi impudentiſſimè damnare ipſammet cæli innocentiam auſi ſunt teterrimæ famæ viri Caiphas & Anna, ſuæque ſententiæ aliorum omnium ſuffragijs conciliatis, ipſimet ſanctitati theta nigrum inſcribere? cauſa in promptu eſt: Sacerdotium, quod ſucceſſionis iure ſortiri non poterant, pecuniæ vi habuere ab Herode, ſi fides Hebræo Ioſepho fuerit. *Tales igitur ſemper timendi ſunt Sacerdotes, quicumque pretio, & non ex gratia Spiritus Sancti honores ſectantur*: ſic ipſe: validiſſimè hæc probantur à Syneſio & Seneca, vt ſuprà delibauimus; qui enim emit, libenter etiam vendit, nec vnquam obliquis oculis ad iniuſta patranda facinora ſpectabitur aurum ab eo, qui eiuſdem auri patrocinio poſſeſſam dignitatem aucupauit & occupauit; acutè hoc Piſo apud Tacitum ſignificauit, *Nemo vnquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit*. Sed longè illud etiam grauiſſimum ſupereſt, quod cùm nundinatores huiuſmodi Diuinâ beneuolentiâ deſtituantur, & ab ipſo Deo diris denoueantur, neceſſe omninò eſt, vt Cain imitati, feſtinato interitu præcipites æternum ruant. lib. 12. in Matth. Syneſ. orat. de regno. L. p. hiſt.

§. I.

VErùm quid de ijs dicendum, qui Principis vel famulatum, vel obſequium præſtant eâ mente, vt extinctis Epiſcopis, eorum patrocinio & electione poſtulari ſubrogati eis valeant? formam, quâ probi nominis virum Iſaias adumbrat & exprimit, obſeruans Sanctus Gregorius ait, præcipuum in illo eſſe, quod excutit manus ſuas ab omni munere: vbi diligenter aduerte non *à munere dici*, ſed ab omni munere: quâ arreptâ occaſione triplici docet modo munera, præmiaque tum dari, tum recipi, *aliud eſt munus ab obſequio, aliud munus à manu, aliud munus à linguâ*. Sic Magnus Pontifex: quam etiam diſtinguendi formam vſurpauit Vrbanus Secundus, vt apud Sacros Canones videri facilè poteſt: amboque autem ſtatuunt, tali ſe mercimonio quemcunque polluere, qui hoc intendens, il- Iſai. 33. hom. 4. in fin relat. in cap. de nonnull. 114. p. p. Vrbani in c. Saluator 8. qu. 3.

licitè

Digitized by Google

licitè vel recipit vel rependit obſequium: huic item doctrinæ ſuffragatur Diuus Thomas, quo dicet, quodcumque obſequium ad recipientis vtilitatem ſpectare, adeoque illud, pretium veluti quoddam æſtimari; ex quo arguit quod, *idem eſt*, *quod aliquis det rem ſpiritualem pro aliquo obſequio temporali exhibito, vel exhibendo, ac ſi dares pro pecunia data vel promiſſa, quia illud obſequium aſtimari poteſt.* qui igitur hoc fine ſpectato, ſæculari Principi famulatur, inhoneſtè ſemper agere æſtimatur: idemque prorſus erit, ſi hoc eodem fine ſpectato, non ſæculari ſed ſacro Principi ſeruiatur, licet nulla expreſsè pactio ſtatuatur: ſic vnanimi calculo, tum Theoſebiæ tum Canonum Magiſtri docent, vt Cardinalis Turrecremata teſtatur.

D. Th. 2.2. q.100.ar.5.

in c. ordin. 113.1.qu. 1. num.4.

Obſequium hoc, quod ſi ſacrarum Dignitatum conſecutionem ſpectet, rei ſacræ venditionis labe infectum, & vt vulgò dicitur Simoniacum eſt, magis ab eis acquirendis candidatos repellit, ex ijs circumſtantijs quas ſecum ferr, & ab eis ſegregari nullatenùs poſſunt. potiſſimum inter iſtas eſt, quod non tantum Principi famulatus præſtatur, ſed eius fauor exquiſito ſtudio quæritur, vel eius vitia palpando, vel eius arbitriis indulgendo: Miſerandos propemodum Camæleontes, quorum color incertus ſemper ad Domini nutus imò genium immutatur! ineptiſſima eius geſta, ac ſi Socratis ſapientiâ dirigantur, approbare non rarò coguntur; eius flagitia obducere & frequenter tanquam virtuti proxima commendare, eius arbitrio adhærere, licet conſcientiæ legibus reluctetur: quàm immanè & quàm ſordidum pretium hoc eſt, quo Sacerdotia illuſtriora mercantur? *Qui amictu clariore fulgere videtur, quantis illud ſordibus emis vt fulgeas?* Cypriani ſunt verba: & vt Innocentius Tertius aulicas artes egregiè edoctus aiebat, quàm benè Poetæ illius voces vſurpant, *Et ſi nullus erit puluis, tamen excute nullum*: hæc autem vix vnquam abſque aliquâ peccati labe patrari poſſe quis neget? quod autem omnium grauiſſimum eſt, Seianos velut Idola venerantur, vt eorum beneuolentiam rapiant, eorumdemque patrocinio, ſe immunes alienis ab odijs præſtent, commendant, comitantur, obſequuntur, licet eoſdem animo deteſtentur, adeò vt Romanus Orator, in hæc eruperit, *Ambitio multos mortales falſos fieri coegit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere*: quem imitatus Petrus Rauiſius ait, Ambitionem Simiæ Inſtar charitatem æmulari: hæc enim *patiens eſt*, vt æternùm regnet, illa, vt breui dominetur: *benigna hæc eſt*, vt pauperes ſibi conciliet, illa vt petentes, hæc *omnia ſuffert*, vt ſeruiat veritati, illa vt ſtudeat vanitati; vtraque quidem *omnia credit*, *omnia ſperat*, ſed diſpari nimis ratione. Ambitioſos hoſce Idolorum cultores, vt à ſacris Præfecturis arceat, Eugenium Pontificem ſanctè adhortatur Diuus Bernardus, & à ſe illos amoueat veluti ſcorpios, qui amplexus ſpeciem præferentes, vulnere virulento deſæuiunt; hi enim etiam Principis vel vtilitati vel gloriæ conſulere magnificè oſtentant, ſed re verà ſuæ ſolùm rei, ſuoque honori deſudant; quis ergò pecuniæ quandam hanc eſſe ſpeciem neget, quâ ſacros honores nundinamur? ſic profectò Diuus Chryſoſtomus arbitratur: *Quid enim refert, ſi non das pecuniam ſed pecuniæ loco adularis, ſubornas, multaque alia machinaris? Pecunia tua tecum ſit in perditionem ad illum dictum fuit: at his dicetur, ambitio tua tecum ſit in perditionem, quoniam putaſti humano ambitu poſſidere domum Dei.*

in e. 2. ad Donat.

de vilis. cōdit hum.

Ouid. de arte,

in Rethor.

li. 4. de cōſider.

homil. 3. in act. Apoſt.

Ad ea, quæ hac in re validiſſimè ſimul & pijſſimè Diuus Damianus ſcripſit in Epiſtolâ ad Bonifacium Cardinalem & Epiſcopum Albanenſem, nullum poſſe fieri aptum additamentum, habeo ipſe animo perſuaſum: totus enim eſt tam egregius Scriptor, vt probet Lithurgos, qui ad ſublimiora Sacerdotia comparanda & potiſſimùm ſedis Epiſcopalis Infulas, Principis famulatui ſe addicunt, non rerum ſacrarum tantùm mercaturam exercere, ſed huiuſmodi mercimonij tria omnia genera in ſe complecti, *A manu, ab obſequio, a linguâ*, adeò vt hæc ſecunda obſequij ſpecies primam ſimul & tertiam complectatur: iam ſi primam contemplari velis ſpeciem, dabo: quot enim ſumptus ad aulicam vitam traducendam exiguntur? nec enim refert, vt Damianus aſſerit, an mille aureos vna, eademque largitione donaueris, an paulatim ad hoc idem præſtandum opes inſumpſeris: iam ſi ad ſecundam contemplandam velis accedere, in promptu illa eſt: quid enim aliud ſeruire

l. 2. epiſt. 3. per tot.

A uire alteri, eſt, quàm ſe, libertatem ſuam, ſuos labores pretij loco imperiiri? *Iſti*
veluti propoſitâ venalitatis menſa, fœnerando ſeruitium, mercantur imperium: ſic
ſanctus idem præceptor proſequitur: nec longè poſt hæc alia ſuperaddit, *dent in-* Geneſ. 31.
quam alij nummos, iſti dant pretium ſemetipſos. quæ omnia duobus exemplis è ſa-
cra Scriptura deſumptis acutè confirmat; quis Labani facinus neſciat, qui cùm in
laborum mercedem, quos Iacob quatuordecim annorum interuallo exantlauerat,
ſuas filias eidem Iacob connubio iunxerit, meritò paternam illæ auaritiem detre-
ctantes, dixerunt, *Nonne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit comeditque pre-*
tium noſtrum? Vides hîc vt pretium quoddam & aliqua nundinandi ratio in ſerui-
tute contineatur? quis item illud ignoret ex primo & ſecundo Hiſtoriarum Rega-
lium, vbi Saül in pretium deſponſandæ Michol centum Philiſtæorum præputia à 1. Reg. 18.
Dauide colligenda poſtulauit? adeò vt laborum ſuorum pretio, ſibi illam coë-
miſſe viſus fuerit, vt ex illis verbis conſtat, quibus Isboſet allocutus eſt, *Redde*
uxorem meam Michol, quam deſpondi mihi centum præputijs Philiſtinorum: ſicut ergò 2. Reg. 3.
B filias ſuas Laban & Saül vendidere, non numeratâ pecuniâ, ſed pretio ſeruitutis,
ſic ille neceſſariò venditor Eccleſiæ conuincitur, qui ſubiectionis obſequium de malè
ſperata eius largitate mercatur.

Sed neque tertia Simoniæ ſpecies deſideratur, quæ linguâ committitur: quis
enim adulationes æquâ lance connumeret, quibus Principi adblandiri neceſſe eſt?
hæ autem venalitatem quandam ſecum trahunt: nam vt benè ſanctiſſimus Magi-
ſter docet, *Venditoribus Eccleſiarum, ſi auari ſunt, ſufficit pecunia cùm appenditur,*
ſi glorioſi, ſolus adulationis fauor aliquando vice pretij compenſatur. hoc igitur pre-
tium eſt, quo Aulici à Principe mercantur, vt in Antiſtites poſtulentur, & *infælix*
Clericus quot ſeruitia fœdata humilitatis exhibuit, quaſi tot pecuniarium ſummas ap-
pendit: qui nimirum aſſentationibus ſuis, dum aucupatur nomen Epiſcopi, laruam
induit paraſiti, & dum ſpirat ambitione Pontificem, ſcenicum exhibet hiſtrionem, atque
ideo hic non ſimplex, ſed omnigenâ dicendus eſt Simoniacus, quià quidquid eſt, per quod
C *Eccleſia vendi potuit, hic triplici venalitate commiſit.* Illud denique ſtatuit, quod ſi-
centi, qui è famulatu Eccleſijs præſtito, ad earum Regimen vocantur, Epiſcopi ve-
rè ſunt appellandi; ſic qui ex aulâ Principum ad Sacerdotia eliguntur, non Epiſco-
pi, ſed Curiales ſunt dicendi.

Vt autem firmiùs animis noſtris adhæreat, quàm Deus huiuſmodi electiones
acerbè ferat, exemplo hæc omnia confirmat Epiſcopi Bononienſis, qui cum il-
lius Eccleſiæ culmen aulicis laboribus attigiſſet, ſacras aliquas facultates quàm
citiſſimè dilapidauit: quâ propter paralyſi affectus à Deo vindice primùm fuit,
inde linguæ vſu deperdito, ſeptem annorum ſpatio miſerrimam vitam traduxit.

Illud etiam ego ſuperadderem de Canonico quodam mihi non ignoto, qui thia-
ræ decus affectans, & Principem occaſione datâ ad eum in eligendum Antiſtitem
obſtringens, virtutum via neglectâ, ſemitam calcauit obſequij, & in re maximi
ponderis, quâ de proprijs Antiſtitis iure & poteſtate agebatur, Principi ſtudens,
Antiſtiti repugnabat: vt dominaretur inſeruiebat, & Eccleſiam ipſam, cuius erat
D filius, interque vitæ diſcrimina futurus erat propugnator, pertinaciter oppugna-
bat; plurimis demùm irretitus criminibus, quibus huiuſmodi rixæ & ſimultates
abundant, voti compos fuit; at permittente Deo, grauiſſima eius capiti thiara
fuit, tantiſque curarum aculeis circumſepta eius animum, mentemque fodiebat,
vt ſuæ tunc tantùm quieti conſuleret, cùm ab Eccleſiæ ſuæ ſponſæ amplexibus ex-
torris ſponte exularet: vix autem eam reuiſit, vt præpropero interitu, extremum
diem obierit: tot veptibus intertexta thiara ei fuit in honorem ſolummodo ſepul-
chri, nec procul à ſuſpicione fuit, quòd ſuæ ambitionis in pœnam, pœnas ſubi-
ret à Deo apud inferos conſtitutas.

§. II.

AD tertiam accedamus explicandam ſpeciem Simoniæ: hæc autem non tan-
tùm in eo verſatur, vt ſacrarum dignitatum mercede adulatores efficiantur,

ſed etiam vt ij tantùm poſtulentur, & eligantur, quos auræ populari conſtat eſſe pergratos, & maximè ſtudioſos Principi, cuius gratiam & beneuolentiam aucupantur: audire hac in re Diuum Gregorium licet, hæc apud ſacros Canones ſtatuentem *Nimirum, quod gratis acceptum eſt, gratis non trahunt, quia de impenſo officio ſanctitatis nummum expetunt fauoris*. Et eò pariter refertur, quod idem Sanctus Pontifex ad Corinthium Epiſcopum ſcribens docet, vt Gratianus ſacros inter Canones memorat, *Oportet ergò, vt neque per commodum, neque per gratiam aut quorumlibet ſupplicationem, aliquos ad ſacros Ordines conſentiatis vel permittatis adduci*: aliàs hoc idem pariter docuit, & potiſſimùm in Epiſtolà ad Columbum Epiſcopum, idemque prorſus Angelicus Præceptor Theologicà trutinà docet, his verbis. *Munus à linguà dicitur, vel ipſa laus pertinens ad fauorem humanum, qui ſub pretio cadit, vel etiam preces, ex quibus acquiritur fauor humanus, vel contrarium euitatur, & ideò ſi aliquis ad hoc principaliter intendit, Simoniam committit.* A

hom. 4 in Euág. cap. ſunt nonnull. 124. 1. qu. 1. l. 4 epiſt. 55. cap. ſde ord. 116. 1. q. 1. D. Th. 22. q. 110. art 5 ad 40.

Tunc autem praua hæc obliquaque voluntas abſque erroris diſcrimine innoteſcit, cùm ad eligendum virum tantæ moli imparem funduntur preces, ſtudia repetuntur, ex quo pergit Angelicus, *videtur autem adhuc principaliter intendere, qui preces pro indigno porrectas exaudit, vnde ipſum factum eſt Simoniacum; ſi autem preces pro digno porrigantur, ipſum factum non eſt Simoniacum*. Quod dicendi genus, præter morales Theologos à Cardinali Turrecremata egregiè explicatur: docet enim, quod ſi conſcius ſibi aliquis ſit, Sacerdotio ſe decoratum titulo tantum vel obſequij vel ſuarum vel alienarum precum, exuere illud teneatur, ſi ſe illi imparem arbitretur. B

in ſcap. ordinat. 113. p. q. 1.

Magni profectò refert, vt candidè fatear, ad Chriſtianæ Religionis ſeruandum candorem, vt non tantùm ad minora Sacerdotia, ſed etiam ad maiora non illi ſub moueantur, quos Procerum & Dynaſtarum authoritas fulcit, adeòque ne hi indigneentur, & in nos acerbè ferantur, thiaris & infulis decorantur: hoc etiam eò magis egrè ferendum eſt, quod Principes frequentiſſimè ſtudijs & patrocinijs ſuis, non pietatis commodo conſulere ſtudent, at ſuæ voluntati; non publicæ vtilitati proſpiciunt, ſed eorum obſequia ſpectant, adeòque pari menſurà tum Principes, tum hi, qui huiuſmodi obſequiorum retia explicantes, ſacros honores aucupari contendunt, tot laboribus exantlatis, tot illatis ſtudijs Simoniæ labe inficiuntur. quid aliud, teſtante Seneca, hoc eſt, quàm nundinatio quædam, & mutua venditio emptioque: nam nulla clarior pecunia, nullum grauius pretium, quàm preces quas velut aureas pecunias expendit animus: *Non tulit gratis, qui cùm rogaſſet, accepit, &c. Nulla res cariùs conſtat, quam quæ precibus comparata eſt.* C

l. p de beneſ. c. p. n. 2

Præterquamquod eadem ratione, quà dignitates venantur, illis ſe indignos profitentur; emendicatis hiſce patrocinijs & commendationibus, licet idonei fuerint, ſe ineptos oſtendunt, omnibuſque innoteſcit, egenos eos magis eſſe virtutibus, qui magis ambitione diteſcunt; quarè Eugenium Pontificem Diuus Bernardus admonuit, vt eos tantæ dignitati impares conſtanter inuictè repelleret. *Qui autem pro ſe rogat, iam iudicatus eſt, & nihil intereſt, an per ſe, an per alium quis rogat?* hæc Bernardus. D

lib. 4. de conſid.

Quàm indecorum profectò eſt, Chriſtianæ fidei ſanctitati, ſi ſancti Magiſtratus, Principum, Procerum & quod longè deterius eſſet, fœminarum arbitrio proſtituti, nullo ſine delectu haberentur? quà de re cùm mihi alibi dicendi locus fuerit, illud in præſenti ſolùm addiderim, quod Plautus ſapienter aduertit, virtutum ſcilicet tenendam & terendam ſemitam, non Mæandricos fauorum calles ad ſacras dignitates obtinendas:

in Am.

Virtute ambire oportet non fauoribus:
Sat benè fautorum, ſemper qui rectè facit.

Hinc poſteà factum eſt, vt primi Eccleſiæ Antiſtites ritè ſanctèque ſanciuerint, exuendos ſactis dignitatibus eos eſſe, qui eas humanis tantùm fauoribus induerunt. *Si quis Epiſcopus mundanorum Principum fauore vſus, per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur.*

Canon. 30. Apoſt.

Sed illud potiſſimùm toto mentis odio execrari debemus, quod frequentiſſimum

am-

an bitioni eſt, ficta nempe religio & pietas ſimulata: hæc illa eſt, quæ Pandoram
A imitata mille malorum ſcelerumque genera in Chriſtianam fidem deuoluit, & Equi
Troiani ſpeciem referens per ſimulationem ſanctitatis, vaſtitatem vrbibus inten-
rat, & fronte pacem referens, bella cruentiſſima animo meditatur: quod autem
lacrymabilius malum, quam virtutis perſonam vitium gerere, & fictæ probitatis
hamum iaci, vt infulas, & thiaras expiſcentur? vetuſtiſſima litterarum monu-
menta euoluere liceat, hęc vna vobis occurret hæreſum, errorum, & ſchiſma-
tum ſcaturigo, & hoc è fonte tot Catholicæ Religionis excidia in Aſiam, in
Aſiam, in Africam, & potiſſimam Europæ partem electione teterrima emanarunt.

Callidum hoc artificium, quo abiectiſſima metalla, vt aurum obrizum, & pu-
ſtulatum argentum, ad decorem futilemque pompam irradiant, non ſemel Electo-
res decepit, qui paſtores gregibus præficere ſibi ſuadentes, lupis eos commiſerunt;
de his quàm meritò Diuus Gregorius Nazianzenus ait, *fuco, ac ſimulationi quiſ-* Carm. ad
que ſtudet, & ſub ope lupum calat, uri utique non abſimilis ſub pabuli illecebrà, piſci- Epiſc.
B *bus mortem occultant*: adſcititiæ ſanctitatis hamo ſapientiſſimos in errorem indu-
centes, ſacros magiſtratus expiſcantur! virtutem tantùm infulis decorandam opti-
mè ambitioſi ſciunt: quà propter vitia inſidioſis coloribus obuelantes, varioſque
vultus Protheorum inſtar induentes, ſuperbiam piâ humilitate colorant, ambitio-
nem ſimulata honorum deſpicientiâ deaurant, vultum & voces ad pietatem com-
ponunt, in vitia bracteato furore indignantur, totique ſunt, vt cordis anfractus
verſatiſſimis artibus obuoluentes, illudere ſpectantibus poſſint, & vulgi famam
amoremque ſibi comparare, *non eſt apud eos virtutem colere, ſed vitia colorare qua-* ſerm. 66. in
ſi quodam minio virtutis ſic de eis Bernardus: & idcirco â Diuo Cipriano vocantur, Cantic.
cadauera virtutis exuuiæ Religionis, ſimulacra ſanctitatis. Euripidem hi repræſen- Orat. de ie-
tant, dicere aſſuetum, ſe ſtudere tantùm, non vt probus eſſet, at vt probus vide- iun. & en-
retur, quem meritò Diuus Baſilius cenſoriâ nota caſtigans, Platoni apud Plutar- tat.
chum loquendi adhæſit, extremam nequitiæ lineam & flagitijs omnibus coroni- homil. de
dem ab eo imponi, qui probus alijs videri vellet, non eſſe. Quàm fucatæ virtuti legand. lib.
C virtus vera diſcordat! vt Epiſcopalem dignitatem ſibi omnium populorum ſuffra- Gentil.
gio impertitam, à ſe repellat Ambroſius, licet illibatæ caſtimonię candore nite- Plutarch.
ſceret, profligatę pudicitiæ fæminas ad ædes ſuas fingit adduci, & quamuis leniſ- de edu. &
ſimus animo, & propè ambroſius eſſet, crudelitatem immaniſſimam adeò ſimu- amic.
lauit, vt humanum ſitire ſanguinem & reorum cædibus frui ac pingueſcere videre- Sur. viuit.
tur, ut honoris iubar effugiat, ſimulata ſcelerum nocte, ſuarum virtutum diui- S. Ambroſ.
num propè lumen obcæcat.

Sed ex aduerſo veteratorijs fraudibus vitia ſua hi celantes, totis animi viribus
ſuas vmbras illuſtrant, & ſordes ſuas inaurant, commentitia inanique luce præful-
gent, vt affectata miniſteria captent; Abſalonem imitantur, qui vt gentium bene-
uolentiam ſibi vindicaret, abiectiſſimis officiorum integumentis, ſuperbiam faſtum-
que colebat, humanitatem, pietatem, iuſtitiam blando pioque vultu prætendens,
Videntur mihi ſermones tui boni, & recti, ſed non eſt qui te audiat conſtitutus à rege;
D mala quidem omnia ſe abominaturum iactabat, dummodò paterni regiminis con- 2. Reg. 15. 3
ſors eſſet, *quis me conſtituat Iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes, qui ha-
bent negotium & iuſtè iudicentur*! cùm tamen æqui ſeruantiſſimum fuiſſe Dauid,
ſacra nobis monumenta teſtentur, *Regnauit Dauid ſuper omnem Iſrael, faciebat
quoque iudicium & iuſtitiam omni populo.*

Hoc idem Eugenio Pontifici Diuus Bernardus ſignificauit, ambientium ſcilicet
ſuperbiam fraudolenter abiectionem commendare, & longè ſe ab illis præfecturis
alienos oſtentare, quas ardentiſſimo amore depereunt, & venantur: vix autem
illas aſſequuntur, vt virus quod ab ipſis celabatur expromant, & refractariam ar-
rogantemque mentem oſtendant: *Viri callidi, & doloſi proprium eſſe ſolet, tùm* lib. 4. de
prætendere humilitatem, cùm aliquid obtinere voluerit, de quibus Eccleſiaſtes, Eſt Conſiderat.
qui ſe humiliat nequiter. & interiora eius plena ſunt dolo, quamtùm eos ſupplices ad- Eccleſiaſt.
miſiſtis, poſtmodùm ſuſcepiſtis graues, inſolentes contumaces rebelles. dedi verba 19.
Bernardi: roborare hæc omnia ipſe poterat exemplo Ioannis Monachi, qui Ieiu-
nator dicebatur, de quo nos alibi: artibus adeò tortuoſis & adeò ad pietatem ſi-

 mulatis

mulatis ſapientiſſimos hic quoſque viros ſibi conciliare voluit, vt Conſtantinopo- A
litanis tandem Inſulis donaretur coram ſancto Gregorio, qui tùm temporis è prin-
cipibus Purpuratus vnus ea in Vrbe degebat Apocriſarius, hoc eſt Pelagij Papæ
Legatus: fictitia abiectione ſe illis fatebatur indignum, tantęque fulciendæ moli
longiſſimè imparem, & quò magis ſe ab huiuſmodi ſacerdotio alienum blando pi-
oque ore fingebat, eò magis ſe dignum illis præſtabat, & recuſantis ſpecie, ad il-
lius honorem regiminis ei impertiendum, Electores alliciebat: vix autem tam il-
luſtri ſolio certus inſedit, adulterinà pietate exuta, quam more hiſtrionis indue-
rat, natiuos ad ſe reuocans motus, tantà ſuperbià, & immani arrogantià ſuam
extulit mentem, vt Orthodoxæ Religionis Epiſcopum ſe appellare per ſummam
inſolentiam fuerit auſus, Eccleſię tranquillitatem ſusdeque permiſcens, Pelagio
primùm, inde ſucceſſori Gregorio tanta perfrictæ frontis audacia rebellans, vt nec
monitis, nec precibus, nec minis à tam væcordi proteruaque ſuperbià reuocari
vnquam potuiſſet. ille mihi hic occurrit iocus à Quintiliano deſcriptus, cum qui-
dam nomine Didio Gallus, occultis ſtudijs, officioſiſque artibus tandem Prouin- B
ciæ adminiſtrandæ munus impetraſſet, inuitum ſe ad eius pondus ſuſcipiendum
ſimulans & tantum ne alijs repugnaret, aſſentiens, quendam audijt ironico eum
ſcommate ferientem *Age aliquid & Reipublica cauſa elabora*: Quàm bellè hoc quo-
tidiè caderet in recentes Didiones, quorum officijs & ſtudijs, Principum aulæ
ſcatent!

Tam licet ſimùlatæ, & adulteræ probitatis vir, ſi humanas tantùm laudes ſpe-
ctauerit, Simoniæ labe nequaquam infici dicendum eſt, vt enim acutè Diuus
Thomas edocet, fictitijs illis artibus non emere, ſed rapere videtur aliorum præ-
conia, ſi tamen ad maiora aucupanda ſe efferens, Epiſcopalia ſacerdotia affectat,
& quærit, quis neget mercimonium quoddam exerceri, cum tot aureos inſume-
re ad ea videatur, quot aureas virtutes oſtentat, licet non aureæ ſed bracteatæ tan-
tùm ſint; artes quibus vtitur, labores quibus inſudat, ij ſunt, vt non fur tantum, &
pecuniæ corruptor appareat; ſed etiam ſacrorum munerum nundinator: habeo mi- C
hi egregiè in his dicendis ſuffragantem Diuum Bernardum his verbis, *Negotiatur*
ſerm. 33. in Cantic. *omni tempore formam retinens pietatis ad ſe ſe occultandum, virtutem autem eius ven-
ditans & emens honores*.

In ambitioſos huiuſmodi viros arguendos Diuinus idem ſpiritus aſſurgit & into-
nat his verbis, ex Eccleſiaſtico deſumptis *Noli quærere à Domino Ducatum*: illos hic
Eccleſiaſt. 7.4. alloquitur, qui meritis deſtituti, ſe ad aras & Sacerdotia inferre, callidis, & frau-
dolentis artibus contendunt; *neque a Rege Cathedram honoris*; eos hic indigitat,
qui in obſequiorum mercedem, à Principibus ſublimiores dignitatum ſedes exqui-
runt: *Non te iuſtifices ante Deum*: illos demùm hìc arguit, qui adſcititijs fallacibuſ-
que virtutibus, ad eas poſſidendas, omnes animi vires intendunt; non mihi, ſed
Hugoni Cardinali hæc tribuas velim tanto ſcriptore digniſſima. *Redarguit autem
ambitioſos in tribus: quià ſe ingerunt non vocati; vnde dicit noli quærere; ſecundò*
ibid. *quià carnaliter & à carnalibus promouentur, non in viſu Dei, ſed ſanguinis, vnde* D
*dicit neque a Rege Cathedram honoris, quod tamen modò ſæpiſſimè fit, & à multis:
aliquando etiam multi per hipocriſim ſuam dimouentur, quod valde abominabile eſt,
apud Deum, vnde ſubdit, Non te iuſtifices ante Deum.*

§. III.

OMNIA igitur hæc ſuperiùs memorata, quæ ambitioni inſeruiunt, non ex ſe
tantùm deformia, ſed etiam Simoniæ labe infecta eſſe videntur: fædam adeò
hanc prolem genitrix tam deformis eduxit, & tam virulentos fructus, hæc peſti-
lens educat arbor. D'eſtos poluos eſſos lobos; ſic Hiſpanus.

Cùm autem obliquæ, & furtiuæ huiuſmodi viæ ſint, qui eis adhæſerit, vt oui-
le Chriſti regendum aſſequatur, non paſtor erit, at latro, cum æternæ ſapientiæ ef-
Io.10. fatum ſit illud *Qui non intrat per oſtium in ouile, ille fur eſt & latro*: vbi aduertes
per oſtium dici non *oſtia*, cùm vna tantùm ſit ianua virtutis, quâ dignitates adean-
tur

A tu r: quæ quidem verba opportunè ad hoc ſignificandum à Beato Petro Damia-
no vſurpantur, dùm de illis ſermonem inſtituit; qui emendicatorum fauorum vi
& vi dignitatum ſibi culmina moliuntur: *Qui nimirum, dùm non per Eccleſiæ ingre-* Ap 3 lib. 2.
diuntur oſtium, ſed per ſæculare poſticum, non paſtores ouium, ſed fures, & latrones
ſunt. dùm autem præfecturas tàm ardenter anhelantes, ad quas non Dei, vel Pon-
tificis vel Eccleſiæ vocibus, ſed ambitionis arbitrio & Principum patrocinantium
ſtudijs aduocantur, eas tandem iniquis artibus potiuntur, quid ni in eos aptiſſimè
cadat celeſte illud, & formidandum diuinæ vocis fulmen, *Ipſi regnauerunt & non* Oſe. 8. 4.
ex me: Principes extiterunt, & non cognoui. quâ propè explicatione â Diuo Gre-
gorio Magno illuſtrantur hæc verba: *Ex ſe namque, & non ex arbitrio ſummi Re-* 2 par. Pa-
ctoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, ſed ſua cupi- ſtoral. cap. 2
dine accenſi culmen regiminis rapiunt potius quàm aſſequuntur.

Hinc ambitionis peſtem multis execratur Diuus Cyprianus; huius enim vio-
lentia, non aulica tantum inter repagula ſe continet, ſed in ipſas ſacras ędes ir- in prolog.
B rumpens, tam miſeranda immunitate graſſatur, vt eos ad ſæculares mundi nugas re- lib de operibus Chri-
uerti cogat, qui à ſeculo ſponiè receſſerunt quin aſperrima ipſa ſquallentium ſo- ſti.
litudinum antra penetrans, efficit *vt de omni gradu, vbi aliquis aditus, patet, anhe-*
li prodeant, diſcurrant ad Iudices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliarios,
& modis omnibus elaborent, vt cum Principibus ſedeant &c. An ne igitur abſque inſi-
gnis mendacij nota dicendi ducendique ſunt hi Paſtores? an ne igitur Spiritus ſan-
cti munera conſecrantis vocibus impertita poſſidebunt? an beneficia & commoda
quibus ſacræ dignitates abundant, eriuabuntur in eos? quale nam ſit lucrum ab illis
huiuſmodi nundinatione referendum, audi, ſed ad illud ſcribendum calamus ipſe
perhorreſcit. *Et quaſtu, vt maledicat Deus, quod ipſi benedixerint, & benedicat,*
quod ipſi maledixerint.

Temperare hic me non licet, quin exemplum afferam, quo tanquam in ſpecu-
lo ambitionis violentia detegatur, quà inſaniunt & cæcutiunt adcò homines, Deuſ- Lib. c. 18.
que ad vltionem propere excitatur: audi iam Nicephorum referentem. Eſtincto Baron. ann.
C Conſtantinopolitano Antiſtite, Zeno ea tempeſtate Orientalis Imperij Cæſar, vt 488.
tantæ ſedis dignitati parem Antiſtitem impetraret à Deo, indicto priùs quadrage-
nario ieiunio, candidum paginæ folium primarij templi aræ maximæ impoſuit, ſup-
plices in alia paginà preces Deo porrigens, vt quem gubernando populo ſucceſ-
ſorem deſignauerat, Angelica manu ſcriptum indicaret; Templi Cuſtodem Eunu-
chum, & Imperialem Protho Cancellarium, Flauianus Presbyter vir inexhauſtæ am-
bitionis auro ſeduxerat, vt clam paginæ illi, charactere ignoto, eius nomen ad-
ſcriberet: paruit Eunuchus, adeòque ſummà cùm omnium laude, ſuique
gloria ad Conſtantinopolitanæ ſedis faſtigium, tanquam à Deo electus a-
ſcendit: Verùm breui, Deo ad vltionem properante, eius vęcordia patuit, & fraus
occulta ſe cunctis aperuit, ne tam improbis artibus raptum honorem diù impius
frueretur: quatuor enim menſium interuallo, intempeſta nocte perijt, priuſquàm
ęs alienum, quo ſe cum Eunucho obſtrinxerat, rependere poſſet ex parte: quà pro-
D pter eius hæredes creditorum quæſtionibus & aculeis aſſiduò vexati, intextam
fraudem Cæſari detexerè: ſic vnà cum vitâ famam miſer ille deperdidit & ſi-
múl ſuæ perfidiæ penas luit miſerrimus Eunuchus: Zenoni autem
documento euentum hoc fuit, vt, iuxtà eius ætatis mo-
rem, Epiſcopis einſdem Prouinciæ, vt Apo-
ſtolicis Legatis, noui Antiſtitis eli-
gendi numerus, & modus
incumberet.

Tertia

Tertia affertur ratio ad ſacrarum dignitatum ambitionem eliminandam: ea autem ex eo deducitur, quòd Epiſcopalis dignitas in abſolutâ virtutum perfectione conſiſtit. A

Caput XXV.

PEDESTRI itenere viam aggreſſuris, expeditos vt habeant greſſus, ſufficit, cùm pennarum remigio obarmandi ſint illi, qui per aeris vias hominibus inuias ſunt peruolaturi: nec emendicatæ ceraque tantum illitæ eorum humeris, vt de Icaro fertur, huiuſmodi pennæ adhæreant, ne ad ruinam potius quàm ad volatum B ſint aptiores: innatæ volantibus ſint oportet, & illas à Vatibus Mercurio appoſitas imitentur ſimul & æmulentur: omnibus Chriſtianæ fidei affectis cæleſtem gloriam affectantibus illud inſonat, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*; ne vitioſo ceſpitent pede, ſatis eſt, vt via virtutis incedant: ſed qui ſacrarum dignitatum faſtigia vindicaturi, præeſſe cæteris volunt, explicatis ſublimi amplitudine pennis, excelſo adeo volatu ſe ferant, vt terrena cuncta deſpicentur, ipſoque aere maiores, cæleſtia tantùm anhælent. *Eſtote vos perfecti, ſicut & Pater veſter Cæleſtis perfectus eſt.*

Matt. 19. 17 / Matt. 5. 40.

Vt non omnis fert omnia tellus, itâ non omnia poſcit ab omnibus virtus, nec eiuſdem roboris vires à Pygmeijs humeris, ac è Gigantæis lacertis exéri poſtulat: Ducem alibi ſtatuit, alibique triarium: quo propè ſenſu ad mores componendos accomodato, verba illa ſecundo numerorum diuinitus ſcripta interpretatur Origenes iuxta Septuaginta loquendi formam, *Homo ſecundùm ordinem ſuum, & ſecundùm ſigna ſua, & ſecundùm domos familiarum ſuarum caſtra collocet*: aliæ C aliis veſtes aptantur; quæ Saulem obarmabat lorica, impedimento Dauidi eſt; quanta in hominum vultu varietas! ſua cuique lineamenta, ſua cuique partium conſonantia & aptitudo: non omnia eâdem artis induſtriâ ſimulacra formantur: vt ſibimet mutuâ diſcretione, corporis membra diſſonant, ſic ſua vnicuique eorum proportio, ſua ſedes, ſuus color eſt dandus, adeò vt, quæ pedibus ornamento eſſent, vultum deturparent. quid plura? ipſamet ſydera, non eâdem vel magnitudinis menſurâ vel lucis affluentiâ ſibi paria ſunt, *Stella differt à Stella in claritate*: è ſtellarum populo aliquæ, in quibus deſignantur Præſules, luce ſua ſibi viam ſignant, laudatoque errore, ad orbis commodum vagantur, & laborant; aliquæ autem numero quidem, ſed non pretio maiores, alienam vim exigunt, quâ cùm cæli rotatu rotentur, & veluti carru ductæ, cenſorijs aliorum oculis ignotæ voluuntur: hoc plane modo in Eccleſiæ cælo res ſe habet: ſceleſtos viros priuatos dicimus, quiâ vitioſos, Præſules, quiâ non optimos. *Priuati quidem hominis vitium eſſe exiſtimet turpia ſupplicioque digna, & quorum lex dura, & grauis domina eſt, perpetrare: Perfecti autem vel Antiſtitis, non quàm optimum eſſe, nec nouas ſubinde virtutum acceſſiones facere*. Hæc è Nazianzeno. D

Num. 29. Origen ibi. hom. 2. / 1. ad Chor. 15. 41 / Nat. 1. n. 29.

Niſi immoderatè Chriſtiani viri flagitijs ſordeſcant, æternorum ignium ſupplicia non patiuntur, at ſi Petrus leuiſſimas abſtergere labes recuſauerit, cæli ſibi claudit beatitatem. *Si non lauero te, non habebis partem mecum*; egregia & maxima Antiſtitum laus è ſanctitate petitur, in virtutum poſſeſſione verſatur, quarum lumine à cæteris, velut à tenebris ſecernuntur: Virtus eſt, quæ thyaram ſpecioſiſſimam capiti imponit, tot gemmis, quot ſacris operibus illuſtratam; non eorum tantùm maieſtas in eâ ſplendeſcit, ſed Diuina etiam magnitudo, cuius obſequio conſecrantur: de hâc profectò dicendum videtur, quod olim de Pontificio Aaronis diadematè ſapientiſſimus omnium concinnauit, *Et magnificentia ſua in diademate capitis illius ſculpta erat*.

Io. 13. 8. / Sap. 18. 24.

Quin imò ipſosmet Antiſtites illuſtriſſimas Eccleſię gemmas dixeris: harum tamen

A men fulgorem tenuis quælibet macula & leuiſſima labes adeò denigrat, vt gentium probra trahat, rapiatque ludibria populorum. quàm clarè oculatiſſimus Plutarchus errorum tenebris implicatus hæc vidit, *Sunt Principes* (tam ſacri quàm profani) *inſtar lucentium gemmarum, atque adeò ſi quis in illis naeuus apparet, detractioni patet & calumniæ*: dignitas hæc ea eſt, vt vel meritis probatos inueniat, vel ipſa probatiſſimos faciat; *aut enim* (verba recito Syricij Pontificis) *claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat*. Ideſt iuxtà ſententiam Gloſſæ, tot eis aditus aperit, explicatque commoda ſanctitatis acquirendæ, vt non tàm ad pectus in aureâ laminâ, Hebræos Hyerarchas imitati, quàm gemmeo ſtylo ſcriptum ad cor præferant *ſanctum Domino*, vt ſemper Deo adhæreſcentes, ſacro Miniſterio ſe digniſſimos exhibeant & cæleſti muneri pares.

lib. de doctrin. Princip.
c.p. 4. dixt.
Exod 78.

Quod ſi Apoſtoli ad Epheſios ſcribentis ore docemur, à Deo electos omnes eſſe, *vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius*, quid de ſacris adminiſtris dicendum, quos eò magis pietate alijs præcellere fas eſt, quò dignitate ſunt præſtantiores,
B *Tantum excellere oportet merito, quantùm gradu*, iuxtà Saluianum: ni ſupra humiles myricas, aſſurgente faſtigio Cupreſſus adoleſcat, prauo ſemini corruptæque radicis vertitur vitio: non ornamento, ſed impedimento erit, & vt ſolum inutiliter occupans vtiliori plantæ det locum, funditus excindatur oportet.

Chriſti fideles Eph. p. 4.
lib. 2. ad Eccleſ. Ca-

Hoc etiam potiſſimùm veſtis illa cærulea, quâ Summus Hyerarcha inter ſacra vtebatur, exprimebat apud Hebræos, vt ſapienter Arnaldus docet, *Veſtis ſanè illa hyacinthina animam in ſanctimonia enutritam ad illum profectum indicat peruenire, vt ſpiritu viuat, ſpiritu ambulet, à nemine iudicetur, & omnia iudicet; hoc enim eſt, Summum Sacerdotium ad hunc apicem ſanctitatis attingere, vt totum ſe vir iuſtus caleſtem exhibeat moreſque ſupernos & diuinam exprimat formam.*

tract 5. 6. & 7. de Verb. Dom.

Conſtantinopolim à Conſtantino Cæſare accerſitus vir ſanctiſſimi nominis Spiridion, illud impauidè ei pronunciauit, *Quantùm præſtas cæteris, tantum te eſſe oportet virtute celſiorem*: ipſimet Cyro apud Xenophontem innotuit, populorum regimen ab illis præſtari ritè fœliciterque non poſſe, qui ſubiectas gentes non præcel-
C lerent pietate; quid? naturæ ipſius inſtinctu inſinuari hoc ipſum docet Seneca, nulloque alio titulo aureas antiquas illas ætates fuiſſe, quam eò quòd probitate præſtabat, qui erat dignitate præſtantior, *natura eſt enim, deteriora prioribus ſubmittere, ideoque ſumma fœlicitas erat gentium, in quibus non poterat eſſe potentior, niſi melior.*

Baron. an. 338.
Xenoph.
epiſt. 90.

Huius tamen vi legis, quâ ſæculares Principes ad politicam fœlicitatem populos adducentes obſtringuntur, multò magis ſacri Moderatores vrgentur, quorum munus eſt, ad æternam beatitatem ſubiectis gentibus aditum reſerare; quâ propter cùm virtutes omnes enumeraſſet vir fidei ardore ſpectatiſſimus Saluianus, quibus vnumquemque è Chriſtifidelibus ornari decet, illud poſteà ſubdit, *Quidquid enim de alijs omnibus dictum eſt, magis ſine dubio ad eos pertinet, qui exemplo eſſe omnibus debent, & quos vtique tantò anteſtare omnibus oportet deuotione, quanto anteſtant omnibus dignitate: nihil enim eſt turpius, quàm excellentem eſſe quemlibet cul-*
D *mine & deſpicabilem vilitate.*

lib. 2. d. Eccl. Cath.

Hinc autem innoteſcit ratio, quâ per Vrbes omnes, effuſos veneramur Antiſtites tanquam Orthodoxæ Religionis Præfectos, adeò vt ſuo quilibet Grex paſtore ducatur, eo planè modo, quo ſuæ cuique Tribui olim Leuita præerat, vt nempè populos omnes eorum probitas, ſapientia, collatis veluti ſtudiis, ad ſanctitatem erudiret, *Diſpergit Leuitas per omnes Tribus, vt ſanctitatis eorum excellentia ſanctos vbique Vrbium incolas reddat.* ſic olim Procopius.

Num 35.
Procop. ibid.

Tres hic mihi placet afferre leges, quas cœlitùs immiſſas ad nos attulit Areopagi Magnus Magiſter: prima ſit, ità Deum cæleſtes, vt vocant, Hyerarchias ſupremarum mentium ordinare, vt à ſuprema media illuſtretur, infima à media: altera verò, quòd vt Angeli dignitate minores alios præſtant, ſic etiam virtutibus eos antecellunt, adeò vt Seraphim chorus, qui ſupremus omnium eſt, non ea tantùm virtutum ornamenta poſſideat, quibus Angeli minores ornantur, ſed inſigniter ſuprà alios diuino amore inardeſcant. Tertia demùm ſit, triumphantis inſtar Eccleſiæ, Militantem hanc Diuinæ ſapientiæ conſilio eſſe diſpoſitam: ex his

De Cæleſt. Hierar. c. 6.

om-

Digitized by Google

omnibus apertè colligas velim, ab Epiſcopali ordine, qui ſupremus omnium ter-
reſtrium eſt, omnia illa poſſidenda colligendaque eſſe incrementa virtutum, qui- A
bus reliqui ſubiecti ordines partim affluunt, & potiſſimùm charitatis faſtigio de-
bere alijs eminere. Cúm igitur à nobis Epiſcopalis Sacerdotij amplitudo, ma-
ieſtas, honorificentia, & ſplendor, exprimitur, non tumor inde, non faſtus, non
frontis ſuperbientis ſupercilium in nobis aſſurgat, ſed potiùs illud animò religiosè
reuoluendum, malè cùm ſupremâ dignitate infimam probitatem conſonare, & à
dignitate ſanctâ mores ſanctiſſimos poſtulari; his igitur ſtimulis ad ſanctitatis ſta-
dium decurrendum excitandi nos ſumus, nec enim poſſumus à via & metâ ſancti-
tatis abeſſe, quin etiam à veri Epiſcopi munere longè latèque diſtemus; *Nil enim*
ep.38. *ei cum Prælati officio, cui nec mores ad exemplum, nec ad doctrinam ſcientia ſuffra-
gatur: cæteris præſidet ad ſanctimoniæ diſpendium, non ad iudicium culpæ*: loquentem
audiſti ſanctum Hildebertum.

Hinc autem quis non agnoſcat, quanto aliqui implicentur errore, arbitrantes ſe
Epiſcopali Miniſterio pares & idoneos fieri ab ipsâ tanti muneris dignitate? inep- B
tiſſimo illi videntur iſti perſimiles, qui ſummo pretio Epictheti lucernam ſibi coe-
mit, ac ſi lucernæ illius vi, tantum ſcientiarum lumen, quo tam clari Philoſophi
illius nomen effulſit, ſuppeditandum ſibi ſatis eſſet. Horum numero, teſte Diuo
Bernardo, Eugenius Pontifex recenſendus ſanè non erat: de eo enim ſanctus Ma-
de conſid. l.2. giſter ait, *Non tu de illis es, qui dignitates virtutes putent: Tibi ante experta virtus,
quàm dignitas fuit.*

§. I.

ABſolutiſſimæ Virtutis Magiſtri qualibet è maculâ inficiuntur, & obſcurantur:
Quæcunque labecula eos deturpat, & cùm aliorum duces ſint ad viam pie-
tatis aſſumendam, ſemper eâ conſtantiâ adhærere ſanctitati debent, quâ ſuæ viæ C
Eclipticæ Sol coſtantiſſimus immoratur: Ipſemet Diuinus Magiſter hæc ſignifica-
l.2.de Côſt. Apoſt. uit, vt ſanctus Pontifex Clemens Apoſtolorum ore teſtatur, hoc propè ſtylo. *De
Epiſcopis verò, ex Domino noſtro audiuimus, oportere eum qui Paſtor eſt & Epiſcopus
in Eccleſiis totius parœciæ conſtitutus, alienum eſſe à crimine & reprehenſione, quem
nulla humana iniuſtitiæ macula attigerit*: quæ planè illis conſonant, quæ ad Ti-
p.Tim. 2.3. motheum Epheſinum Antiſtitem Diuus Paulus ſcripſit, *Oportet ergo Epiſcopum ir-
reprehenſibilem eſſe*: Idem prorſus ab eo videtur hîc ſignificari, quod alibi indica-
uit, cùm ad Eccleſiam Epheſinam ſcriberet: vox enim Immaculati, quæ Græco
idiomate, idem ſonat, quod *[illegible]* eam integritatem ſignificat, quam nec
ipſe Momus Cynico dente poſſet arrodere, ſuæque loquacitatis maculis aſpergere:
quin ea etiam Diui Chryſoſtomi ſententia eſt, vt vox illa *irreprehenſibilem* non
tantùm quamlibet animi labem excludat, ſed virtutum etiam omnium cumula-
tam perfectionem includat, ac ſi abſque huius conſortio haberi ea non poſſit. D

Habeat igitur quæcunque Vrbs viros operum ſanctitate ſpectatiſſimos, ſi Epiſ-
copis hi comparentur, paruula veluti ſydera tanquam ad Solis aſpectum euaneſ-
in p ad Timoth c.3.2 cent: *Hoc vnico verbo*, ſic Chryſoſtomus, *genus omne virtutis expreſſit: Itaque qui
ſibi vel leuis culpæ conſcius eſt, malè profectò facit; non enim decet huiuſmodi regere,
ſed potiùs regi: Eum quippe, qui regendos alios ſuſcepit, tanta decet gloriâ virtu-
tis excellere, inſtar Solis cæteros veluti Stellarum igniculos in ſuo fulgore ob-
ſcuret.*

Proh verba, quæ nec mihi nec alicui forſan è ſocijs meis audienda ſunt, quin
ruborem ſimul & terrorem nobis incutiant! nec procul ab hac eadem Chriſoſtomi
ſententia fuit Pontificis illuſtriſſimi Gregorij mens; huic enim graue nimis onus ab
Apoſtolo imponi videtur Epiſcopis, cùm labes omnes euitare, vires tranſcendat
humanas; ſi enim vox vna otioſa corripienda Deo Iudici eſt, quiſnam futurus cre-
lib p. Paſt. c.8. ditur, qui tam leuium macularum notas valeat moribus illibatis effugere? *Omnes
virtutes uno ſermone comprehendit Apoſtolus, & penè rem contrà naturam exigit: ſi
enim omne peccatum etiam in otioſo verbo reprehenſione dignum eſt, quis eſt ille, qui
abſque*

A *abſque peccato, ideſt abſque reprehenſione verſetur in mundo?* Gregotium dedi. Hæc etiam via Diuus Damianus incedit, ſignificans ab Apoſtolo ;eam virtutum omnium abſolutam Coronam in Epiſcopis exigi, quam humani generis imbecillitas videtur excludere: ſinixtrum igitur ſortiatur exitum neceſſe eſt, quicumque labe aliqua pollutus tam excelſi, diuinique Sacerdotij culmen temerè conatur aſcendere, vel conceſſum dignatur aſſumere? Ipſummet Damianum iam profero ſic loquentem. *Hic tanta vult eſſe perfectionis Epiſcopum, vt penè extra naturam loquatur Apoſtolus: quis enim in carne conſtitutus tam cautè viuat, tam ſe ſollicitè vndique circomſpiciat, vt reprehendi aliquando nequeat? quid autem ex his ipſe colliget, Vah his qui reprehenſibiliter viuunt, & locum irreprehenſibiliter viuendi adhuc reprehenſibilius concupiſcunt.* lib.2. ep.4.

-Sed Beato etiam Laurentio Iuſtiniano meritiſſimo Venetiarum Antiſtiti hoc idem conſonat; Ex verbis enim Apoſtoli ſic explicatis docet, ad Epiſcopales ſedes eos tantùm viros efferendos, qui humanam ferè tenuitatem exuti ſupremarum men- de compun. & contempt.
B tium mores & virtutes induerint. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ſobrium pudicum, prudentem, ornatum, hoſpitalem, Doctorem, ſcilicet Angelicam potiùs quàm humanam habere conuerſationem populorum Paſtores.* hùc vſque Laurentius; quî enim corripere alios & arguere poterit, quì alios ad ſtudia virtutis excitare, qui potiùs ab alijs arguendus de morum ſuorum ſordibus patitur correctorem? idcircò reliquis hæc alia ſanctus Magiſter ſuperaddit, *alioquin infrenabunt os ſuum, ne audeant loqui*: Ex quo viuendi normam Epiſcopis omnibus ſanctus idem Magiſter adſcribit, quam è ſuà tantùm vitâ tanquam ex Idæa abſolutiſſima deſumpſiſſe crediderim; *Non quod tibi libeat, ſed quod ædificet, illis quærere congruit: ſint prorſus corde humiles in habitu viles; in moribus compoſiti, in ſermonibus rari, corpore pudico, in cibis ſobrij, orationibus intenti, vigilijs dediti, & grauitate ſanctâ decorati: hæc ſi adſint, optimè præſidebunt, duplicique ſublimabuntur honore: erunt quoque ſal terræ quorum ſapido & eloquijs mellifluis plebs condietur vniuerſa, alioquin non ſine ſuo diſcrimine in cathedrà reſidebunt*: hactenus Iuſtinianus. Quod ſi vox
C ea *irreprehenſibilem* locum haberet in eo tantùm, qui nullo crimine ſordeſceret, licet nullà virtute fulgeret, adhuc tamen in eum aſſurgit Diuus Hyeronimus, docens, ſimul cùm illà voce, aliam ab Apoſtolo vocem connecti, *Ornatum*, vt ſignificetur, in Epiſcopo corpus ſimul & animum pretioſiſſima virtutum omnium corona exornandum: *Qui vitia non habet irreprehenſibilis eſt, qui virtutibus pollet, ornatus eſt*. ſic Hyeronimus. ep. ad Ocea.

Hæc fortaſſis exprimere contendit Clemens Septimus Pontifex Maximus, dum Cryſtallinam ſphæram in ſingulis Pontificij Palatij cubiculis iuſſit apponi, cum ſubiecta Epigraphe *Candor illæſus*, vt oſtenderet, Hyerarchas omnes & omnium præcipuè Hyerarcharum Principem orbicularem formam præferre debere, quæ cum in angulos non protendatur, perfectiſſima omnium figurarum eſt; Tanta autem debet perfectione præſtare, vt ne quidem Archimedis Magiſterio excogitari poſſit vlla perfectior.

D Profectò egregiæ virtutis opus eſt, dum animus in rerum diuerſa diſtrahitur, & tot tantiſque premitur curarum aculeis, tam illibatâ integritate niteſcere, adeò vt Salamandram Epiſcopus referat, quæ flammis circumobſeſſa, vim flammarum inuicta retundat, & Alpheum æmuletur, qui marinis fluctibus ſe commiſcens, & ſæculi mare curſu prætergrediens, maris ſaporem non ebibat, & aquarum ſuarum dulcedine circum obſiſtentes pelagi fluctus exuperet.

Terreſtri flumini conferre Præſules placuit? Erraui! cæleſtibus quin imò aquis ij ſunt conferendi: ſicut enim liquidum hoc elementum manus diuina diſtinguens, ſtellato cælo partem eius impoſuit, partem aliam terris infudit, *Et fecit Deus Firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum*, ſic profectò ſuperiori Eccleſiæ ſede donauit Epiſcopos, populis cœteris inferiori loco ſuppoſitis: *firmamentum Eccleſia, aquæ ſuperiores Prælati, inferiores ſubditi*, ſic Hugo Carenſis: hic autem quàm bene Præſulum candor, & ab omni labe ſemota integritas deſignatur? quid enim nobis cùm terra eiuſque licet aureis fodinis! quid illas deperire & amore ardentiſſimo ijſdem incubare? nec terræ tan- Geneſ. 17. ibi.

V tùm

tùm, ſed aeris etiam ſordes nobis effugiendæ ſunt, cuiuſmodi ſunt nubes vaporum maculæ, quibus aliquando regionis vitio populi ſubijciuntur: *Diuiſit aquas ab aquis, quia vita Prælatorum longè debet eſſe à vita ſubditorum*; ſic argutiſſimè verba illa à Stephano Cantuarienſi explicantur: ipſum etiam Epiſcopi nomen & munus ſatis edocet, tantò cum cæteris alijs futurum eſſe in virtutum ſtudio perfectiorem, quantò reliquo Grege excellentior eſt Paſtor: quàm enim deforme, quàm turpè visù eſſet, gregis Cuſtodem ſimul cùm Grege prono corpore agris incumbere, & equorum inſtar abiecta & ſordida è terris quærere, vnde paſcantur, nec rationis lege, ſed phantaſiæ impetu ad illa trahi? *Quantâ differentia homines rationem habentes, & bruta ratione carentia inter ſe diſſident, tantum certè diſcrimen inter eum qui paſcit & eos qui paſcuntur eſſe velim, vt ne maius etiam requiram*: verba Chriſoſtomi recitaui; quæ tamen breuiori complexus ſtylo eſt Præſulum Magiſter & norma Gregorius Magnus his verbis: *tantùm debet actionem populi actio tranſcendere Præſulis, quantùm diſtare ſolet à grege vita Paſtoris*; his etiam Diui Bernardi ſuffragium conſonat, Paſtoris & Gregis opera inuicem conferentis.

Steph. Cātuar. in alleg. Thim. — A

lib. 2 de Sacerd.

2. par. paſt. cap 3. — B

Ipſe etiam, quis credat, bos aureus, Caius ſcilicet Cæſar, apud Philonem hæc docuit: vt enim, ait ipſe, pecuarij, opiliones, bubulci, caprarij, alijque id genus, non pecora ſunt, non oues, aut vituli aut capreæ, ſed homines ſunt longè his animantibus excellentiores, ſic Cæſar, qui tanquam Paſtor gregi hominum cuſtodiendo, ducendoque præficitur, maior hominibus & propè, ſi fieri poteſt, Deo par eſſe debet; tàm autem firmiter cogitatio hæc illi adhæſit, vt in Heròas primùm aliquos, vt Semideos à veteribus cultos, ſuam ſpeciem immutare decreuerit, inde ſcœnicum numen agens varijs ſe formis induerit, nunc auream clauam torquens, & leonis ſpolio diues Alcidis inſtar inceſſerit, nunc pro clauâ Caduceum præferens Mercurium expreſſerit, nunc redimitus hederâ, thyrſumque vibrans Bacchum, nunc bacchato diademate rutilans Apollinem repræſentaret, nunc demùm fulmina diſpergens Iouem retulerit: inaniſſimè hæc omnia! nec etenim hac adſcititiâ pompâ, ſed virtutum præſtantiâ excellere populis Princeps debet & ſuprà hominis faſtigium aſſurgere: quâ propter ſic eius ſuperbiam deridens Philo, ſermone ad eum conuerſo, ait *At quid opus erat tibi Cai his ſimulacrorum inſignibus? uirtutes illorum imitari debueras*: quæ poſtea proxiliori ſtylo proſequitur.

de legat. ad Caſum fol. mihi 656. — C

Quid? in ipſomet Moyſe hoc Deus indicauit, dum ad eius magnitudinem nominis amplificandam, eius vultum tanto circumfuſi luminis imbre illuſtrauit, vt Solis iubar æmulatus, ſpectantium oculorum acies, exundanti luce præſtringeret: perpendit hæc oculatiſſimus Auguſtinus, quem ſic loquentem affero, *Moyſes acceptâ poteſtate in peccatores cùm honorificentia deſcendit è monte facie glorioſa, ac ſi nunquam ſanctitate indiguerit, quàm cùm poteſtatem in homines acciperet.* quin lux illa, teſtante Diuo Chryſtomo, approbatio quædam erat, quà Diuinitatis ſigno firmata, auctoritatem ipſi numinis imperio inditam oſtendebat. *Moyſes in vultu teſtimentum Deitatis portabat ad populum*. D

§. II.

Adeò igitur virtutum fulgoribus illuſtrandi Antiſtites ſunt, vt ſi ſupremis à ſedibus abſceſſura ſanctitas eſſet, vt nobiſcum commoraretur, non alibi aptiorem, ſuæque Maieſtati nobiliorem locum nanciſceretur, quàm in Epiſcopali vel Palatio, vel Templo: mentiar, niſi hæc Purpuratus Vates expreſſerit illis vocibus *Sanctimonia & Magnificentia in ſanctificatione eius*: è Codice Chaldæo ſic habes *in habitaculo domus Maieſtatis ſanctæ*: legit Aquila *in baſilica glorioſà*.

2. 2. q. 184. art. 5. Vnanimes igitur tùm ſancti Præceptores, tùm Theoſebiæ Magiſtri, Aquinate Duce, aſſerunt, Epiſcopos, tùm ratione dignitatis quà fulgent, tùm ratione muneris quo funguntur, in abſolutà iam virtutum perfectione conſiſtere, eòque religioſis & Aſceticis ipſis viris eſſe perfectiores, quò, vt docet Suarez, hi votis nuncupa-

cupa-

cupatis & regulis,quibus ſe adſtrinxere, ad perfectionem incedunt, cum Antiſtites tom. 3. de
A iam virtutum omnium perfectione poſſeſſa, nil aliud ad earum acquiſitionem re- Relig. l. 1.
quirant; eò igitur ſunt illis hi præſtantiores,quò Magiſtri diſcipulis antecellunt; in
virtutum palæſtrâ veluti diſcipuli ſe viri religioſi exercent,cum Antiſtites ad illas
edocendas, alijſque impertiendas, in Epiſcopali tanquam in litterariâ ſede conſi-
ſtant, hoc eſt *in ſtatu perfectionis exercendæ, & communicandæ*, vt formula mutua-
tâ à Theologis vtar.

Ad hoc roborandum, tum veteres traditiones, tum Eccleſiæ totius ſuffragia
conueniunt, adeòque *Sanctiſſimi* titulo decorabantur Epiſcopi, vt ſuperiùs capite
tertio deſcripſimus; quòd Deum inter & populos ſuam ipſi operam ponant, gen-
tiumque greges à ſupremo Paſtore ſui lacte ſanguinis enutritos, veluti paſtores
cuſtodiant, quod in ſupremo Eccleſiæ ordine locum ſuum habeant, & veluti Apo-
ſtolorum ſucceſſores, vt ſecundo capite probatum, in Catholica Religione ſta-
tuantur, an non ipſos in excellentiâ virtutum abſolutiſſimos eſſe decet, & meritò
B locare ſe debent in culmine ſanctitatis? quà de re, ſic è Gratiano loquentem ha-
bes Diuum Hieronymum: *Si in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonem eorum* in Michæâ c. 2. c. Eccleſiæ 4.35. dixt.
imitemur, ſed conuerſationem quoque, & abſtinentiam amplectamur: de ipſis certè
illud Iſaiæ vaticinantis ore,à Deo populo Hebræo pronunciatum fuit,vt ad Abra-
hæ mores imitandos eum excitaret; *attendite ad petram, vnde exciſi eſtis*: Apoſto- Iſai. p.
lorum mores, opera, exempla, ſibi obijciant, qui eorum Sacerdotium gerunt, &
referunt dignitatem.

Satis hoc idem colligitur ex ijs, ad quæ ipſi ex Epiſcopali munere obſtringun-
tur; quid enim excellentius, quid ſublimius excogitare vnquam quis valeat,quàm
in vtilitatem ouium ſibi à Deo commendatarum ſalutem ſuam deuouere, eaſque
ad Chriſtianarum virtutum culmen adducere? profectò de ijs ſic Areopagi Magnus de Eccleſ. Hier. c. 6.
Magiſter Dyoniſius effatus olim eſt, *Epiſcopi ſe habent ut perfectiores*: Sydonius
verò Apollinaris eoſdem appellat *perfectos Chriſti*: quis demùm hoc idem abundè lib. 7. ep. 12.
non comprehendat, in manuum impoſitione, quam,cùm Diuino nomini conſe-
C crantur, excipiunt? vt enim huiuſmodi manuum impoſitio, cùm in veteri lege
præſtabatur, ſignificabat victimas illas manuum impoſitioni ſubiectas, alieno do-
minio ſublatas, ſoli Deo poſſidendas adſcribi, *applicabis & vitulum coram taber-
naculo teſtimonij, imponentque Aaron & filij eius manus ſuper caput illius*, ſic profe-
ctò eodem ritu Antiſtites vt victimæ perfectæ Deo deſignantur, vt quocunque
alio Dominio excuſſo, toti Deo vacent, vnique numini obſequentes famulatum
ei præſtare teneantur: non ergo hæc manuum impoſitio ad inanem tantum cæ-
remoniam & ſpeciem vmbratilem inſeruit, vt olim teſte Liuio accidit, cum in Pon-
tificem Numam eligentes Pompilium,eius capiti manus impoſuere. Tit. Liu. l. p. dec p.

Nullus ergo alius ordo datur, ſi Principum Purpuratorum gradum exceperis,
qui tot nexibus obſtringatur, quàm Epiſcopalis, vt ſanctus Antoninus, & Car-
dinalis Turrecremata docent, cuius hæc verba ſunt, *nihil dubitandum eſt, quia* p. 3. tit 21. c. 2.
Cardinalium ſtatus ſit & quidem multò perfectior, quàm Epiſcoporum: quæ poſteà
D *hac etiam ratione ſuffulcit, Quia bonum vniuerſalis Eccleſiæ, ad cuius gubernationem* li. p. de Eccleſ.
ſpondent animas ponere, maius & diuinius eſt, quam bonum particulare Eccleſiarum,
ad quarum curam cæteri Prælati obligantur: quà propter Sancta Synodus Triden-
tina eam in eis morum ſanctitatem, formamque virtutum abſolutam requirit, *vt* ſeſſ. 25. c. p. de reform.
meritò in ſe omnium oculos conuertant. E' gradus igitur Epiſcopalis celſitudine,
qualis eſſe teneatur Epiſcopus, Magiſter Angelicus arguit; quomodo enim ad
ſanctitatis viam poſſit alios adducere, qui ſanctus ipſe non fuerit? *Requiritur au-* 2. 2. q. 185. art. 2. ad 2.
tem, quod ſit perfectus aliquis, adhoc vt poſſit alios ad perfectionem adducere: quod ip-
ſum naturali etiam ratione fortiùs noſtris mentibus inſinuatur: nam effectus ipſe,
cum in cauſa latet, excellentiſſimus ſemper eſt & validiſſimus: ex quo ſequitur
perfectiſſimum in ſe fore, qui perfectionem communicet alijs: ſic cœleſtia corpo-
ra eò magis, infima hæc potentiâ & pulchritudine ſuperant, quò magis ſuperant
dignitate, ſic lucem in Sole potentiorem & vberiorem eſſe quis neget, quàm in
ſtellis, quibus illa ab ipſo donatur; ſic etiam reliqua condire ſal non poſſet, niſi
reliquis eſſet in ſua virtute & quadam aſperitate validior: ſic ignis, à quo alia

ſuum mutuantur ardorem, ardentiſſimus in ſe ipſo ſit oportet: ſic demùm dulciſſimum omnium mel eſt, quo cuncta dulceſcunt; anne igitur erudire alios ad perfectionem valeat, qui virtutis viam vix ſalutauit aſpectu? A

Eccl. 30. *ab immundo quis mundabitur?* ait olim Regum ſapientiſſimus: ſi ſanctitatis fons exareſcat, quam in alios eriuare poterit vndà vberi ſanctitatem?

Nullus igitur adeò ratione deſtitutus erit, vel præ ſui ambitione impos adeò fuerit, qui ſi vitio aliquo irretiatur, vel prauo animi æſtu exardeſcat, ex ijs quæ diximus in præſenti, non tantùm ſacros Magiſtratus ſibi ponat ob oculos, ſed neque animo temerè concupiſcat.

Ad Theologicam Trutinam tertia hæc ratio expenditur, & enaſcentes inde ſcrupuli extinguuntur. Cap. XXVI. B

VErùm quià quàm pauciſſimi ſunt ij, qui in hac terrarum vniuerſitate degentes, lumine ſanctitatis effulgeant, adeò, vt ferè dixerim, Phœnicis inſtar vix quingentorum ſpatio annorum, ex illis vnus enaſcatur, Epiſcopales ſedes, quæ maximo iam numero excedunt, quî fieri poteſt, vt viris ſanctiſſimis impleantur? ex hoc autem, quòd Epiſcopi *de neceſſitate ſalutis* ad perfectam virtutum normam poſſidendam teneantur, pernicioſiſſimum aliquid ex his duobus enaſcatur oportet, vel ſcilicet, vt ab hac dignitate omnes abſtineant, ne æterno damnentur ſupplicio, quà ratione nullus daretur in Eccleſijs gubernandis Antiſtes, vel vt plerique eorum, qui populis edocendis præficiuntur, damnandis proximi videantur; opportunè, ni fallor, obſeruandum apprimè cenſui, quod licet Theologicæ doctrinæ Magiſter in quodam opuſculo affirmauerit, ab Epiſcopis vota ſuſcipi pro populis C ad viam ſalutis adducendis, *ad Epiſcopos enim ex obligatione voti pertinet alios ad Deum adducere*, hìc voti nomen, doctiſſimum Præceptorem, ampliori quadam ſignificatione vſurpaſſe, hoc eſt affirmationem illam intellexiſſe, quà inaugurantis vocibus electus Antiſtes reſpondet, vt inter Pontificales ritus videri facilè poteſt; re enim verà nullis votis, nulloque iuſiurando ſe Antiſtes obſtringit, ſi fidei votum excipias, quà ſe alligat coram Cardinali, vt vocant, Ponente, ſi in Romanâ Curiâ degerit, vel coram conſecrante ſi ab eadem abſuerit; nullo autem ſe obſtringi voto Antiſtites, ſed humanis tantùm affirmationibus fidem ſuam deuincire, ipſemet teſtatur Suarez, nobiſque, qui hac in ipſa pariter viâ inceſſimus, ſolidè innoteſcit.

opuſc. 18. de perfect. c. 17.

cap. ego ar. de iureiur.

tom. 13. de Relig. c. 15. n. 4. & 12. & c 16 n. 26. & ſeq.

Illud etiam addo, quòd licet ſanctiſſimi viri, fidei, virtutumque ardore ſuccenſi, & oratoria pompa loquentes, & ab Apoſtolo vſurpata verba *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, ſignificatione validiſſima exciperent, ipſe tamen Paulus abunde ſuam aperit mentem, eàque omnia clarè ſatis enumerat, è quibus Præſul D irreprehenſibilis agnoſcatur: hæc autem maximè ſunt, vt ſit ſobrius, hoc eſt ſolers, & vigil, caſtus, grauis, miſericors, doctus, modeſtus, non auarus, non verboſus: quin idem Chryſoſtomus aduertit, ab Apoſtolo mediocres tantùm ibi requiri virtutes, illiſque etiam minores, ad quas alibi ſęculares viros excitat: horum autem omnium ratio maximè in difficultate verſatur, quæ plerumque intercedit, vt tam multiplici numero ſancti viri egerminent, tot Eccleſijs præficiendi. *Cur igitur*, do verba Chryſoſtimi, poſtquam excellentes illis virtutum dotes celebrauerit, quas in Prę́ſulibus aliâs commendauerat, *hæc in Epiſcopo requirenda non dixit? iam ſibimet ipſi interrogantı ſic ipſe reſpondet; quia perpaucos huiuſmodi inueniri fas erat? Epiſcopis autem pluribus tunc opus fuit, qui per ſingulas Ciuitates magiſtri conſtituerentur: Ne igitur Eccleſiæ negotia fructuſque perirent, idcircò moderatam uirtutem propoſuit requirendam, non ſupremam illam atque Cæleſtem.* huius autem rationis vis, noſtrà hac ætate validior eſt, quæ quo magis eſt ſanctis uiris deſtituta, eò magis eſt Epiſcopalibus ſedibus amplificata.

hom. 10. in 1. ad Timoth.

Alios

A Alios pariter quoſdam ſuæ ætatis Antiſtites ſanctus idem magiſter, ab aliqo-rum poſtularionibus excuſans, qui eos vt potè delicatiores, quàm par eſſet, arguentes, eò quòd balneis abluendos ſe darent, aptiſſimè adhanc rem ſic loquitur: *ubi nam hoc prohibitum eſt? neque enim ſordes honeſtà eſt: nuſquam talia cernimus ſine crimini data, ſine adminiſtrationi habita: alia enim ſunt, quæ Epiſcopis habenda præcipit Apoſtolus, iubet hunc eſſe ſine crimine, ſobrium, ornatum, pudicum hoſpitalem docibilem: hac Apoſtalus exigit, iſta tu quoque in Eccleſiaſtico Principe require, & nihil ulterius.* Ex his argui facile poteſt, quòd licet ſanctiſſimo Præceptori in uotis eximiè eſſet, ut ad celſiſſimum uirtutum omnium faſtigium ſe efferant Epiſcopi, adhuc tamen nullam illis [uim] audet inferre, quæ eorum conſcientiam ne xu grauiori coerceat: uocem illam *irreprehenſibilem*, ad uirtutes in Epiſcopo enumeratas refert Magnus Gregorins, cui uerbis ferè ijsdem ſuffragatur diuus Anſelmus; eius autem uerba hæc ſunt. *Cumque uirtutum neceſſaria ſubſequenter enumeret Apoſtolus, quę ſit irreprehenſibilitas ipſe manifeſtat:* audiendus etiam eſt Ma- homil. 1. ad Timot. c. 1.

B giſter Angelicus, qui uocem eam *irreprehenſibilem* non ad id ſignificandum explicat, ut nulla prorſus in eo labes adnotetur, nullàque ipſe macula obſoleſcat: ſed *ut non ſit ſubiectus alicui peccato, unde ab alijs reprehendi poſſit;* quæ etiam cum Lyrani explicatione conueniunt, ideſt ut Epiſcopus *ſit ſine notabili defectu, & integra fama.* 1. par. Paſtoral. c. 8. D. Anſel. in c. 1. ep ad Timoth. c. 3 D. Thom. ibid. ibid. c. 3.

Huic etiam opinioni libens adhæret Hugo Cardinalis, ſcilicet, ut Epiſcopus ſit ſine crimine; profectò non poſſe intelligi de leuioribus labeculis, quæ teſte Diuo Iacobo Apoſtolo, facillimè irrepunt, difficillimè excutiuntur: ſed tantum de noxis lethalibus; quæ famam Epiſcopi ſingulari notà deturpant. Ad Tit. c. 1

Sed maximè hac in re ſolatij futurum omnibus eſſe arbitror, quod ſpectatiſſimæ Chriſtianę Religionis Magiſter Hyeronimus aſſerit: hic enim cùm oſtendiſſet, difficillimum propè eſſe, ut talis reperiretur Antiſtes, qualem Diuus Paulus ſuæ penicillo ſcriptionis expreſſit, ſubdit, *Aut nullus inquam, aut rarus eſt, qui omnia habeat, quæ habere debeat Epiſcopus; & tamen ſi unum, uel duo de catalogo uirtutum*

C *Epiſcopo cuiquam de fuerint, non tamen iuſti carebit uocabulo, nec ex eo damnabitur, quod non habet, ſed ex eo coronabitur quod poſſidet.*

Et quidam ab humana imbecillitate quis poſtulet, ut nulla omninò labe Antiſtites obſcurentur? an non Petrus ipſe Apoſtolorum Coriphæus, tota iam Diuini Spiritus illapſi virtute ſuffultus, reprehendendus Apoſtolo Paulo uiſus fuit, ut ipſemet ad Galathas ſcribens ait, *Cum ueniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat;* an non Deus in ipſiſmet ſupremis mentibus, quæ ab omni materiæ diſiterę nullis ànimi motibus, nulliſque perturbationibus obnoxię, humana ſunt conditione maiores & quæcumque ſenſuum certamina neſciunt, *reperis prauitatem?* quis ergo ex Adami ſobole tot irretita flagitijs, tot prauis affectionibus circumuallata, tot rerum laqueis obſtricta, tam excelſam pietatis perfectionem exquirat, quà tam illuſtre tantumqe Sacerdotium iure merito eſt decorandum. eas ne igitur labes, quibus abſtinere ſe non poſſe idem Au- Galat. 2. Tob. 4. 8.

D guſtinus profitebatur, cùm ſuę inaugurationis diem anniuerſarià ſolemnitate recolens, ad populũ pro cõcione diceret, ſe facilè euitaturum quis temerè iudicabit? hom. 14. tom. 10.

Aditus hinc mihi reſeratur ad ea, quæ tertiò loco explicanda mihi propoſueram, ſcilicet, quamuis veritati maximè conſentaneum ſit, Epiſcopale munus eſſe omnium excellentiſſimum, perfectamque virtutum omnium poſſeſſionem exigere non tamen hinc argui neceſſariò unquam poteſt ad ſingularem morum perfectionẽ teneri Epiſcopos, cùm diſcordes nequaquam ſibi ſint gradus, Sacerdotalis perfectio & errata perſonarum, vt tota deinde ſuorum cohorte ſuffragante, docuit Diuus Thomas. Hominum, quis credat, rerumque humanarum omnium prærogatiua hęc eſt, vt aliqua ex parte deficiant, ipſamque Lucem, immo Solem ipſum maculis ſuis ſordeſcere, humanum inuenit ingenium. abſolutà quidem virtutum poſſeſſione quis deſtituatur; adhuc tamen ad eius amorem poterit alios excitare, vel ſimul & ſe & alios æquali ardore ſuccendet. Quia immò leuiora ipſa crimina plerumque probis & cordatis Epiſcopis cooperantur in bonum; ex illis enim procliuiores ad aliorum pietatem & commiſerationum euadunt, ergà ſubditos populos mitiorem 2. 2. q. 184. artic. 2.

animum

animum induunt, & piâ ſe abiectione cæteris demittendi cauſam arripiunt; Nec alia forſan è ratione, vt tam immani flagitio ſe pollueret Apoſtolorum Princeps Petrus, Sapientiæ Diuinæ conſilio permiſſum eſt, niſi vt ardorem, quo fides ſua immoderatè aliquando æſtuabat, humanior temperaret, eumque Deus, ſua met experientia erudiret, imbecillam nimis eſſe humanam naturam, nec ſibi ſupremarum mentium, ab omni materiæ ſenſuſque diſcretarum, ſed corporeorum hominum regimen imponi. A

Verum quidem eſt, quòd antequam tantæ moli Angelicis etiam humeris formidandæ ſe quiſque ſupponeret, diuturno labori in virtutum ſtadio ſtudioque operam dediſſe debuiſſet, & ſi ſacræ ſcientiæ legibus inniti velimus, ad hoc haud quaquam tenemur *ex neceſſitate ſalutis*, dummodò ea recenter inauguratis mens ſit, vt pro munere ſuo adimplendo, vel cùm ſuæ vitæ diſcrimine quæcumque ea fungi velit officia, quæ ad populorum vtilitatem ſalutemque eis conducere viſa fuerint: audiatur hic in Theologica palæſtra vir clariſſimus Franciſcus Suarez. *Addimus, licet conuenientiſſimum ſit, & longè melius non aſſumere munus perficiendi alios, niſi poſt multam propriæ perfectionis exercitationem, & acquiſitionem, nihilominus non eſſe ſimpliciter & ex præcepto neceſſarium, vt in re ipſa, & in executione talis perfectio præcedat: ſed ſatis eſt, vt propoſito & voluntate de ſe efficaci habeatur, ſaltem quoad implenda omnia, quæ ex vi talis muneris neceſſaria ſunt, & ſub obligationem cadunt, quamuis perfectiſſima ſint, qualia ſunt pro ouibus animam ponere, & pro earum ſalute vigilare, & conuenienter illas paſcere.* B

[margin: ...em. de Relig. l. 1. c. 14. n. 9.]

Gabriel quoque Vaſquez magni nominis vir, erectique ingenij magiſter, in ea ſententiâ eſt, vt ſub mortali nulla lege teneatur Epiſcopus ad virtutum perfectionem poſſidendam, dummodò tamen eam non aſpernetur, talique crimine implicetur, quo ad Pontificalia munera exercenda ſe præſtet indignum: verba hic eius placeat audire. *Epiſcopus non tenetur eſſe ſub mortali perfectus, alias vix eſſet in ſtatu ſalutis Epiſcopus aliquis, neque in eâ dignitatis ſede poſitus tenetur ſub mortali perfectionem quærere, ſicut & notauit ſanctus Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 2. & ibidem Caietanus de Religioſis, qui ſunt in ſtatu quærendi perfectionem, quod ſolùm tenentur, ſub mortali illam non contemnere, quod ibi explicauit Caietanus: ità etiam in propoſito de Epiſcopo dicendum eſt, aliàs qui non eſt perfectus, Epiſcopatum aſſumere non poteſt: ſufficit autem vt ſupra diximus, vt quis rectè Epiſcopatum iniunctum accipiat, in ſe nullum crimen, aut impedimentum videre, quod obſtet illius adminiſtrationi.* C

[margin: in opuſ. moral. tit de benef. 3. q. 4. dub. 2. n. 6.]

Imò nec ipſum Aquinatem Præceptorem longè ab hac etiam opinione fuiſſe ex eius verbis arguere mihi fas eſt: docet enim mendacem minimè eum eſſe, qui viam abſolutæ virtutis aggreditur, nulla virtute ornatus, dummodò ab eius acquiſitione animum non habeat alienum *Vnde non committit mendacium, vel ſimulationem ex hoc, quod aliquis non eſt perfectus, qui ſtatum perfectionis aſſumit, ſed ex eo quod ab intentione perfectionis, animum reuocat.* Sic tantus magiſter.

[margin: p. 2. q. 184. art. 5. ad 2.]

Alibi etiam vir doctiſſimus explicat triplici de cauſa Epiſcopum dici ſtatum perfectionis aſſumere, ad quam in ſua conſecratione ſe obſtringit; Prima ſiquidem in fraterna dilectione verſatur, qua ſe miſericordem errantibus præbeat, omneſque ad ſe confugientes amplexetur: ſecunda autem in eo eſt, vt ſubiectas ſibi gentes à ſtygijs hoſtibus protegat, alienam violentiam & hæreticorum aggreſſiones ab ijs repellat, propriam ſalutem, ſi neceſſitas poſtulauerit, pro illorum incolumitate obiectans: Tertia demum eſt, vt tanquam Diuinæ voluntatis interpres, ad cæleſtia attingenda, ſermone, & monitis gentes erudiat: ab his omnibus iudicandis, non longè fuit idem Apoſtolus docens, Epiſcopos omnes humanæ in ſe met ipſis imbecillitatis conſcios, tum ad propria, tùm ad aliena expianda crimina per hoſtiam ſacroſanctam Deo ſupplicaturos, *Omnis namque Pontifex* (*audis, vt nullum prorſus excludat,*) *ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſſit ijs qui ignorant, & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro populo, ità etiam, & pro ſemetipſo offerre pro peccatis.* Priſcis illis ſæculis, quibus, cùm adhuc Chriſtianæ fidei dogmata lacteſcerent D

rent

A rent, ſacri requirebantur Alcides, qui ſuperbientes Anthæos, hoc eſt Hereſum
magiſtros per Africam potiſſimum, & Aſiam virulentiſſima mendaciorum ſemina
effundentes erant conſternaturi, plurimos Orthodoxæ Religioni dedit Diuina
Prouidentia Præſules, vt pullulantia hæreſum capita inuicta ſtrenuitate recide-
rent, & Principum patrocinio inſoleſcentes magiſtros luce ſanctitatis obruerent;
nunc autem effœta veluti ſanctitas ſterileſcit, & morum putredine corrupta ſæcu- in prelat. vita D. Malach.
la viros illuſtres ſanctitate non patiunt: adeò vt ætati noſtræ accomodari poſſet il-
lud Diui Bernardi. *Optimus hodie eſt, qui non eſt malus.*

Non ergo terreantur animoque demiſſo torpeſcant, qui debita virtutum luce
deſtituti ſacras infulas induunt, nec ſe ſtygijs cruciatibus proximos eſſe ſuadeant,
licet, quam viri ſanctiſſimi poſtulant, ſanctitate ſpolientur: ex alio tamen capite
tum vt ſaluti ſecuritatique ſuæ proſpiciant, tum vt meritis ditiores ad regiam bea-
titatis accedant, vires omnes exerant, omneſque auſus ad virtutum apicem attin-
gendum attollant; quis enim neſciat, potiſſimum hoc ſagittatiorum eſſe, vt ina-
B niter, & fruſtrà ſagittæ iactu laborent, ſi vel arcus lenteſcat, vel ſi oculum ad in-
feriora demiſerint, ex quo vetus illa parœmiâ fuit, *ſummum apprehende, vt medio
potiaris*: Commendatiſſimi omnibus erimus, ſi laudem à Pindaro Hieroni datam
æmulati, *decerpere ſummitates, e ſingulis virtutibus*, quod ille præſtàbat, nos etiam
exquiſito labore, præſtiterimus: illud etiam intelligendum nobis eſt, quòd vt
Deus pro ſua pietate noſtram miſeratus imbecillitatem proniſſimus eſt ad plera-
que condonanda, ſic etiam ſummo ſtudio nobis contendendum eſt, vt perfectæ
virtutis viæ adhærentes, toti eius exercitationibus incumbamus: quià tamen ali-
bi de progreſſione, quâ in virtutis ſemita quiſque tenetur excellere, agendum
nobis ſeriò eſt, pleriſque prætermiſſis, illùc lectorem aduocamus.

Qui autem nondum dignitatibus ſacris admotus, ambitionis prurigine ad illas
aucupandas titillatur, ſibi ipſi conſulat, ſeque ipſum, ſedula conſideratione per-
quirens, ſuas introſpiciat vires, & vigili trutina ad ſanctuarii ſiclum accomodata,
C mores ſuos, affectiones, genium expendat, finemque libret, quo ad opus adeo
ſublime raptatur: innumeros ſua mente reuoluat viros ſanctiſſimos, qui ſacras
præfecturas conſtantiſſimè a ſe amouerunt, eò quòd illuſtri morum integritate
exornandas illas agnoſcerent: illud etiam animaduertant, Antiſtitum vitam non
operoſam tantum eſſe, ſeù tantum contemplationi pioque otio vacantem: vtrum-
que munus ab Epiſcopis tractatur, & mixto labore ſemper agunt, ſemper quie-
ſcunt, & in vtriuſque gradus certamine coronantur. Quàm bene Cretenſem, Epi-
ſcopum, Paulus, hac de re commonuit his vocibus, *in omnibus te ipſum præbe* ad Tit. 2.
exemplum bonorum operum. Diligenter vocem *in omnibus* perpende: Epiſcopi
enim eſt, in omnium exercitatione virtutum ſuas vires, ſuoſque conatus impen-
dere.

Illud etiam animo ſibi inſinuent, quod ſi Theodoricus ad ſæcularia miniſteria,
ſibi electuros adminiſtros, illud è Caſſiodoro repetebat, *ad Imperiale Secretum ta-*
les conſtat eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inueniri, multo magis ab lib. 1. ep. 4.
D omni ſceleris ſuſpicione alienus futurus ille eſt, qui ſublimiora, & ſanctiora Chri-
ſtianæ Religionis Sacerdotia anhelat. Demùm altè illorum mentibus inhæreat,
multa ſubiectis Populis licere, quibus tamen Antiſtites maculantur, quare ſic
Leo Magnus Sacerdotum tam excellens eſt electio, vt hęc quæ in alijs Eccleſiæ
membris, non uocantur ad culpam, in illis tamen habeantur
illicita: Ex his omnibus, validiſſimam tertiam
hanc eſſe rationem facile
comprehendes.

Quar-

Digitized by Google

Quartum expeditur Argumentum ad ſacrarum Dignitatum ambitionem eradicandam: hoc autèm ad difficultates refertur, quibus dignitates obſidentur. Cap. XXVII. A

in Proem. Pædag.

VT diſcrimina, quibus Populorum moderator obijcitur, oſtenderet Xenophon, tum in narrandis operibus, tùm in rebus ciuilibus componendis author eximiùs, ex omnibus, quæ terrarum orbem occupant, animantibus, nullum contumacius, & magis refractarium dari homine affirmat: bubulcos vituli ſequuntur, & ſe iugo ſubmittunt, Paſtoribus adhærent Pecora, vt ducantur; vt domentur Equi, Magiſtris parent, nec inſani adeo vnquam ſunt, vt in illos ſerociant, & rebellent; quin in alios quoſcunque ſæuientes, rectores tantum ſuos venerantur, & B colunt: Hominis tantùm eſt, vt in moderatores ſuos irrumpat, eorumque imperium violenter detrectet: Audi Xenophontem. *Homines verò in neminem magis, quàm in illos inſurgunt, quos imperium aduerſus ſe moliri ſenſerint.*

Niſi alieno regimine Homo ducatur, humana frui politiâ non valet. Nullus tamen eſt, qui alienum regimen moleſtè adeò non ferat, nec ab alijs imperari ſibi patiatur, qui alijs imperare contendit. Quod ſi in politico regimine hoc accidit, multò magis in ſacro locum habet, quod directè ſenſuum lenocinio repugnat, cuiuſque aſperitas, è voluptatum amænitatibus, & vitiorum delicijs ad ardua montium, & virtutum labores adducit. Qua de re fit, vt ſi adeò in obtemperantiâ ſubiecti Populi crucientur, & ſimul reluctentur, maxima difficultas in eorum

orat 1. n. 2.

moderatione proueniat. *At vero Homini cum difficile ſit ſcire parere, tum multò difficilius eſſe videtur ſcire imperare, ac præſertim in hoc noſtro imperio* (hoc eſt in C Epiſcopali munere) *quod in lege diuina ſitum eſt, & ducit ad Deum.* Sic diſertiſſime Gregorius Nazianzenus.

Proteruior, & pertinacior ex eo etiam humanus animus redditur, quòd vnuſquiſque ſuo Præſulem idulgentem genio vellet, ſuoque arbitrio eius voluntatem accommodare, adeò vt, quò magis ab alijs probatur, eò magis alijs reprobetur: Et niſi Camæleontis naturam inducat tot colores aſſumentis, quot Populos moderatur, idoneus non videatur Antiſtes. Aduerſantia ſimul ingenia ipſe ſequatur oportet, quæ ſibi ipſis contraria, non ad eum venerandum accurrunt, ſed in eum tyrannidem quandam exercere nituntur: Adeò verum eſt, vt qui ſplendida obſequentium Populorum pompa deceptus, ſacros Principatus affectat, arctiſſimæ ſeruituti ſe deuoueat, totque patiatur dominos quot ſubditos enumerat. Eleganter hęc expreſſit Magnus Gregorius his verbis: *Homo quippe in ſublimibus eleuatus,*

17. Moral. c. 12.

tantos ſuper ſe ſuſtinet, quantos ſuppoſitos regit: Quam etiam eſſe ſententiam eorum D verborum, quæ à Centurione pronunciata referuntur apud Diuum Matthæum.

Matth. 8. 9.

Ego Homo ſum ſub poteſtate ſubſtitutus, ingeniorum Phœnix Auguſtinus docet; vis inquit, vt Dynaſtæ huius tibi mentem aperiam? Principatus, quo Militibus ſuis ductor iſte præſtabat, perſonata quædam ſeruitus erat *Ego Homo ſum ſub poteſtate*

Aug ſerm. 6. de Verb. Dom.

iubendi. Nil enim acerbius, nil durius, quàm in liberos homines imperium exercere, qui imperantes ipſos vellent ſeruitute comprimere. Quà propter verba illa explicans Diuus Hyeronimus ab Apoſtolo ad Epheſios, *ſubiecti inuicem in timore Chriſti*, conuerſo ad Antiſtes ſermone, ait, *audiant hoc Epiſcopi, ſubiectis ſuis*

in Epiſt. ad Ephes. 5.

ſe eſſe ſubiectos, Eò autem grauior, & viribus humanis maior hæc ſeruitus eſt, quod ab Antiſtite res ſimul exquiruntur ſibimet repugnantes, ſeque inuicem deſtruentes. *Honoris ac Principatus dulcedo te ducit?* Sic Chryſoſtomus: O quam profectò à veritate aberras: Cum Imperio præfueris, tunc ab Imperio te tantum abeſſe

in c. 1. Ep. ad Tit. homil. 1.

cognoueris, quantùm à libertate ſeruitus diſtat. *At ſi quis rei veritatem diligenter exploret, non ad Principatum promouetur, qui huiuſmodi eſt, verùm potius ad ſeruiendum innumeris Dominis, qui contraria cupiunt ſemper, & dicunt, nam quod*

lauda-

laudabit ille, culpabit alius, rurſum quod iſte vituperabit, alius admirabitur.

A Sanctus veró Nazianzenus Antiſtes, vt adamuſſim, & graphicè difficultatem hanc, qua ſacræ Dignitates laborant, oſtendat, monſtrum exhibet, & ſtylo ſuo colorat, non quidem vel Hieronis vel Chymeræ ſpeciem præferens, at quampluri-mis animantibus coaleſcens, quorum alia puſilla ſint, alia maxima, mitiſſima alia, alia efferata, ſuos tamen vnumquodque mores ſeruet, ſuoq; ſeruiat ingenio. Regendum alicui committatur hoc monſtrum! Quàm profectò ei arduum erit, licet ſapientiſſimo, & maximæ dexteritatis viro, vt eodem ſimul tempore tam varias, ſibique aduerſas Belluas moderetur, vnius cuiuſque genio indulgens, & ſequens inſtinctus: Quàm diuerſa poſtularet alimenta quibus paſceretur, quot Artes excogitandę, quibus tractandum eſſet, cùm tot formas illud exprimeret, quot belluas, & feras ſimul vno nexu colligeret! Quæ blandimento vni eſſent, alteri furori eſſent, quæ vtilitatem vni afferrent, alteri detrimentò eſſent ad ſibilum, ad vocem quieſceret ex illis altera, altera ferociret: Quàm profectò moleſtum, & arduum B omnia ſimul capita vna lege conſtringere, eademque arte compeſcere, & educare? Hæc, ſi neſcis, difficultatis illius imago eſt, qua præmuntur Antiſtites in Populis moderandis, quorum adeò ſibi mutuò diſcordant arbitria, ſententiæ, propenſiones. Eodem modo, accipe Gregorij voces, *Eodem modo cum commune hoc Eccleſia corpus inſtar compoſita cuiuſdam, & inæqualis bellua ex pluribus, varijſque moribus, & rationibus conſtitutum ſit, ſummoperè quoque neceſſe eſt, Antiſtitem ſimul, & ſimplicem eſſe, quantum ad eam, quam ad res omnes adhibere debet rectitudinem, & rurſum quam maxime varium & multiplicem, quantum ad id attinet, vt vniuſcuiuſque animum ſibi adiungat, aptè, & appoſitè omnes alloquatur.* Quis ſibi eas ineſſe vires crediderit, quibus tàm diuerſum, & multiplex animal ad certas leges adducat? Quis ad huius tam virulentæ Hydræ aſpectum non exhorreſcat? Quis adeò ambitionis luce caliget, vt inter tam intextos huius labyrinti errores, & inextricabiles anfractus ingredi contendat, cùm nec ipſi Dędalo ſuarum pennarum remigio inde ſperari poſſit egreſſus? Sacros enim Principatus Petrus Bleſenſis appel- Orat.p.n.17

C lauit, *anima labyrintum*: Ipſe quin Homo, ſubdit idem Gregorius an non Protheus quidam verax eſt, *Homo eſt animal omnium maximè varium, & multiplex*. Quis eo magis varius, vt tot affectiones exprimat, tot vices ſubeat, tot vitia induat, totque ſimul virtutes oſtendat; Inter cupiditates nunc æſtuat, nunc quieſcit, ſibi ſemper incertus in cogitationibus ſuis, hùc illuc agitur, ſemper animo fluctuat, qua in re cum homines omnes turpiter frequenterq; delinquant, non ſine iniurià ſoli fœminæ hoc vitium mutationis adſcribitur, iuxta Poeticum acroama. ep.134.

Varium, & mutabile ſemper fæmina.

Quot autem ex ijs ſunt, qui ſub humano vultu, pectus inhumanum, & cor efferatum obuelant? Qui rationis voce compreſſa, oblatrantibus ſolùm prauarum affectionum vocibus aures pandunt? quàm ergo aſperum eos moderari, qui effrænatis, adeò efferatiſque motibus in tranſuerſum aguntur? Quantùm enim verò proficiemus, ſi hoc aſſequamur, vt præceptoris vocibus pareant, & quod belluę D ipſæ præſtant, fræno imperantis obediant! Omnium tamen ars iſta, non eſt, ait eleganter Plutarchus. Quanta ſolertia, quanta dexteritas, labor quantus exigitur, vt tam arduum culmen aſſequaris? *Non enim cuiuſuis eſt, neque tractatu, rationibus, & in officio contineri. Sat erit, ſi velut fera natura, ſuſpicioſa, & varia, vocem, atque aſpectum rectoris minime reformidans, regimen, & frænum admittat.* in Polit. ad Traian.

§. I.

QVI ergo artes omnes adhibet, vireſque omnes ambitionis explicat, vt hominum hoc eſt Protheorum imperio præficiatur, profectò non intelligit, quid ipſe poſtulet, & quàm dementi temeritate in huiuſmodi vota ſe præcipitem agat?

Dementes profectò & Indecorè ſtolidos eos Sanctus Iſidorus Peluſiota compellat, qui vel exquiſitis artibus ſacras Dignitates venantur, vel feſtiui oblatas exci- l.4.epi145.

piunt. Quantus eſt ægrorum numerus, quibus ipſi mederi adlaborant; Cum autem diuerſiſſimi morbi ſint, quibus affligantur, diuerſiſſimis etiam vti remedijs debent, nec raro ſibi inuicem pugnantibus. Quis credat? ad huiuſmodi viros inueniendos tanto labori pares, tanto muneri aptos, ipſemet Chriſtus Seruator trepidare viſus eſt, & verſari in ancipiti, cùm diceret *quis putas, eſt fidelis ſeruus, &* A

Matth. 24. *prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illi cibum in tempore?* Quàm pauciſſimi ſunt, qui laborantis orbis idonei poſſunt eſſe ſubſidio: Quod ſi medicinæ facultas, quæ medendo Corpori inſeruit, fallax adeò eſt, tamque diuturnam experientiam poſcit, vt Medicorum Princeps pronunciauerit, *Ars longa vita breuis, experimentum fallax*, cùm tamen ad eandem valetudinem reſtituendam ægri; Medicique voluntas ibi concordent: Verùm quam difficilior cura eſt, vbi de moribus animi agitur! In ipſa enim tùm animi propenſiones, tum morum conſuetudines, tum vitiorum vires, ad ſacros Medicos repellendos, & ſalutares ſuccos abijciendos armantur. fieri igitur ne poteſt, vt quis, ſe tantis moleſtijs, & laboribus enixè appetat irretiri?

Proh Deus, quibus nam præſtigijs tenemur, vt tranquillâ, quam traducere liceret priuatim, vitâ per ſummam dementiam contemptâ, tam acerbis implicare ſe moleſtijs velit, vt ſcœnicâ tantum, & bracteatâ fulgeat Maieſtate? Libertate, quam Dei beneficio fruebatur, amiſſâ, vincula catenaſque anhelare, quibus miſerrimæ ſeruituti ſe dedat, adeò vt ambitio charitatem ſimulans, eas Apoſtoli vo- B

p. Chor 9. ces ab homine extorqueat, *cum eſſem liber ex omnibus, omnium me ſeruum feci*, eumque cogat, vt humeros imbecilli ponderi Gigantas fatigaturo ſupponat?

Quis Moyſem virum à Deo electum ad Principatus molem perferendam, Diuino præſidio roboratum ſub pondere anhelantem non videat, & fatiſcentem; & cum ſe imparem tanto oneri ſentiret, abſtinere non potuit, quin amabiliter Deum alloquens de eo quæreretur, & ab eo quæreret, *cur impoſuiſti pondus vniuerſi po-*

Num. 11. & 14. *puli huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet Nutrix Infantulum?* quid autem C ex his, ô Moyſes arguis? *non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi*: Ex Pagnino ſic habes, *quia ſupra vires meas eſt*: ſed omnium validiſ-

hom. de ſpiritu ſanct. tom 3. ſimè Diuus Chryſoſtomus, *non poſſum ferre pondus huius populi, ordina alium temet ipſum*; ac ſi ſub tanto pondere quæcumque vis humana deficiat, & virtus ſolum Diuina ſufficiat: quàm ergo audax, qui conſcius infirmitatis humanæ, tam ponderoſi Principatus molem affectat?

Quis ad animas dirigendas aptior, quis dignior, & validior Nazianzeno Gregorio, quem ſcientiarum omnium iubar, prudentiæ pondus, virtutum omnium chorus, facto veluti agmine, coronabant? quis autem in tanti miniſterij ambagibus explicandis robuſtior videtur, & vberior; quin imò de Diuo Baſilio, cuius eloquentiâ perorante, tantum illud pondus excepit, acerbè adeò conquerirur, vt

in orat. p. & orat. p. 5. de Sacerd. l. 3. & 6. liberè de eo pronunciet, *nunquam in poſterum amicitiæ fidem habeo.* Quem vnquam ætas vlla grandiorem, & fortiorem virum Chryſoſtomo habuit, ſanctitatis luce ſpectatiſſimo, & Paulo tantum in ſacra oratoria facultate minori? Hic autem D

ep. 148. vt infulis ſacris ornandum ſe audijt, animo veluti conſternatus adhæſit, tot calamitates, quibus implicabatur, aſpectans? Ipſomet Diuo Auguſtino quis vnquam potentior, ſapientior quis? Annon Eccleſiæ propugnaculum is eſt, hereſum flagellum, Africæ fulgentiſſimum ſydus, & ſanctiſſimus Religioſæ conditor diſciplinæ? quid tamen? Adeò maiorem ſuis viribus hanc molem expertus eſt, vt ſæpius ingemiſceret, & quæſtus non potuerit temperare, *ſed ad eas euitandas aut perferendas ſolertiam, & vires omnino non noueram.* De Magno Gregorio quid dicendum, quem Deus orbi deſignauit, vt Pontificum norma, Paſtorum idæa, Eccleſiæ Magiſter, moderator morum, forma ſanctitatis, Antiſtitum ductor, virtutumque omnium abſolutum eſſet exemplar? quis tamen eius queſtus, gemituſque non audiat, ab ortu ſimul vſque ad occaſum Solis effuſos; eò quòd ad tantæ dignitatis molem fulciendam, infirmior quam par eſſet, ſibi videretur. Quod igitur magnis adeò Gigantibus arduum, & grauiſſimum videtur onus, miſelli nos homunculi leue modicumq; cenſebimus? Cum ferè vix tolerandum illis æſtimetur, qui vel ſuis ab

humeris

A húmeris excuſſerunt, vel vitularum inſtar, quæ validè ingemiſcentes Dei Arcam à Philiſtęis raptam ad Iudæos reducebant, non ſine lacrymis pręferebant, nos pouderoſam adeo Dignitatem, vel proximam excipiemus alacres, vel longinquam venabimur, & fugientem proſequemur, ac ſi tota delibuta dulcedine, ſuccos ambroſios redundaret.

Hoc forſan verbis illis Iob expreſſit, iuxta Diui Gregorij mentem, *Gigantes gemunt ſubaquis*: illis enim pariter, qui Gigantum inſtar ſanctitatis proceritate grandeſcunt, graue adeò eſt, durumque Regimen populorum, qui iuxta illud, *aquæ populi multi*, in aquis deſignantur, vt ferè ſub eorum mole ingemiſcant, illis ſe ſubijci animaduertentes, quibus ipſi dignitate præcellunt. (Iob 2.7 5. — Apoc. 17. 15.)

Aptiſſimè ad hanc rem examen illud, quo Chriſtus Petri amorem trutinauit, an aliorum diſcipulorum amorem magnitudine ſuperaret, iuxtà illa verba, *Simon Ioannes amas me plus his*, à Diuo Chryſoſtomo perpenditur, & inde docemur, quod Petri reſponſione receptâ, poterat illum Deus denuò inſtruere, vt ſcilicet ad (De Sacerd. l 2.c.)
B ampliorem ſignificationem amoris propenſior eſſet ad ieiunia, ad preces, ad lacrymas, vt voluntarijs ſupplicijs artus affligeret, vt maiori potentiâ ſubſidio eſſet egenis, Orphanos tueretur, Viduaſque cunctis inuiſas ſuo patrocinio adiuuaret. His tamen omnibus omiſſis, ſui gregis regimen tantum illi commendauit, *paſce Oues meas*, illa enim alia non tanti laboris, tantæque moleſtiæ ſunt, vt vel à delicatiſſimis ſine magna defatigatione poſſint exerceri. *At quum de Eccleſiæ præfectura, de credendu huic vel illi, tàm multarum animarum cura agitur, vniuerſa quidem mulieribus natura functionis iſtius moli, ac magnitudine cedat oportet, itemque, & bona virorum pars*: vulgares tranſgreditur vires hominum Regimen, & maiores conatus poſtulat, quàm qui ad illa alia exeruntur: quàm magnus, quàm ſapiens, quàm integer animarum præſul futurus eſt? Quàm pauciſſimi ſunt, qui tanto pares oneri, cæleſti beneuolentiâ deſignantur! Nullus ergo niſi ſuæ conſcius fortitudinis inuictæque virtutis ſe vltrò audeat tantis laboribus immiſcere, tantiſque curis inuolui: Ea debet alijs ſanctitate præſtare, qua cæteris præſtabat Hebręis (ibid.)
C proceritate corporis Saul: *Prodeant autem in medium, qui longè omnibus præſtant quique animi virtute tantùm reliquos excellant, quantùm corporis magnitudine Saul Hebræorum gentem vniuerſam excelluit.*

An non igitur temeritatis arguendus ille eſt, qui nullâ virium fortitudine præpotens, vltrò tantum onus non excipit ſolùm, ſed affectat? Arduum opus eſt, animos virtutibus informare: Quam pretioſæ populorum animæ ſunt, tùm à Chriſti Seruatoris ſanguine, quo ſordibus ſuis ablutæ, mirùm quantum eniteſcunt, tùm etiam ex ingentium periculorum acie, quibus obiectantur: Adeò magna plurimaque hæc ſunt, vt teſte Diuo Bernardo, ſi in Maſſilienſi pelago vix vna è centum Nauibus periclitatur, in rerum ſæcularium mare vix, è decem vna portum appellat incolumis: Hæc animo comprehendens Diuus Laurentius Iuſtinianus terrore ſuccuſſus ait, *grande prorſus onus, negotium multarum vigiliarum pauendumque miniſterium eſt Regimen animarum.* (de reg Prę-lat. c.16.)

D Adde his etiam obſtacula, quibus à prauis corrigendis viris non raro repelluntur, impedimenta, quibus leges, & ſtatuta Præſulum irritare frequenter non pauci conantur, inſidioſas excuſationes, fallaces obtentus, Dynaſtarum potentiam flagitioſos tueri aſſuetam, mendaciſſima vulgi commenta, Magnatum, procerumque inexhauſtam ambitionem, viuendi corruptelas legibus aduerſantes, aliaque ſexcenta, quibus in dies moderatorum vincula magis implicantur, & ſacrum Regimen magis amareſcit: An non hæc omnia, quæ tamen omnia non ſunt, nos cogunt, vt Chryſoſtomi ſententiæ adhærentes aſſeramus, non arduum tantum eſſe, ſed fieri nequaquam poſſe, vt omnes à nobis recenſeantur difficultates, quibus Præſules in ſuo exercendo regimine obſidentur? *Quippe difficultates eas omnes recenſere velle, quas Epiſcopum tolerare oportet, prorſus nihil aliud fuerit, quum muris altitudinem emetiri.* (De Sacerd. l.6.)

Fęliciores igitur æſtimandi ſunt illi, qui ab affectatis honoribus repelluntur, quàm quos ambitio voti compotes facit, & Regimini aliorum imponit: Blanditur illis fortuna, cùm videtur iraſci, & iraſcitur cùm blanditur: Pernicioſiores illis Di-

gnitates ſunt, quàm ipſæ calamitates; quà propter illud Senecæ quiſque ſibi pro-
De vit. beat. c. 2. nunciet, animoque defigat, *Quidquid optaui, inimicorum execrationem puto, quid-* A
quid timui, quantò leuius fuit, quàm quod concupiui.

Quis ergo prudentiæ vertat tam æſtuantem ardorem, quo tam arduum opus, &
onus à nonnullis per ſummas artes exquiratur? An ſapiens ille audiat, qui ſudo-
rum pretio cruciatus ſuos mereatur? Sapientiſſimus potius commendandus erit.
omnibus Plato, qui viros huiuſmodi vocauit non ambitioſos, at dementes, & ſtul-
titiæ titulo ingentis vitij crimen excuſauit: quis enim demens non cenſeatur, qui
ſibi tantum tranquillè viuens Deo ſimul & hominibus placere vtiliter poteſt, tot ſe
illaqueare rerum aculeis cupit, & nec à Deo vocatus nec vlla lege obſtrictus, tot
tantiſque nexibus ſe immiſcet? *Vnusquiſque*, audi Platonem, *qui non amens ſit, po-
tius eligit alium ſibi praeeſſe, quàm dum multis alijs ipſe contulit, multis ſe negotijs
implicare.* Si quis protectò daretur, cui pellucidè tot difficultatum ambages, cu-
rarumque volumina innoteſcerent, an fieri poſſet, vt hic dignitates affectet? quin
credo ab illis abhorreret, & veluti à Seiani Equo longiſſimè omninò diſtaret. B

Quia tamen ad maiora ſemper ſe porrigit humanæ mentis amplitudo, hinc fit,
vt totam ſe ambitioni committat, nulloque rationis frœno ſe teneri patiatur intrà
limites honeſtatis, adeò vt quò difficiliores, & aſperiores dignitates ſunt, eò e-
tiam procaciori ab eis libidine exigantur, eòque etiam proteruiùs eas tractare
præſumant: Nam ſi Sulmonenſi vati danda fides ſit.

Nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata,
Sic interdictis imminet æger aquis.

Ad alia igitur progrediamur argumenta, quæ effrænem valeant ambitionis im-
petum temperare.

E laboribus, quibus Epiſcopalis Dignitas obſidetur, quintum argumentum eruitur, & expenditur. Cap. XXVIII. C

NON ardua tantum res populorum regimen eſt, ſed etiam laborioſa: Si om-
nes ſuæ dignitatis partes explere velit Antiſtes, Alexandri Magni ſedulus
imitator, imo æmulator quieſcere nunquam debet, ſed ex vno ad alium laborem
irrequietus accedere: de eo enim ſic Lucanus,

Nil actum credens, cum quid ſupereſſet agendum.

Nullus quidem hominum eſt, cuius quieti certus aliquis locus non detur: Arti-
fices ipſi, Agrorumque Cultores feſtis diebus feriantur, cùm tamen populorum
rectoribus nulla dies detur, quà valeant otiari, ſæpiuſque accidit, vt tunc magiſ
negotioſis operibus inuoluantur, cum quieti vacare ſe putant: Ipſa vulgari infi-
maque plebe miſerior, rebus faciendis, veluti pergraui mole fatiſcet: quàm ele- D
ganter de Reipublicæ Romanæ Senatoribus, hæc Seneca indicauit. *Senatus per to-*
De Prouiden. c. 5. *tum diem ſape conſulitur cùm illo tempore viliſſimus quiſque, aut in campo otium ſuum*
oblectet, aut in popina lateat, aut tempus in aliquo circulo terat. Sed multò æquius
hoc Epiſcopis accommodandam, quibus non diurnæ tantum horæ, ſed nocturnæ
etiam inter implexas rerum explicandarum ambages traducendæ ſunt, & tunc ma-
iori veluti rerum cluuione obruuntur, cùm ſalutari quiete etiam animum re-
ficere ſtatuerunt.

Licet autem ſine vlla animi religione lites, diſceptationes, omneſque contro-
D. Auguſt. lib. 3. de Confeſſ. Poſſidon in vit. Aug. c. 19. uerſias, quæ tum ad ciuiles leges, tum ad crimina inquirenda, & damnanda ſpe-
ctantes, aſſiduà mentis & corporis defatigatione Sanctiſſimos Præſules Auguſti-
num, & Ambroſium detinebant, Vicarijs ſuis poſſint adſcribere: tot enim tanta-
que alia illis ſuperſunt, quibus abſque ſuæ conſcientiæ angore, exui minimè poſ-
ſunt, ipſumque Athlantem præ ſuo pondere defatigarent. Tùm exemplo, tùm
ſapientia populos erudire, morum corruptelas, fibraſque vitiorum eradicare & alia
quæ

A quæ facile ſubrepere poſſunt, ſua ſolertia euertere, diſciplinam Eccleſiaſticam
excolere, MonialiumGynęceis proſpicere, cuilibet audiendo paratiſſimum eſſe,
ſacram poteſtatem ab alienà potentia tueri, Viduis, Orphanis, & egenis opitulari;
facinoroſos viros tùm verbis, tum pœnis corripere, Eccleſiæ Ritibus ſeruire,
Pontificalia miniſteria exercere, ad rixas odiaque tranquillanda opem ſuam afferre,
hoſtiles animos ſibi mutuà beneuolentia deuincire, ſexcentaque horum, quæ
in dies accidunt, frequenterque ſibi inuicem pugnantia obſiſtunt, annon huiuſmodi
ſunt, vt in Antiſtite Sampſon exprimatur ad circumagendam ſummo cum labore
rerum ſibi ſemper ſuccedentium molem, & molam, velut in pœnam addictus? In
his alijſque id genus enumerandis diù moratur Diuus Iſidorus Peluſiota vnumquemque
adhortans, vt accurata velit ea conſideratione digerere, quotieſcumque
ambitionis prurigine titillatur, magiſque oneris vmbram, quàm honoris lucem
cordis oculo contemplari, illud demum Epigraphis loco apponit, *Illud ergo ſciat* Iſid Peluſ l. 3. ep. 216
ſi quis ad hunc Thronum euehatur: id circo inſtituitur, vt legitime certet, non autem,
B *vt citrà periculum in luxu delicijſque verſetur.*

Clariſſimæ famæ vir Carolus, Recentium exemplar Antiſtitum, audiens, Epiſcopum
quendam eſſe, qui licet amplæ diœceſi præeſſet, multum ſibi temporis ad
otioſè viuendum ſupereſſe aſſerebat, ingenti admiratione correptus, quendam ad
eum miſit, qui ei res omnes illas minutim recenſeret, quibus adlaborare, & proſpicere,
ſui muneris ratione tenebatur, nec vnquam excitare, & vrgere illum deſtitit,
quoaduſque à tam palmari inſcitia reuocaret. Hoc illud idem eſt, de quo
Eugenium Pontificem Diuus Bernardus admonebat. *Blanditur Cathedra? ſpecula* li. 2. de Cōſid.
*eſt. Enim vero proſpectus ille procinctum parit non otium: quando libet gloriari, vbi
otiari non licet? nec locus eſt otio, vbi ſedula vrget ſollicitudo omnium Eccleſiarum.*

Nulla quidem res eſt, vt ita dicam, cui explicandæ tâm exaggerata dicendi vi
Canonum, Theologiæ, morumque præceptores incumbant, quàm vt laborum,
quibus Epiſcopi premuntur, ingentem ſeriem cumulumque ſignificent, adeòque
C in Epiſtola ad Valerium ſcripta, & Canonibus ſacris immixta Diuus Auguſtinus
aſſeruit, nulla iucundiorem optabilioremque traduci vitam, quàm ab Epiſcopo,
qui molliter, & veluti per iocum ſuo muneri vacet: ſi autem ea ſedulitate, qua
decet, tantum Sacerdotium exerceat, neminem vbiq; terrarum eſſe, qui tot ærumnis ep. 148. canon ante omnia dixi. 10.
& laboribus implicetur: *Nihil eſt in hac vita iucundius, & optabilius Epiſcopali
munere, ſi perfunctoriè, & adulatoriè res agatur: ſed nihil eſt apud Deum miſerabilius
& execrabilius, ſi ita agatur. Nihilque eſt in hac vita difficilius laborioſius,
& pericoloſius Epiſcopi officio, ſi ſedulo & fideliter exerceatur.*

Ad extremam vitæ periodum traductus Dauid, Salomonem filium ſibi in Regem
ſubrogaturus præcepit, vt ſacro Chriſmate perungeretur in Gihon, quod protinus
effectum eſt: *vnxerunt Salomonem Regem in Gihon*: In agro Gihon palæſtra ape- 3. Reg. ſp. 45.
riebatur, qua colluctationibus, & certaminibus ſe mutuò iuuentus exercebat, ipſaque
Gihon vox eandem luctam ſignificat: Vides, vt non alibi Rex Salomon re-
D nuncietur, quàm inter certamina, & labores; vt erudiamur iuxtà ſententiam Stephani
Cantuarienſis, eos, qui alijs præficiuntur, ſe laboribus dare, ſuamque ætatem
moleſtijs, curiſque grauiſſimis immolare. *Vngitur Salomon in Regem in Gi-* in 3. Reg.
*hon, quod interpretatur luctatio ad denotandum, quod, dignitatibus maxima lucta
ſit, & magnus labor.* Longè autem laborioſior Epiſcopi dignitas eſt, cui non
ea tantum, quæ ad animum, ſed etiam quæ ad corpus ſpectant, proſpicienda ſunt,
adeoque vtrinque maxima curarum illuuie obruuntur: quot illæ fuere, quas ferè
intolerandas, Iacob viginti annorum interuallo in ducendis Labani ſui ſoceri gregibus
exantlauit? Quot ſe laboribus tabefecit Dauid, vt ab vrſorum Leonumque Geneſ. 31.
violentia paternos greges arceret? Quin ne tam longè euagemur, ijdem noſtri
pecorum cuſtodes, annon aſſidua defatigatione afflictati, inſomnes noctes, pluuios
dies, nimium gelu, Solis ardentis faces, ebullientium vaporum æſtus fortiter patiuntur?
In his omnibus apertè repræſentatur, quàm ſit ei deſudandum, quanta
ei perferenda, qui animarum cuſtodes ſuis educandis, & cuſtodiendis gregibus
addicuntur. Audiatur hìc animarum Paſtor Gregorius, *Student cor noſtrum terreno-*

Digitized by Google

ep. 33. l. 2. *renorum Paſtorum imitatione ſuccendi, qui hyemales noctes imbribus, geluque conſtri-*
cti, ducunt per vigilias, ne vel vna ouis, & fortè non vtilis pereat, quam ſi inſidia- A
tor ore mordaci momorderit, quomodo ſatagunt, quibus cordic anhelant aſtibus, in quas
voces (vt ornant captum pecus) anguſtia ſtimulante proſiliunt, ne à Domino gregis
exigatur, quicquid per incuriam perierit. ſic ergo nos vocibus diuinorum eloquiorum
periclitantes oues ad gregem reducamus, &c.

Qui morum corruptelam, qua mundus in peſſum ruit, & flagitiorum illuuiem, qua tellus obruitur, ſedulo mentis oculo intueretur (quam bene hæc omia Diuus
ep. 20. l. 2. ad Donat. Cyprianus ad Donatum ſcribens ſuæ diuinæ eloquentiæ coloribus exprimit,) humanique arbitrij proteruiam illis adderet, refractariam animorum duritiem, eorumque ineptitudinem, qui non rectâ ratione ſed prauâ affectione, reique priuatę amore ducuntur, aliaque ex parte intelligeret purulentas adeò vomicas ab Epiſcopo curandas, obliquos adeò mores eiuſdem operâ dirigendos, profectò hac vna de ratione, licet alia quæcunque deeſſent, omnem procul à ſe huiuſmodi honorum libidem amoueret; Tam immane pondus cogitatione librantes, eas Dignitates euitarent, quæ ſpecie tantùm ſplendidum principatum præferentes; veram nec B
tolerandam inferunt ſeruitutem: ſic certè eam expertus vocabat Diuus Paulinus,
ep. ad Romanianum. *Blandum nomen honor, ſed mala ſeruitus.*

Epiſcopos omnes in illuſtri operè, quod Paſtorale vocatur, inſtruens Magnus Gregorius, eaque diſtinctè aperiens, quæ ad eorum miniſterium referuntur, edo-
3. par. Paſt. c. 35. cet, nos ęque ac Ieremiam cæleſti oraculo erudiri, *ecce conſtitui te hodie ſuper gen-*
Ierem. p. 10. *tes & Regna, vt euellas, & deſtruas, & diſſipes, & ædifices, & plantes:* Vitia euellere, virtutes inſerere, Antiſtitum eſt: quàm ergo ardua quàm laborioſa prouincia? eademque verba Diuus Bernardus ad Eugenium Pontificem ſcribens examinans, ex eorum ſignificatione maximam indici laborum molem oſtendit: Deſtruere, euellere, ædificare, plantare claſſicum veluti ſonant, ac labores ſuſcipiendos ad onus immane perferendum: Non ergo faſtui vacet Antiſtes, at labori, non delicias exquirat, at incommoda, non vibrare ſceptum gaudeat, at inter ligones, & bipalia C
manus obdurare, *nihil horum faſtum ſonat, ſed ſchemate quodam ruſtico niſi laboris, labor ſpiritualis expreſſus eſt; ſarculo tibi opus eſt non ſceptro.* Bernardi verba dedi. Quod ſi Senecæ fuit effatum, *officium eſt imperare, non regnum*, quantò magis hoc de Epiſcopis aſſerendum, quorum eſt, labore indeficienti exerceri, vt Chriſti ſanguine irrigatæ vineæ ſalutari cultu proſpiciat? vt eius labor quantum ab omni otio diſcedat intelligatur, ſatis dictu ſit, ab eius diligentia plurium animarum pendere ſalutem. Cùm enim vnius tantum animæ ſalus, ad immenſos perferendos labores, cuiuſcunque vires obſtringat, quid de eis dicendum, quorum prouidentiæ non vna, ſed plurimæ animæ Dei imperio commendantur?

Tot ergo tantaque ſunt incommoda, quibus Antiſtites vndique obuallantur, vt ſi recenſendis omnibus daretur hìc locus, propè in immenſum excreſcerent. Quà propter, vt ad Præſules obſeruandos adhortaretur Theſſalonicenſes Apoſtolus, hac ſolum validiſſima ratione vtebatur, nempè ad eorum vtilitatem innumeris agi conterique laboribus, quibus ſanè merentur, vt obſequium, & reuerentia, pati veluti D
pretio rependatur; *rogamus igitur, vt noueritis, eos qui laborant inter vos Præſi-*
p. Theſſal. 5. *dentes in Domino, vt habeatis illos abundantius per opus illorum*; ſed argutiùs è Græca lectione hoc exprimitur, *vt habeatis illos in ſummo pretio per caritatem propter opus illorum*, hoc eſt *propter laborem, & patientiam illorum.*

Quibus ergo præſtigijs impotes ſui homines, vi ambitionis euadunt, vt dum omnes ad eos labores effugiendos incumbunt, quibus inuiti obſtringuntur, vires omnes exerant ad eos prehenſandos honores, qui ſummam laborum omnium molem antecedunt: quæ maior vnquam detur inſania, vt libertate viuendi reiecta, decumanos inter fluctus procellaſque ſæuiſſimas, agendo remo, mancipij inſtar, liberam manum addicant?

Non adeo amanter centrum ſuum elementa cuncta perquirunt, nec adeo ſollicita animantium cupiditas eſt ad ſibi vitam commodis alimentis conſeruandam, quàm ad quietis voluptatem mens humana feratur, adeò vt irrequieta ſemper incerto motu ſe agat, quo ad vſque quiete ſibi propria perfruatur. Adeo autem illius

deſi-

deſiderio rapitur homo, vt quietis tantum ſimulacra reſpiciens, in ipſa præcipiti
A curſu ſe ferat, eorumque ſpecie deceptus illa amplexetur anhelans, & vt eorum poſtea vanitate detectâ, vberrime ingemiſcat: quis ſanè eſt, qui ſimul cum Seneca non aſſerat *ineſtimabile bonum eſt ſuum fieri*: quâ propter abſtinere vix me poſſum, quin dicam, ambitioſas haſce cupiditates naturæ ipſi reluctari, abortiuos qnoſdam fætus eſſe & ludicra quædam mentium humanarum phantaſmata: Cum autem ab ipſo viuendi exordio fęlicitatem ſuam quiſquis affectet, quàm venefica ſaga ambitio eſt, cuius artibus naturalis hic amor in turpiſſimam affectionem abſcedat, quà ſuam beatitatem exuat homo, vt miſerrimæ vitæ ſe mancipet, & inter ingentia rerum negotia ſe inuoluat, quibus humanus animas in cruenta, & aſpera fruſta diſcerpetur, adeò vt amicum magiſtratu quodam illuſtrem Seneca adhortatus dixerit, vel laborioſum adeò munus, vel ipſam vitam ſibi deſerendam, *cenſeo aut exiſta vita tibi, aut è vita exeundum*. ep.75.

B Curarum aculei expenduntur, quibus Epiſcopi cruciantur, & ſextum ab ijs eruitur Argumentum ad ſacrarum Dignitatum ambitionem profligandam. Cap. XXIX.

PErferri quidem poſſe adhuc aliquibus viderentur Antiſtitum labores, quos ſuperiùs expendimus, niſi vnà cum illis aſperrimas miſceri moleſtias non ignorarem, quæ animum acriter vulnerantes eò laboribus ſunt acerbiores, quo nobi-
C lior corpore mens eſt & quò pretioſius bonum illud eſt, quod à nobis excludit, animi nempè quietem, quæ frequentiſſimè eos feliciſſimos effecit, qui omnium ærumnoſiſſimi æſtimantur; Vt corporeis laboribus noſmetipſos ſubijciamus, mediocris quædam virtus voluntati noſtræ conformis ſatis eſt: Si laborum mole corpus deſudat, pluuio diuinarum voluptatum munere recreari animus poteſt, Deum aſpectans, qui labores illos ſingulatim enumerans, vberi eos gaudiorum largitate compenſat: verùm ſi curis & moleſtijs turbata mens fluctuat, magna profectò virtus fuerit neceſſe eſt, vt quieſcat animus, & vires herculeas poſcit, ne trepidet aut ingemiſcat: *non parua laus magni, & inconcuſſi animi eſt, inter cauſarum turbas non fuiſſe turbatum*; ſic Gregorius: Medios inter maris æſtus tranquillitate frui, peritiſſimi nauarchi eſt. ep.7.16.

Quàm inſipiens hac de ratione ambitio ſit, geminata voce, qua ad coronam capeſſendam ſponſa in ſacro Epithalamio vocatur, Gilibertus Abbas oſtendit, *veni*
D *de Libano, veni Coronaberis* longiorem ipſius moram non contumacię tribuas, at prudentiæ, ait commendatiſſimus Doctor: Celeritas nimia, qua nonnulli ad ſacras Infulas, impetu ambitionis præcipites aduolant, tarditate iſta caſtigatur: ſed ipſummet audi loquentem, *Videte ſi non moroſè egreditur de Libano, quæ toties vocatur, mora tamen hac non eſt contumacia ſed cautela, & forſitan ſponſa mora feſtinationem noſtram ſugillat, & arguit; qui nimis prompti, & parum prouidi vires noſtras minus penſantes, feſtinamus ingredi in labores prælationis, in ſollicitudinum moleſtias, & materiam lapſus; nec expectamus, vel ſemel vocari, vltro nobis ipſis honorem ſumimus, vocationem, præuenientes, vel arte precurantes.* quis enim aduertit aculeatis magis rigeſcere gemmis, quàm fulgere thiaras? Cant: 4. In Cantic. ſum.29.

Agricolis, qui vel aratro vel ligoni ducendo vacantes totam diem laborioſè tranſigunt, ſolumque exultum ſudore pluuio rigant, adeo dapes ſapiunt licet rudes, & craſſæ, vt ambroſios è Iouis menſa ſuccos, & bellaria nectarea delibare videantur, ſoloque ipſi incubantes citiſſimo ſopore correpti, placidiſſimè requieſcant. Si curis angatur Epiſcopus, & animi moleſtijs crucietur, licet opiparas, &

lu-

Lucullæas menſas ſplendidè mollatur, omnia licet dulciſſima ei amareſcent: molliora ſtrata, ſericaque cubilia tam moleſtis implicantur mentis aculeis, tam mordaces fouent animi vepres, vt ab eorum oculis ſemper vocatus, ſemper ſopor abſcedat; A

Senec. in Hercul. act. 2. in Chor.

Aurea rumpunt tecta quietem
Vigiles trahit purpura noctes.

ſic cothurnatus vates: quid autem mirum, ſi curarum vermes ſerica ſtrata pariant, cum è vermibus pariantur? *nam tunica ſerica à vermibus originem trahit*: ſic ait Stephanus Epiſcopus Eduenſis.

Frequentiſſimè ſunt animi deficientis deliquia, quibus Antiſtites inter magna curarum incommoda cruciantur: Principes ipſi ſunt Populorum, vt ſuperiùs explicuimus. Papè quàm ſplendidum hoc nomen, quam illuſtris excellentia! ſed extima tota eſt, totaque bracteata, cum ex aduerſo ſit fœcunda moleſtiarum parens, & ditiſſima dolorum ſcaturigo: Ipſæ leges ſomnum à principibus excutiunt, vt gentium quieti euigilent, totique ad eorum qui placidè dormiunt vtilitatem, cognitione adlaborent. *Principes populorum hi ſunt, qui quietem eorum defendunt, & quod eis expedit prouident.* B

Nouel. 13. c. p. de Prætor.

Ipſimet magno Alexandro fuit hoc apprimè expertum: ſuos milites audi ſic eum alloquentem, *Plus vigilare, quàm vos, me certò ſcio, vt ipſi quietos ſomnos capere poſſitis*. Quo eodem præconio clariſſimus Orator ſui Cæſaris nomen inaurauit; *Omnium domos illius vigilia defendit omnium otium illius labor, omnium delicias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio*: quanto autem arctiùs hoc idem ab Epiſcopis repoſcendum, qui regimini præſunt animarum, quas tam feroci æſtu ſtygiæ peſtes inſidiantur, & inuadunt?

Arrian. de reb. Alex. l. 8.

Senec.

Quot curarum intempeſtiuis aggreſſoribus nocturna inter otia Epiſcopi quies obſidetur & quatitur, ad rationes animarum ſaluti vtiliores reperiendas? Quos etiam quantoſque angores experitur, tùm eorum inopiâ, quos idoneos ſui æſtimet adminiſtros, tum copiâ offenſionum, quibus eius voluntas oppugnatur in vitiorum fontibus, vel eruandis, vel exſiccandis? Cum autem æquè ſe odio habere videt à probis, quorum ſententijs vbique adhærere non poteſt, & ſimul à reprobis, quorum effrænem licentiam reprimere contendit, quot dolorum ſentibus peracutis ferè contabeſcit? Vt ſe amicorum aſſentationibus, & calumnijs inimicorum, & calumnijs circumdari animaduertit, quantùm excruciatur, ingratos, maledicos, fraudolentos in ſe claſſicum ſonantes agnoſcens, denſoque agmine obarmatos! Proh quantis vexatur perturbationibus! meritò igitur experientiæ habitæ documento Gregorius ait *omne, quod hic eminet, plus mæroribus afficitur, quam honoribus gaudet*. procellarum ventorumque ferocia graſſatur in excelſiora terrarum faſtigia, & quò proceriores ſunt montes, eò magis fulminum facibus feriuntur. C

22. moral. n. 17.

Bracteata ſolùm mundi bona ſunt, nihilque ſoliditatis poſſident, ſed omnium inaniſſima, dignitas & Principatus eſt: ſpecie tantum ſplendidâ hi videntur, & Pompaticâ illa felicitatis imagine detractâ, acerbis tantum replentur ærumnis, & triſtiſſimis lacrymis intus abundant: vt inter aduerſa fortitudinem animi ſeruandam, Diuus Chryſoſtomus edoceret, curas, angores, animique perturbatos æſtus expreſſit, quibus illi præ alijs laniantur, qui dignitatibus cæteros præſtantes autoque redimiti, hilariter largientis fortunæ blandimenta fruuntur. Quàm profectò aberratis, ſic Chryſoſtomus. *Ne namque diadema reſpicias, ſed curarum tempeſtatem, per quam ipſi corona paritur, neque purpuram intuere: ſed animam, & ipſa purpura magis nigreſcentem; non ita corona caput circundat, ſicut animam ſollicitudo: nec in ſatellitum cateruam, ſed in moleſtiarum multitudinem ſpectes.* D

hom. 66. ad popul. Antioc.

Quantò quis autem aſperiorem diademate thiaram, inficietur? Populorum tantùm corporibus proſpiciendum à Principibus eſt, ſed animis ab Epiſcopis conſulendum: nec illud admittendum, quod plurima ſunt animi laxamenta, quibus curarum noctem, vel extinguere, vel minuere Principes poſſunt, à quibus omnino abſtinere Antiſtites debent: Adde quod Conſiliarijs, & idoneis adminiſtris abundant Principes, quorum poteſtas obſequio eximiæque venerationis populis eſt,

cum

A cum econtrà Pręſules, licet vnius Diœceſis aut vrbis præfecturam adminiſtrent, cunctis ferè præſidijs deſtituti deſpicatiſſimi habeantur; hæc ſibi inuicem conferens Diuus Chryſoſtomus in hæc erupit. *Non ne terrarum Orbis Imperium tenet Imperator? hic autem vnius Ciuitatis Epiſcopus eſt, ſed tantum plus curarum habet hic, quantum intereſt inter aquam fluminis vento agitatam, & inter mare intumeſcens, & inſaniens.* hom. 3. in c.p. Act. Apoſt.

Simulachris à Myrone & Praxitele elaboratis, Principes omnes egregia ſimilitudine comparabat Lucianus, non tàm clarus ingenio, quàm contemptu diuinitatis obſcurus. in Gallo. Ebeno hæc extrinſecus componebantur auro redimita gemmiſque diſtincta, fulgebant; elegantium inde lenocinio colorum ornata vel tridente Neptunum, vel Iouem fulmine præferebant: ſed quæ, bone Deus, ſeruabant intrinſecus! picem, clauos, citra, fruſta, ſordes, aliaque id genus viliſſimâ. Quam bene his Principum vita repræſentatur, quorum ſpecies ad pompam tota Maieſtatemque componitur, adeo vt ſi eorum opes, titulos, ſtrepitum, totumque conſi-
B deres extimum apparatum, nihil illis fęlicius, nihil Deo ſimilius reperiri poſſe iuraueris. At ſi cordis arcana rimeris, tèque in animi adyta perquirenda immiſeris, tot curarum, & perturbationum acies decuriatas, immo centuriatas in eis videris, vt nihil iiſdem infelicius, nihil illis miſerius dari poſſe liberè fatearis.

§. I.

Dignitatibus illud aptari meritò dixerim ſalſum, & viuidum acroama, quo amici ſui menſam tenuiſſimam quidam è vatibus carpſit; cum enim ab eo vocaretur ad conuiuium, fores inuenit floribus concumueſtitas ad opiparæ & ſplendidæ menſæ argumentum ſed aſper adeò, adeo parcus paruuſque cibus fuit, vt non delicijs tantum, ſed nec ipſi neceſſitati fragilitate dapium faceret ſatis, adeo vt le-
C pidè ille iocatus in nomine, quod gerebat *Maius*, dixerit

Vbi Maius in foribus adeſt,
Miraris eſſe intus minus?

Non abſque ingenti conſideratione, in Sole, Lunâ, & Stellis dormienti Ioſepho pompâ veluti quadam, futuræ dignitatis faſtigia repræſentata fuere: Illum enim tacitis ſyderum imaginibus erudijt Deus, nil aliud eſſe populis præeſſe, quàm ſe labori aſſiduo perennique curarum motui immolare, honoreſque, ſi debita cum integritate, fideque exerceantur, illam omnino quietem præſtare Principibus, quę Stellis errantibus eſt: Validiſſima ratione, & vt vocant *à minori ad maius*, hęc ſanctus Ioannes Chryſoſtomus roborat: ſi patres familias, cui tantum filij decem ſunt cuſtodiendi, tot curis, & ſollicitudinibus anguntur, licet eius voluntati adhæreant, eiuſdemque arbitrio toti ſe permittant, Epiſcopis, qui tot cuſtodiendos penes ſe habent, refractariæ plerumque ceruicis, ſuaque domo abſentes, quot moleſtiæ hom. p. in cap. p. Act.
D quot ſollicitudines erunt deuorandæ? Quà propter magna de his admiratione tenetur, qui dignitates tanto votorum ardore prehenſant, quique *velut ad quietem accedunt ad negotium*; Poſtquam autem concinno verborum ambitu hæc explicauerit, vt inſanos, ambitioſos coarguit: ſacras enim dignitates affectant ea cogitatione, quà alij præfecturas ſæculares, nempe vt faſtum foueant, ſuperbiam amplificent, centurient titulos, gloriam aucupentur, *Proinde ſi quis ad ſummum Sacerdotium acceſſerit, velut ad ſollicitudinem, & curam, nullus id facile ſuſceperit: nunc autem non aliter, quam prophanos Magiſtratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirùm, vt glorificemur, & honorem apud homines, perdimus apud Deum &c.*

Chryſoſtomo concordat Apoſtolus Paulus, qui ad Timotheum, hoc eſt ad omnes Epiſcopos ſcribens, illum admonuit, *in omnibus labora*: hoc autem iuxta Aquinatis mentem intelligendum eſt *in omnibus hominibus*: Proh Deus! quibus nam curarum voluminibus, Hyerarcharum animus implicabitur, ſi tot millia animarum ſua ſub præfecturá recenſens, vnamquamque illarum ſingulari prope ſtudio debet expolire?

Quot illos moleſtijs fatigabunt tot animæ, quæ vndique ambagibus, & ſinuoſis
anfractibus inuolutæ, nil eorum oſtendunt, quæ diligentiùs ambiunt, & ardentiùs A
concupiſcunt. Hoc profectò vſque ad ſudorem ei eliciendum Diuum Bernardum
cruciabat, qui viros ſingulari virtutum ſtudio deditos regens, adhuc tamen poſt-
quam multa de eorum regiminis cura, validâ oratione congeſſerit, hæc ſubdit,
ep. 2. l. 1. ad Epiſc. Conſtant. *Accedit ſanè ad ſollicitudinis cumulum, & pondus timoris, quod cum, & meam, &*
proximi conſcientiam ſeruare neceſſe ſit, neutra mihi ſatis eſt nota; vtraque abyſſus eſt
imperſcrutabilis, &c. ad hanc animorum diuerſitatem moderandam aptiſſimè ve-
teres ſapientes Lunæ apologum accomodauere: huic de veſte ſibi contexenda ge-
nitricem poſtulanti, excuſauit ſe genitrix, eius facilem adeò inconſtantiam deſi-
gnans; cum enim parua nunc ſit, nunc vero magna, plena iam, iam diminuta, nunc
gibboſa, nunc æqua, quæ nam illi veſtis eſſe poſſit idonea, vt creſcenti ſimul, & ſe
diminuenti ſeruiret?

Hinc autem recens animi dolor eò magis acerbus emergit, quò ad virtutum per-
fectionem aſſequendam magis Præſulis animus exardeſcit. Hæc enim ſecularium B
turbâ cogitationum quietem interiorem tam valido turbine peruoluit, & peſſundat,
vt recenter reuocare ſe ipſum ab externis hiſce vix ſe poſſit Antiſtes, & in Dei mu-
tuo amore dulciter conquieſcere: Cum enim Rachelis amplexus fruendi copia
daretur, Deoque coniunctiſſimè adhærere, intercedens importunè Lia cor auocat,
ſibique illud vſurpat: Anchoram iacere frequenter poſſet, & blando maris ſinu
quietem capeſsere, ſed impetu rurſus Aquilonum in mare immittitur, & nouo ſem-
per fluctu verberatur: Eò igitur grauius acerbiuſque pondus illi videtur, quò ma-
gis cæleſtes illi voluptates prohibentur, & Diuina ſolatia exareſcunt: Patientiæ,
moderationi, alijſque virtutibus locum dare non poteſt, adeoque animum ferien-
tes augentur aculeis, nec ferre eum gaudio Crucis molem datur, ſed illam non
ſine angore raptare permittitur: quam benè hæc Diuus Gregorius, cuius verba
liceat recitare, *Plerumque in occupationibus regiminis, ipſe quoque boni operis vſus*
lib. 5. Paſt. cap. 9. *perditur, qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari rectè nauem, & imperi-* C
tus nauta dirigit; turbato autem tempeſtatis fluctibus etiam peritus ſe nauta con-
fundit.

Opportunè ad hæc, ea vatis purpurati verba Diuus Bernardus explicat. *Qui*
deſcendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis: aſcendunt vſque ad
pſ. 106. *Cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos; anima eorum in malis tabeſcebat; turbati ſunt*
ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt: quàm eleganter his vocibus An-
tiſtitum angores & moleſtiæ explicantur! quot enim curæ ſunt; quibus ipſi peren-
niter fodiuntur, quot incommoda, quot ſyrtes, quot breuia, quot ſcopuli, quibus
illiduntur? Adeò vt nautis aptiſſime conferri poſſint, quos ſemper vigiles inter
incerta fluctuum trepidare animo decet, vt propterea Diuus Chryſoſtomus de Epiſ-
copo loquens, hæc ſcripſerit. *Certè neque mare vnquam poteſt vndis carere, neque*
de Sacerd. l. 5. tom. 5. *illius animus curarum anguſtia.*

Atque vtinam tranquillo mari velificaret Antiſtes? tot enim ſunt procellæ, D
tot fluctus, tot aduerſa ventorum, quibus ſimul conſpirantibus animus eius inua-
ditur, vt eum Regio vate concinere illud poſſit. *Veni in altitudinem maris, &*
pſalm. 21. *tempeſtas demerſit me*: quæ verba aureo prope ſtylo de ſe loquens Magnus Grego-
rius ita explicauit, *Enimuero quid eſt poteſtas culminis, niſi poteſtas mentis? in qua*
p. lib. Paſt. cap. 9. *dum cogitationum ſemper procellis nauis cordis quatitur, huc illuc inceſſanter impel-*
litur; & per repentinos exceſſus cordis, & operis quaſi obuiantia ſaxa frangitur: ferox
adeò tempeſtas hæc eſt, vt non tantùm mentis cymbulam quatiat, ſed non rarò
ſaxis illiſam naufragio faciat propiorem: annon hæc eadem breuius docuit Philo-
cum diceret, *Cogitet qui honorem affectat, tempeſtatem ſe affectare.* Expertus hæc
omnia Chryſoſtomus vberius etiam confirmat; licet enim ſapientiſſimus eſſet na-
uarchus & quibuſcunque apprimè inſtructus, adhuc tamen tot quatiebatur flucti-
bus, huc illucque illum agentibus, vt fieri vix poſſe crederem, quemcumque
hom. 3. in c. p. Actor. alium tam rapidâ procellarum violentiâ oppugnari: *fortaſſis aut ego ſum vehemen-*
ter infirmus & infelix, nihilque aut ſic habet res, nihil à naui, quæ fluctibus iactatur,
differt Sacerdotis animus: vndique premitur ab amicis, & inimicis, à ſuis, & alie-
nis.

Digitized by Google

nis. quàm autem veritati conſonat immodicis petitionibus, precibus importunis, A amicos ipſos amicitiæ modeſta repagula effringentes Epiſcopi animum adeo inuadere, & obſidere, vt ipſiſmet inimicis crudeliores videantur. *Qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat.* hoc eſt iuxta Græcum idioma χαλὸν ἔργον, *pulchrum negotium* quæ ſic explicat Iſidorus Peluſiota *rem difficilem, impeditam, arduam, negotioſam*: venuſtam moleſtiam dixeris, ſplendidum pondus, pretioſam curam, & infulatum dolorem: ſi autem ex eadem Græca loquendi forma alijs adhęſeris, illud ſonat, *bonum ideſt arduum, & ærumnoſum negotium*: Meritò igitur ad Cyriacum Conſtantinopolitanum Hyerarcham ſcribens Diuus Gregorius admiratur, in animarum regimine, quietem ſe animi affectare; quî enim ſibi ſimul conformentur hæc duo adeo diſcordia, adeoque aduerſantia. *Quomodo autem ſuſcepto paſtorali honore habere ſerenitatem cogitationum poteſtis, cum ſcriptum ſit. Ecce gigantes gemunt ſub aquis?* his demum conſideratis ſtatuit, hoc ſolùm modo tantis poſſe malis occurri, ſi nempe obarmatæ curarum acies, animi arcem non irrumpant, & ſuperfluis curis expulſis, illas tantum admiſerint, quas impoſitum munus exquirit. In Capillis, quibus cogitationes exprimi nullus ignorat, quàm bene hæc omnia apud Ezechielem Diuinus Magiſter Spiritus deſignauit. *Sacerdotes caput ſuum non radant, neque comam ſuam nutriant: ſed tondentes attondant capita ſua*: inutiles illæ curæ enutriendæ non ſunt, at quæ ad populos excolendos commodæ vtileſque videntur, omni ſtudio educandæ.

l. 3. ep. 16.

Turrian. in lib. 2. Conſtit. Apoſt. c. 25. n 61.

ep. 4. l. 6.

B

Ezech. 34

Ab hac Diui Gregorij ſententia non longè abſcedit Philoſophus Seneca: hic enim pariter Lucilij ſui ingenium veluti puerile redarguit, ſibi ſuadentis, inter honorum faſtigia gaudere, lætarîque ſe poſſe: Vnâ eâdemque in animi aulâ verſari non poſſunt honor, & gaudium: *Inter honores gaudium, id eſt, inter ſollicitudines quies? iſta quæ ſic petis tanquam datura lætitiam & voluptatem, cauſà dolorum ſunt.*

epiſt. 32

Vt autem ſub honorum pondere ingemiſcentes Gigantes ipſos meridiana luce clariùs videatis, audiendus eſt Nazianzenus, qui ad Poeticæ ſonitum lyræ queſtus C ſuos attemperans ait

Difficiles etenim curæ, denſoque ruentes
Agmine, rodentes animum, reſolutaque membra
Me totum in terram, de qua mortale creatum
Eſt genus, aſſiduè volitant, miserèque fatigant.

Carmin. de vita Chriſti

Audiendus eſt Chryſoſtomus maximum Orientis prodigium, qui ſui cordis angores amantes explicans, filios ſuos ſic alloquebatur: *Rumpor quidem curis & ſollicitudinibus propter vos.*

hom. 4 in 2. ad Theſſal.

Audiendus itidem Diuus Auguſtinus eſt inter Eccleſiæ Magiſtros Maximus: hic enim curis omnibus, quas in populis erudiendis exantlauit, dinumeratis, illud ſubnectit: *Omitto alias innumerabiles Eccleſiaſticas curas, quas fortaſſe nemo credit, niſi qui expertus eſt.* Ego etiam libens omitto plurimos, & potiſſimùm magnum Gregorium iubar Italiæ, lumenque Vaticani: Tam vberes huius Pontificis ad alios D ſcribentis ſunt gemitus, vt lacrymis exundent Epiſtolæ, & cothurnato ſemper ſtylo loquatur. Quis in eis perlegendis non tenereſcat? Eò autem ſe magis cruciari profitetur, quò maioribus ſe premi ſollicitudinibus agnoſcit, licet ſe Deo deuouerit, & ſacra ſuſceperit, quàm ſi inter huius ſæculi errores implicatus verſaretur. *Sub colore Epiſcopatus ad ſæculum ſum reductus, & in paſtorali cura tantis terræ curis inſeruio, quantis me in vita laica nequaquam deſeruiſſe reminiſcor. Gemo quotidie occupationibus preſſus, & reſpirare non valeo.*

lib. de oper. Monachor.

ep. 5. lib. p.

Si ergò tot inter curarum fluctus tanto gemitu affluebant viri ſanctiſſimi, qui Cæleſtes veluti Athlantes, ſapientiâ, pietate, fide, diuinoque amore præſtantiſſimi tam celſo faſtigio ſe ſupra cęteros erexere, vt admirari ſolùm illos non imitari poſſimus; quid de illis vnquam cogitandum nobis eſt, qui per ſummam libidinem ad huiuſmodi dignitates ſibi viam ſtrauerunt, licet tùm pietate, tùm ingenio puſilli adeo ſint, vt vix cœteris agnoſcantur? Quot ſe inuolutos difficultatibus, & nexibus labyrinthæis implexos agnoſcent? quam rabidis diris in ambitionem poſtea exardeſcent, cuius fraude factum eſt, vt promiſſis floribus euaneſcentibus,

Y 2 ſpinas

ſpinas tantum & aculeos patiantur, adeò vt præ alijs omnibus diuinam imprecationem in ſe vibratam doleant. *Maledicta terra in opere tuo ſpinas, & tribulos germinabit tibi*; quid enim aliud, Diuo Ambroſio explicante, ſpinis iſtis exprimitur, quàm peracutum moleſtiarum ſenticetum. *Tribulos, & ſpinas curarum morſus appellat.* A

Geneſ. 3.

Perſuaſum quidem ideò habeo, quod ſi quis vaticinari eorum opera deberet, nulla horoſcopi conſideratione factâ, ingentes illis præſagire moleſtias poſſit, vt vel illarum tœdio affecti regimen populorum negligere cogantur, ea aſpernantes, quæ cum ſui aliorumque pernicie exercere deberent, vel ſuo muneri licet leuiſſimè incumbentes, ſub laborum mole fatiſcant, & deperditæ libertatis vſum precibus irritis exoptabunt: quàm ſerò imprudentiam ſuam damnabunt, qua futili ſplendori tranquillitatem animi poſthabuerunt, quam tanti fecit apud Suetonium Auguſtus, vt illam vniuerſi pretio emere non dubitaret: Tunc ſapienter agnoſcent, ſacras dignitates amarum quid eſſe, licet nomen dulce præſeferant, curarum pelagus, moleſtiarum Oceanum, angorum Euripum, dolorum ſedem, quietis exilium B & ſeruitutem quâcunque aliâ triſtiorem: quid enim? mercenarijs famulis ſeruiendi tantum onus imponitur *ex ſuppoſitione*, hoc eſt, ſi debita illis merces expendatur: At Epiſcopus ad laborem, ad vigilantiam, ad reſidentiam tenetur *ſimpliciter*, licet redditus Eccleſiæ deperdantur: ſacros igitur affectare magiſtratus, aſſentationibus, obſequijs, laboribus illos aucupari, morbus adeo inſanus eſt, vt qui eo laborat, tantum helleboro conualeſcat.

Sueton. in Aug.

Caiet. 2. 2. q. 185. ar. 5.

In hanc certè dementiam fertur Diuus Bernardus, & vibratis velut ab ore fulminibus exardeſcit: *Curritur ad Eccleſiaſticas curas, tanquam ſine curis, iam quiſque victurus ſit cum ad curas peruenerit, & qui nondum has curas experti ſunt, videntes alios, qui iam humeros ſubmiſerunt huic ſarcinæ non ſolum non gemere tamquam ſub onere, ſed inſuper appetere plus onerari, non deterrentur periculis, quæ cupiditate cæcati non vident. Quæ iſta inſania eſt? vbi timor Dei? vbi memoria mortis? vbi gehennæ metus? & terribilis expectatio illa Iudicis.* C

epiſt. 24. ad Epiſc. Londin.

Ad idem confirmandum ſeptimum affertur Argumentum, quod in eo verſatur, vt oſtendat Antiſtites oblocutorum ſermonibus obiectari. Cap. XXX.

NIHIL profectò eſt, quod magis in pretio homini ſit, quàm vt ea, quæ ipſe peragit, blando aliorum ſuffragio comprobentur: Nulla dulcis adeò armonia aures humanas emulcet, quàm illa, quâ ſuis quiſque laudes audit reſonare: quod præ omnibus gratiſſimum videtur homini, eſt, vt alienum amorem beneuolentiamq; poſſideat, adeò vt ſpiritu ſibi quidem viuat, ſed amore viuat in alijs: ad D hanc voluptatem excipiendam per ſummam calamitatem Antiſtites peruenire non valent, cùm non tantum laborum, quot pro populis exantlant, nullam mercedem recipiant, ſed illorum potius gratiâ mordeantur dicterijs, habeantur odio, & oblocutionibus lacerentur; acerbum hoc adeo aſperumque eſt, vt non tantum eis, qui Dignitatis ſanctiſſimæ titulo venerationem omnem efflagitant, animum exacerbet, ſed illis etiam tolerandum minime videatur, qui mercedis cauſa ſeruiunt, nec placent.

Adeò autem humanis cordibus licet abiectiſſimis libertatis appetitum natura inſinuauit, tantaque moleſtia ſibi alios dominantes agnoſcunt, vt ſuomet genio eos odio proſequantur, quorum ſanctiſſimis legibus mores effrænes temperentur, adeò vt ſimul iſta duo ſibi inuicem mutuâ menſurâ conſonent Præſulum dominium, & odium populorum:

in Theb. verſ. 655.

Simul iſta mundi conditor poſuit Deus
Odium, atque Regnum.

Sic

Sic olim cothurnatus Seneca: leniſſimus ſuperior ſit, & ad omnem humanita-A tem beneuolentiamque compoſitus, excellentiſſimis fulgeat corporis animique ornamentis, omni contentione laboret, vt dulciſſimo amore ſibi populorum corda conciliet, numquam tamen id aſſequetur, vt à ſe odia populorum auertat, adeò vt iuxta Senecæ effatum, *Id agat, vt nemo illum meritò oderit, erunt tamen ſemper qui oderint.*

lib. de Præcid.

Quis maledicentiæ curſum refrænet? Vulgares plerumque ſermones de Antiſtite verſantur, in eum tanquam in ſcopum circumforanea colloquia collimant, & imprudentium linguarum dicteria ab eo tanquam à magnete attrahuntur: hinc fit, vt eorum opera nunquam gratis oculis aſpectentur, vox quælibet, quicunque geſtus per maximam carpendi licentiam vocatur ad trutinam, tùm ſapientum, tùm inſipientum: quælibet res imò quælibet cogitatio ſiniſtram plerumque trahitur in partem, & cùm effrænatiſſima ora obſtruxiſſe, linguaſque mordaciſſimas retudiſſe arbitrantur, tunc Ariſtarchos, & Momos agmine veluti facto vident irrumpere, B qui eorum opera peracerbè confodiant, & longâ ſermonum vituperatione deturpent, adeò vt idem opus, quod ſi à priuato homine conficeretur, omnium commendationes exigeret, ſi ab Antiſtite fiat, omnium calumnijs obſideatur, & vulneretur: Vides igitur, quàm facilè magnus honos dehonoretur!

Eadem obloquendi menſurâ damnaris, vel ſi humanè blandiaris, vel ſi asperè indigneris, vel ſi vigil, vel ſi negligens, vel ſi grauis; vel ſi vrbanus fueris, vel ſi comes alijs te immiſceas, vel ſi aliorum conſortio te abſtraxeris, vel ſi in aliorum mores fortiter exardeſcas, vel ſi benignus eiſdem indulgeas: Aequè illum amici ac inimici inſidiantur: Erraui: quid amicos hic ego vocauerim, dùm nullos ipſi ſortiantur amicos, quibus veluti cordis theſauris cùm voluptate diteſcant. Ipſi ijdem, quibus ipſius regimen in præſentiâ commendatur, diſſeminatis poſtea per via, & fora ſermonibus, illud cum deriſione percutiunt; non igitur immerito Romanus Orator moderatorum vices miſeratus in hæc erupit: *O conditiones miſeras adminiſtrandarum Ciuitatum, & Prouinciarum! in quibus diligentia plena ſimulta-*C *tum eſt; negligentia vituperationum: vbi ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus; iracundia occulta, blanditia aperta, venientes prætores expectant, præſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerunt.*

Cic. pro Flacco.

Licet autem in Principes omnes hæc tam ingens calamitas effundatur, in Epiſcopos tamen peculiari, quadam ratione exonerat ſe: quin imò inter Principes prophanos, & ſacros diſcrimen illud intercedit, quod illi commendationibus eximijs viuentes efferuntur, quæ poſtea, eodem extincto, in libellos, & ſcommata immutantur: hi linguarum omnium aculeos experti vndique lacerantur viuentes, cum poſtea præconijs ingentibus afficiantur extincti, & mercedem virtutis excipiant, obſequijs, & plauſibus eius memoriam celebrantium populorum: Sepulchrali de cinere Phœnicis in morem eorum fama refloreſcit, vt inter gentium laudes numquam interitura dominetur. Sæcularium Principum prærogatiua eſt, vt vel eo-D rum crimina laudentur, vel metu potentiæ, quæ facilè in dicaces iraſcitur, vel ſuarum rerum vtilitate, cum genio Principis abblandiri, maximum plerumque ſit in aulâ meritum, quo quis eius amorem, & gratiam ad omnia obtinenda ſibi conciliet, vt propterea apud Senecam Tragicum Atreus dixerit

maximum hoc regni bonum eſt,
Quod facta Domini cogitur populus ſui
Quàm ferre, tam laudare.

in Thyeſt. verſ. 104.

At ex aduerſo quis ſupplicia timeat ab Epiſcopo, ſi eius mores linguâ oblocutoriâ imperat? vnius diuinæ legis timor, mordaciſſimas linguas eſſet temperaturus, cùm egregiè innoteſcat omnibus, deſpicientiam, quâ Epiſcopi nomen habetur, ſibimet ipſi à Deo tribui, cuius ipſe vices repræſentat: ſed quia ad hoc calamitatis peruenimus, vt Deum penitus obliti, leges eius negligamus. *Nemo metuit accuſare, ac traducere, nam in Principibus vrget metus, in his vero hoc eſt in Epiſcopis lacerandis nequaquam, quando Dei timor apud illos valet nihil*: ſic olim diſertè Chryſoſtomus.

hom. 3. in p. act. Apoſtol.

hæc de col-
lēd.Sacerd.
tom.4.& 6.
ad Rom.

Aliàs tantus hic Eccleſiæ Magiſter, vt ſaltem ſuppliciorum metu ab huiuſmodi loquendi, & obloquendi licentiâ ſatyricas linguas coerceat, illud enarrat, quo A Pharifæus ille, eò quòd Publicano tam maledicè detraxerit, damnatus Dei ſententiâ fuit, adeòque cogitare ipſe nequit quo vnquam pacto ſe excuſaturi ad æternum tribunal illi ſint, qui maledicentiæ virus in ſacros Moderatores effundunt: Exemplo pariter Mariæ vtitur, quæ tam ingenti morbo infecta, & propè confecta fuit, & Lepra toto corpore obuoluta, eò quod de Moyſe detraxiſſet, de quo cùm ſuus eſſet frater, poterat liberiuſcule quàm par erat, loqui, præſertim cùm eius causâ labores,& moleſtias immanes exantlauerit; quò igitur ſupplicio illi vapulabūt, qui effrontes de ſui Antiſtitis moribus obloquuntur? ab harum pœnarum parte non longè eos etiam abeſſe Sanctus idem Magiſter aſſerit, qui nullâ conantur obiurgatione ab huiuſmodi errore tam pernicioſas linguas auertere: ſed eò denigrata eſt huius ætatis noſtræ pietas, vt ſummo contemptu Epiſcopalis dignitas habeatur: quis autem neſciat, huius contemptum in opprobrium totius religionis redundare & triumphi materiam Hæreticis offerre, qui ſumma voluptate B catholicos audiunt ipſos, in lacerandis Epiſcopis, alternis veluti choris, concordare: ne autem me hic pro me domoque mea ſermonem facere videar, Deum titè obteſtor, immunes ab hoc crimine Dei beneficio meos eſſe populos, & licet omnium ego Antiſtitum miſerrimus ſim, tantoque miniſterio indigniſſimus, in me tamen potius eos eſſe mitiſſimos quàm mordaces,& miſericordes potius quàm maledicos expertum eſſe: Excipiendi tamen ab his ſunt nonnulli mei nominis oppugnatores, eò quòd ſeueritatem aliquam in eos licet inuitus, vt meo muneri facerem ſatis, adhibuerim. Cui tamen hoc admirationem faceſſet, cum ſol ipſe innocens adeò, & beneficum ſydus, odio, probris & diris (ſi danda fides Solino, & Herodoto fuerit) ab ijs populis impetatur, qui Athlantici nomine, eius ardoribus per regionem torridam diſſeminatis aduruntur: *Solem orientem, vt exitialem*

Iob. 3.

ipſis, agriſque dira imprecatione contuentur. Vtinam illi ab orbe abeſſent qui *maledicunt diei & parati ſunt ſuſcitare Leuiathan*. Quam eleganter hac de re loquitur C Diuus Chryſoſtomus, vt oſtendat quantâ prurigine irritentur populi, vt in Epiſcoporum mores inuehantur, vt eorum opera obſcurent, vt nullam in eis vel leuiſ-

hom. 2 ad
Tit. c. 2.
tom. 4.

ſimam labem excuſantes, non humanam, at cæleſtem vitam agere præſumant, & miranda patrantes facinora, ad eorum voces extincti reuiuiſcant: hæc omnia ab illis efflagitant, dummodò eorum voluptatibus indulgeant, totamque viuendi licentiam eorum voluntati permittant. Magnum enimuero dictu eſt, quàm facilè leuiſſimæ labeculæ palmaria crimina æſtimentur: ſublimes cum adeò ſint, fulmina præ alijs frequentiſſima ſentiunt, & quæcunque illorum operatio, omnium cogitationes, & linguas ad loquacitatem exacuit: hoc forſan explicaturi Aegyptij veteres admirabile ſymbolum illud effinxerunt, in quo populorum Gubernator horologium dexterâ gerens deſcribebatur, & ſiniſtrâ deficiens ſol cum appoſito lemmate, *non niſi cum deficit, ſpectatorem habes*; Omnes quidem virtutes in vno colligantur Epiſcopo, ſolis inſtar clariſſimus omnibus tùm ſanctè, tum ſapienter effulgeat, quàm pauciſſimi erunt, qui iubar eius aſpexerint, nullus tamen D qui ſuſpexerit. Si autem horologium hoc ſemel tantùm ab æquitate vel leui deflexerit, ſi ſol iſte breuiſſimo huius morbo laborauerit, ſi humanis aſpergatur erroribus, eoſque patiatur defectus, quos cæteri homines patiuntur, proh quàm ſubitò cunctorum acies in eum defiguntur, omnium colloquia in eius mores, eiuſ-

de Sacerd.
lib. 3.

que geſta obarmantur, *non niſi cum deficit, ſpectatorem habes*. ſed ipſemet loquentem ſe præbeat Diuus Chryſoſtomus, qui de Epiſcopo vniuerſim agens, hæc habet. *Qui ſimul atque, vel tantillum officij recti prætermiſerit (vt par eſt non nunquam prætermittere eum, qui homo quidem ipſe ſit, quique humanæ vitæ plenum erroribus pelagus traijciat) iam illum nihil anteacta vitæ honeſtas adiuuat ad incuſantium voculas effugiendas*. Miſerrimam ſanè Antiſtitum conditionem! nec enim illis cùm homines ſint, humanæ imbecillitatis aliquid licet habere, abſque eò quod ad eos carpendos, & lancinandos, obloquentium ſermones accurrant: quid ſi Angeli forent Antiſtites! profectò cum ab omni eſſent peccandi lue alieni, populorum morbos, & ſcelera miſerari non poſſent.

Leuiſ-

Leuiſſima igitur nubecula rotum eorum corpus obſcurat, tenuis quicunque de-
A fectus, ac ſi lethæi fluminis vim haberet, commendabilia omnia delet, famæque
voces obſtringit, vt ad illum euulgandum reſonet, ad hæc celebranda obmuteſ-
cat; præteritarum laudum iubar auernalis inſtar peſtis obfuſcat, & virulentam
adeo luem eius operibus afflat, vt futuris etiam actionibus ab eo faciendis immit-
tat tenebras, inferatque perniciem: ſedet quidem ſacris in ſubſellijs Antiſtes, om-
nium Iudex à Deo deſignatur, ſed populorum proteruiâ ſedet ibi potius ab om-
nibus iudicandus ſine inquiſitione, & defenſione damnatus. *Quinimo leue illud
commiſſum, reliqua illius vitæ luminibus officit: ac certè ſic Sacerdoti omnes iudices
eſſe volunt, vt carne nequaquam compoſito, vt humanam naturam non ſortito, ve-
rum at Angelo, vt humanæ infirmitatis minimè participi.* ſic pergit idem Chry-
ſoſtomus.

§. I.

B

QVIS credat? illis ab iiſdem, quibus, ſi priuatam vitam degiſſet, venera-
rationi & commendationi fuiſſet, contemptui habetur ſi fuerit infulatus,
adeòque contemptum patit ea dignitas, quæ reuerentiam eſſet paritura.
Populorum faſtidio fit, vt illa eadem in Antiſtite carpat, quæ alioquin eſſent om-
nibus ſpectatiſſima: ipſe idem mannæ cibus nauſeam illis parit, ex eo quia Præſu-
les illos tantùm præficiendos ſibi vellent, qui deſides & ſemiſomnes nihil ad eo-
rum cultum euigilarent, nec iuxtà Dei leges, ſed pro eorum arbitrio ſuum regi-
men exercerent: eos exoptant, qui ne frenum cupiditatibus ſuis iniiciant, prope
cœcutiant, nec virulentis morbis, quibus impurantur, medicam manum apponant:
qui demum non Epiſcopi eſſent, at ſimulacra, & inania Epiſcoporum Phantaſ-
mata, oculos quidem habentia ſed ne videant, aures at ne audiant, os at ne le-
uem quidem ad eorum ſcelera ſonitum ferant: maximum hoc è ſtratagemmatis
C omnibus eſt, quibus verſatiſſimus ſimulque verſutiſſimus Tartari ductor vtitur, vt
ſuos triumphos exaggeret: cum enim inſitam genio ſuo rabiem effundere non poſ-
ſit in ſanus in Deum, ardentiſſimè illam euomit, vt ſtygius moloſſus, in Antiſtites,
hoc eſt in Dei Vicarios, & Numinis interpretes: aſſeclas igitur ſuos ad oblocu-
tiones, & dicteria diſſeminanda in eos irritat, quos tartareis ſuis fraudibus ſanctè
obſtantes aduertit. Antiſtites igitur in ſuis è decretalibus vna Innocentius Ter-
tius egregiè admonuit, quod ipſi: *Quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam.* in ipſos ve- cap. qualiter & quando 24. de accuſat.
lut in ſcopum obmurmurantium linguarum ſagittæ vibrantur, & acutior à quoli-
bet ſagitta perquiritur, vt locum maiori vulneri faciat, adeòque idem Innocen-
tius monet in expoſtulationibus, quibus Antiſtites ad cauſam dicendam vocan-
tur, lento plumbeoque gradu procedendum: cum enim ſatis omnium genio indul-
gere non poſſit, imò eum è ſui miniſterij legibus quandoque arguere, corripere,
damnare alios teneantur, neceſſe omnino eſt, vt aliena odia in ipſos ebulliant, &
D humana nequitia ad ipſos denigrandos inſurgat. Diabolo igitur ſuadente eorum
opera moreſque obſcurantur à nonnullis, ſparſorumque ſcommatum, & menda-
ciorum vmbris eorum iubar inuoluitur. His quippe artibus odium, & furor vtitur,
vt ſordida maculoſaque effingat, quæ ſplendida, & pretioſiſſima omnium oculos
ſuâ luce præſtringunt: ipſis virtutibus vitiorum nomen apponit, gemmaſque ipſas
velut ſordes damnat. & premit: hoc certè argumento Sancti Cornelij Pontificis
famam ab improbis viris nigro theta ſignatam ad Antonianum ſcribens Diuus Cy-
prianus defendit. *Quod autem quadam de illo inhoneſta, & maligna iactantur,* ep. 52.
*nolo mireris, cum ſcias hoc eſſe opus ſemper diaboli, vt ſeruos Dei mendacio laceret,
& opinionibus falſis glorioſum nomen infamet, vt qui conſcientiæ ſua luce clareſcunt,
alienis rumoribus ſordidentur.*

Hinc etiam fit, vt omnium oculi in ſolos Epiſcopos emiſſitij ſint, ita vt ſimul p. Chor.
cum gentium Apoſtolo dicere valeant, *Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis,* 4. 9.
& hominibus.

Quin humanas pupillas exuti lynceas oculorum acies homines induunt, toti-
que

que ſiunt oculei argi vt quodlibet opus, quemlibet Antiſtitis nutum inſpiciant, vts inde poſtea ridendi iocandique materiem ad fallendum tempus vſurpent. *Non* A [lib. 3. de Sacerd.] *poſſunt Epiſcoporum vitia ſimulari.* Sed vel parua, atque exigua confeſtim manifeſta fiunt.

Quin imo ipſimet, qui arctiori beneuolentiæ vinculo nobis obſtringuutur, & vel grati animi ſtudio, vel ſui gradus conditione nos tueri, detractorumque licentiam refringere inuictè deberent, ſerpentinis in nos dentibus inuehuntur; dùm enim ad beneficia veluti ad ebibendas aquas ad nos accedunt, venenum in ſua ſede deponunt, nos palam laudant, noſtramque præfecturam præconijs ſummis attollunt: at poſt quam voti compotes fuerint, ſuamque ſitim noſtris vndis expleuerint, exulum virus ſibi reſtituunt, ducesque alijs ſunt, & primipili, vt nos iocularibus verbis irrideant; hinc ſapienter nos admonet Diuus Bernardus, vt cùm alijs degentes maximè perſpicaces ſimus, & cenſorios oculos in nos ipſos ſponte iaciamus, [Serm. 38. ex paruis.] ne alienos cenſorios experiamur: *Quod ſi oculi hominum in nos ſunt, noſtri quo abiere, aut quare ſoli ipſi receſſerunt à nobis?* colligi hoc optime poteſt ex illis B ſacri Cantici verbis. *Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi* [lib. de Iſaac & Anima cap. 4.] *poſt veſtigia gregum tuorum.* ideſt Diuus Ambroſius interpretatus. *exi ad regimen pietatis.* Sic igitur ſponſam videtur ferè cæleſtis ſponſus alloqui: licet virtutum meritorumque gemmis effulgeas, ſi ad aliorum regimen acceſſeris, ſi populis gubernandis Antiſtitum loco præfectus fueris, tunc quidem labes tuas vel tenuiſſimas & fere aſpectus aciem fugientes apertè deprehendes, quàm enim ingentes quàm palmares noxas, vt ſe poſtea criminentur, oues maledicæ repræſentabunt.

Sane Plutarchi fide habemus, Populum Romanum cum in Scipionis celeberrimi vita nil prope arguendum reperiret, hoc vnùm tanquam maxime indecorum illi obiectaſſe, quod nempè aliquantò tardior è lecto vigil aſſurgeret: nec quidam de Pompeio habentes aduerſarij quo lucem nominis eius obnuberent, illud tantum voce clamoſiſſimà buccinabant, quod digito ſibi ſcalperet caput: enim vero quàm palmare flagitium? quà propter Traianum Cæſarem Philoſophus idem C [Plutarch. in polit. ad Traian.] admonuit, non tantùm Principum verba operaque à populis ad libellam ponderanda vocari, ſed ipſaſmet virtutes, honeſtiſſima ipſa ſolatia trutinari, quin cubicula intima ædeſque magis occultas pertumpentes, quid eorum menſæ, quid cubilia peragant, acutiſſimè perſcrutantur.

Hinc egregiè Diuus Chryſoſtomus docebat, fortunatiſſimum omnium Antiſtitum illum eſſe, qui licet integerrimæ famæ peracutis Cynicorum dentibus nequaquam arrodatur. *Epiſcopus autem non poteſt peccare clam: bene enim cum illo agitur, ſi non peccans liber eſſe poſſit à criminationibus: tantum abeſt, vt peccans id poſſit:* illud poſtea ſubdit, primos eius enaſcentis furoris eſtus, eius riſum, eius ipſam quietem tanquam flagitioſam ab ijs damuandam, qui genio Paſtoribus obloquendi feruntur, quique, vt maiorem ruborem eis inijciant, ſuorum præceſſorum virtutes obijciunt, eoſque non raro celebrant, qui vituperandi potius eſſent: *Si vel* [in p. Act. hom. 3] *iraſcatur, ſi vel rideat, ſi vel ſomnum relaxationis concupiuerit, multi ſunt, qui ſcommatis inceſſant, multi qui offendantur multi leges praſcribant, multi, qui priorum* D *memoriam refricent, & praſentem deyciant: idque faciunt, non vt illos laudent, ſed vt hunc mordeant.*

Quis in magni Aihanaſij nomen exaggerata mendacia non obſtupeſcat? ſui temporis ſol ipſe fuerit inſularum decus, fideique Catholicæ Achilles? annon nigram hæreſis notam illi inuſſerunt, qui hæreſum malleus, & flagellum erat hæreticorum? quæ commenta fuerunt in Nazianzenum intorta? ex ipſomet ea enarrante, qui ſcire voluerit, legat? quot diris, & detractionibus Chryſoſtomus ipſe fuit obuolutus? quis tamen eius ſanctitatem, eloquentiam, fidem, caritatem, quà Conſtantinopolitanam Vrbem rexit & ſacrauit, ignoret? quot etiam fuerunt oppugnatores, qui nomen Auguſtini delere contenderint, ex ipſiuſmet concione anniuerſaria ſuæ dignitatis die habita, clariſſimè patet, & vt alios propè innumeros ſilentio prætercam, quos idem maledicentiæ turbo percuſſit, quis ea ignoret, quæ deuoluto proximè ſeculo in Sanctum Carolum aperta veluti acie ſe centuriarunt?

Annon

A Annon ipſe ſuarum excellentia virtutum aditum ſibi ad ſancti nomen præferendum aperuit! annon læthali ſclopeti vulnere diuina virtute euitato, admirabilem ſe præſtitit omnibus, & ſæculorum laudes allexit, cum Mediolanenſi Vrbi, lue teterrima laboranti, precibus, lacrymis, opibus, præſentia, concionibus ſalutaris adeo fuit, vt deleta prorſus vrbs tanta fuiſſet, ni Carolum habuiſſet Antiſtitem, & ſeruatorem. hæc tamen omnia tam memoranda, tam excelſa plurimorum poſtea deriſiones, & dicteria non effugerunt: *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet*. Luc. 23.31. Si maculas in ſole ipſo venantur improbi, & temerè damnant, quid de nobis ſperandum, qui facularum inſtar vix tenui luce donamur? quis ergo infulas affectet tot obloquentium fulminibus impetitas? quis adeò ſe loricatum, & inuictum agnoſcens ad hanc Martyrij ſpeciem perferendam virtute pari præſumat, vt inter futura certamina lætabundus exultet, nec rebus aduerſis fractus animo, vel moleſtijs elidatur, vel erroribus implicetur? hoc certè titulo Martyr à Diuo Petro Damiano Beatus Eleucadius Antiſtites fuit ſalutatus. *Neque verò credendum eſt, Beatum* Serm. 6.
B *Eleucadium, dum adhuc viueret, martyrij caruiſſe laboribus, & ſi non fuerit martyrio conſummatus. Non contemnendum protulit in ipſa Eccleſia pace martyrium; quandoquidem & ſi non cum perfidè credentibus, ſed peruersè viuentibus inſæderabilem probatur habuiſſe conflictum*. Sed iam redire ad Chryſoſtomum placet tanto animi ardore, fideque virtute illuſtrem: ingenuè hic fatetur, frequentiſſimè ſibi Epiſcopales infulas exoſas fuiſſe, illiſque maluiſſe ſpoliari, quàm tot arrodentium, & criminantium probra perferre. *Sæpe malumus miniſterio priuari, quàm murmura eorum ſuſtinere*. hom. 8. in ep ad Philipp. c. 2. Hac etiam ratione ductus apud Dyonifium Caſſium Philiſcus à præfecturis ambiendis Tullium reuocabat: nec enim magiſtratus tantæ vnquam voluptatis eſt, quanti cruciatus, & doloris obloquentium impudentia. *Cæterum* lib. 30. *te Magiſtratum expetere non arbitror, qui oblatum tibi repudiaueris, contempto quod ex eo habetur emolumento ſpretaque breui illa potentia, quæ omnibus calumniari volentibus expoſita eſt*.

Dicteria hæc ab Epiſcopi dignitate ſeiungi non poſſunt: vt enim fieri non poteſt,
C quod ſubiectarum ſibi gentium voluntatem ſuperior impleât, ſic in eum multi maledicè inſurgant oportet: quin, vt ita loquar, hoc ipſum Deo permittente contingit, vt faſtus, quem dignitatis iubar afflat, hoc veluti fræno temperetur, & inter huiuſmodi certamina proborum virtus eluceſcat: alienos dentes patiatur oportet, qui alienas mentes refrænare contendit. *Illud quidem moris eſt, vt in ſe Prælatos lingua prurientes exerceant; & ad hoc Prælati conſtituti ſunt, vt lingua meretricantis iniurias modeſtè, & patienter excipiant*: ſic olim Petrus Bleſenſis. ep. 00.

Hoc profecto collyrij genere candidatorum cæcitatem illuſtrauit peritiſſimus virorum Archiater Chryſoſtomus, vt inepta hæc imprudentiſſimaque infularum vota repellant. *Cum concupiſces Sacerdotium, exaudies pone criminationes, quas illi perpeti neceſſe eſt*. hom. 3. in cit. act. Apoſt. tom. 3. Sed multis retroactis ſeculis Chriſippi Philoſophi Athenienſis opera hoc idem collyrium vſu fuit exceptum: hic enim cuidam ſuæ Reipublicæ Magiſtratus affectanti, Stobæo referente, ſapienter reſpondit. *Quia ſi male rexero*
D *Dijs diſplicebo; ſin bene, Ciuibus*.

Ad Inſularum ambitionem extinguendam octauum affertur Argumentum, in eis ſcilicet grauiora eſſe crimina, grauiuſque puniri. Cap. XXXI.

AD multa magnaque præſtanda dignitas gradus, excellentiaque nos adigit: plurima moderatores dedecent, quæ ſubditos decent, aliaque, quibus ij ſunt immunes, ab illis exigimus: ſi dignitati non conſonuerint mores, in tranſuerſum ruat, oportet. *Multa tibi non licent quæ humillimis, & in angulo ia-*

 centibus

do conſol. ad Polib. *centibus licent.* Sic olim Polibio Claudij Cæſaris gratioſo Philoſophus Seneca: eò turpior macula eſt, quò pulchrior veſtis; quæ nihil deformitatis reliquo corpori aſpergeret, oculum penitus deformat leuiſſima macula, & ſpeſtantium oculos vulnerat: qui perſonam publicam refert multis obſtringitur honeſtatis, probitatiſque legibus, ne muneris lumen obſoleſcat: non bene ſublimi faſtigio nominis abiectus viuendi tenor aptatur, ne à ſe ipſo diſcedat, ſuumque nomen dehoneſtet: omnia ferè dixerim verba, ne dum geſta libret, neceſſe eſt: ſecus enim ea dignitas, quæ ad famam gloriamque conciliandam fuit inſtituta, ludibrio illi erit, & A
Variar. l. 3. ep. 10. probro, hinc Caſſiodorus ſcripſit. *Creſcit enim in illo meritum, cuius maius datur officium, non quia fiat homo alter honoribus. ſed quia modeſtior efficitur, à quo conuerſationis ordo modeſtior poſtulatur; quis enim opinionem ſuam vituperabiliter tractari velit, quam ſpecialiter ad laudes electam eſſe cognoſcit?*

Si autem cum de hominibus tantùm agitur, tantum probitatis à nobis exigitur, quid ſane dicendum de ijs, quæ ad Diuinitatis Gloriam referuntur, cuius imperio ideò lux à tenebris ſeiuncta fuit, vt nempè fulgoris emiſſi virtute, ſui conditoris laudes amplificet, & nomen illuſtret. B

Hinc fit, vt nulla fere dixerim res ſit, quæ peccati deformitatem adeò exaggeret, quàm patrantis dignitas, & excellentia: ſingularem quandam nequitiæ notam crimen illud habet, quo ſe polluit, qui tam grandi Sacerdotio initiatur: ha-
1. 2. q. 63 art. 3. bes hoc ab Aquinate Doctore; ſed iſto prior hoc idem imperfectis operis author edocuit; è ſacro Canonum codice verba eius afferam. *Homo Chriſtianus forti-*
hom. 40. in c. 21. Matt. *ter cadit in peccata propter duas cauſas, aut propter magnitudinem peccati, aut pro-*
c. hom. 5. 40. dixt. *pter altitudinem dignitatis*; conſonant ijs quæ conſueta alacritate dicendi Maſſilienſis Antiſtes pronunciauit. *Criminioſior culpa eſt, vbi honeſtior ſtatus: ſi honoratior eſt perſona peccantis, peccati quoque maior inuidia, vbi ſublimior eſt prærogatiua, maior eſt culpa.*

Adeò autem hæc docendi forma omnibus eluceſcit, vt ex ipſis Ethnicorum tenebris eius ſplendor emerſerit: vnus inſtar omnium Iuuenalis ſit, qui cenſoria virgulâ profligatos ſui temporis mores liberè caſtigauit: quid ipſe dixerit audi. C

ſatyr. 8. *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

Cum igitur Epiſcopalem dignitatem ſuprà omne honoris humani faſtigium ſe attollere ſuperius docuerimus, neceſſariò illud infertur, adeò in Epiſcopi perſona peccati magnitudinem excreſcere, vt fere inter alias culpas Gigas videatur, & licet diuerſam in ſpeciem eius crimen ab aliorum criminibus non diſtinguatur, vix tamen præ ſua mole in ſe ipſo definiri poſſe; hinc certe Diuus Bernardus ſuam loquendi vim ad Eugenium ſcribens, adeò amplificauit, vt non dubitauerit dicere, dicteria, ſales, aliaque huiuſmodi in ſæcularibus viris eſſe leuiſſima, ſed in ſacris viris flagitia immania blaſphæmiaſque videri: *Fugienda otioſitas mater nugarum,*
de cond. l. 2. *nouerca virtutum: inter ſeculares nugæ nugæ ſunt: in ore Sacerdotis blaſphemia.*

Quę proinde Romana Synodus coram Hilario Pontifice perpendens, Antiſtites monuit, vt leuiſſimas etiam labes eodem titulo totis animi viribus declinarent. D
cap. p. c. nul li. 4. 25. q. 1. *Siquidem reatu maiore delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum ſublimitas peccantium.*

Apertè Deus ipſe nobis hæc explicauit Moyſi præcipiens, vt eadem victima,
quæſt. p. in Lucam. quæ ad populi ſcelera expianda Deo immolabatur, vnius etiam Sacerdotis noxis diluendis litaretur: meritò enim Deus, ſic Theodoretus, eadem protſus menſura ab vno tantùm Sacerdotis peccato læditur, quàm à totius populi ſimul collecti
in pſ. 6. multiplici ſcelere offendatur. Audi iam Diuum Chryſoſtomum hæc confirmantem. *Quia quò maior eſt auctoritas, eo eſt maius eorum qui peccant ſupplicium.* Lythurgica ei dignitas, ait Diuus Iſidorus Peluſiota, culpam adeo deturpat amplificatque, vt ingenti fere criminum numero comparetur, eoque pondere in ſanctuarij ſtatera vnum Epiſcopi crimen graueſcit, quo plurima peccantis populi crimina penduntur; immanem Dei amicitiæ proprijs noxis iniuriam facit, qui noxas alienas delere tenetur, & ſi tàm graue de veteris legis Sacerdotibus hoc habebatur, quantò grauius in eis erit, qui Chriſti auditores Deique internuntij ad Catholicam fidem diſſeminandam deſtinantur? Ll-

Digitized by Google

A

§. I.

LICET autem hæc ſuperiùs dicta Sanctorum Patrum, ſacræque Scripturæ
ſuffragio non confirmarentur, validiſſima tamen alia non deeſſent, quibus
explicatiſſima haberentur: inter hæc autem primum ſibi vindicare locum quis ne-
get, quandam perfidiæ & ingrati animi notam, quà peccarum Epiſcopi inſolen-
tius denigratur? cum enim ſolius Dei beneficio ad tam excelſum, arduumque ſa-
cræ poteſtatis faſtigium fuerit euectus, ipſiuſque arbitrio opulentiſſimos cæli the-
ſauros, ſanctiſſima fidei myſteria, & dignitatis ornamenta ſuſceperit, non tantùm
eo amore, quem ab Epiſcopis Chriſtus exegit, *amas me plus his*, non amatur, ſed Io 21. 15.
potius Iudæ veſtigijs ipſe adhærens, proditor diuini amoris eſt, odioque ingenti
fertur in Deum, cùm aptiſſimè Chriſtus ſeruator docuerit, nullà ſibi amicitiæ le-
ge eſſe deuinctum, qui ſuas leges auerſatur, *Qui non diligit me, ſermones meos non* Io 14. 24.
B *ſeruat*; quæ autem atrocior inferri contumelia poteſt, & quam vnquam humana
mens turpiorem vitijs ſpeciem poteſt induere, quàm è beneficijs ipſis peccandi
anſam arripere, ipſoque amore in amantem Deum obarmari? quam ſonorè de
hoc Regij Vates ore conqueritur Deus. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mi-* pſ. 54. 15.
hi, ſuſtinuiſſem vtique, tu verò homo vnanimis, &c. & ex Iſaia. *Filios enutriui, & ex* Iſai. 1. 2.
altaui, ipſi autem ſpreuerunt me; & è ſacri Cantici Sponſa. *Filij matris meæ pugna-* Cant. 1. 6.
uerunt contra me, quæ verba de Anna, & Pilato antiquæ legis hierarchis, & de ſerm. 29 in
Iuda recentis futuro Epiſcopo pronunciari Diuus Bernardus affirmat. Cant.

Adeò autem in ſacris adminiſtris hoc ingrati animi vitium auerſatur Deus, vt
hac tantum de cauſa ex antiqui ſupremi Pontificis thiara, auream laminam ſacro-
ſanctum nomen *Tetragrammaton*, vel *Iehoua* ſcriptum ferens, in eius frontem de- exod. 28.
labi voluerit: ſemper enim Deus optabat, vt eius aſpectui diuina Maieſtas ſe of-
ferret, cuius beneuolentià ad excelſam adeo admirandamque dignitatem tranſuo-
lauerit, & vt dum Sacerdotali apparatu indutus ſacra Deo faceret, hac grati ani-
C mi virtute veluti pretioſiſſima omnium coronà frontem, & animum honeſtaret:
non longe ab hoc diſtat, quo me vir pijſſimus inſtruxit documentum, vt ſcilicet
quotieſcumque ſacra facturus Pontificalibus indutus ſpectarer, inſignem quo me
Deus dilexit amorem, mente peruoluerem; vt enim mihi bacchatam gemmis
thiaram intexeret, ſpinis ſibi rigentem coronam elegit, vt mihi Pontificalem li-
tuum præberet, contumelioſam eum harundinem geſtare non puduit, vt me auro
ſericoque diſtinctis veſtibus indueret, ſquallentem, laceramque purpuram non
reiecit.

Ad ſecundam rationem progredior, quam mihi Romanus Orator ſubminiſtrat:
deformior igitur in Epiſcopo culpa eſt, eò quod pijſſimis legibus populos erudi-
re, crimina inſectari, virtutes excolere, vitia euellere ad eum ſpectet: quà pro-
pter ſi in munere ſuo defecerit, quem later maioris criminis reum maiores ad pœ-
nas euocandum? eo prorſus modo, quo turpiùs alijs Grammatices profeſſor in bar-
D bariſmos impingeret, & diſſonum magis in Muſico, quàm in cæteris eſſet, ſi con-
fuſa canendi arte diſſonaret. *Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbarè
loquatur, ſi abſurde canat is qui ſe haberi velit muſicum, hoc turpior ſit, quod in eo
ipſe peccet, cuius profitetur ſcientiam: ſic Philoſophus (ſic Epiſcopus) in ratione vitæ
peccans hoc turpior eſt, quod in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur artemque vi-
tæ profeſſus delinquit in vita.* ſic Tullius. perfectas profiteri virtutes quid aliud eſt, lib. 2. Tuſc.
quàm illuſtrandæ virtutibus Eccleſiæ totum ſe dare? quà propter quo detrimento
populos afficiat, quibuſque Diuina manu ſupplicijs infigendis obijcier ſe, qui vi-
tiorum tenebris nomen Sanctiſſimum obſcurauerit? quo plane ſenſu formidanda
Iſaiæ verba Diuus Baſilius excipit: *Væ qui potentes eſtis in Iſrael.*

Quod idem Diuus Iſidorus Peluſiota clariſſimè his verbis inſinuat. *Nam qui
ſibi ſumpſit vt aliorum mores componat, ac moderetur; ſi ipſe labitur, maius ob dignı-
tatis ſuæ excellentiam peccatum reddit.*

Hinc ad tertiam rationem facilè ſternitur via, quæ potiſſimùm habetur in ſcan-
dalo, quod improba Epiſcoporum opera ea fidelitate proſequitur, quà corpori

Digitized by Google

adhæreſcit vmbra: abſcondere illa quidem omni arte ipſe contendat? quid tùm? tonſor enir in aula, qui licet, prædilectus, & fidus omnia explicabit; ipſamet fama, quæ hirundinum inſtar excelſis Magnarum ædibus immoratur, oculatior, quam olim Argum Parnaſus effinxerit, quæcunque Præſulum opera veſtigat, eaque poſtea loquaciſſima tubâ circunfert: hinc aurem oritur, vt eadem lue ſubditi vitientur: ij enim, Diuo Auguſtino docente, vt Epiſcopum vident liberiori morum via, A

lib. de Paſtor. ſe dedere voluptatibus, tacitè ſic ſe ipſos excitant. *Si præpoſitus meus ſic viuit, quis ego ſum, qui non faciam, quod ille facit?* quàm fœcunda ſobole ex Epiſcopi vitio, quaſi de ſemine vitia cætera pullulant! ſolus ipſe nunquam peccat: cùm enim ſuo exemplo vitium conſecret, facile ad ſui imitationem alios rapit, qui ſibi ſuadere non poſſunt, licere illi, quod aliis prohiberur.

ep. 127. *Si quis de populo deuiat, ſolus perit, error Prælati multos inuoluit, & tantis obeſt, quantis præeſt,* ſic Bernardus: ſi præcipites vias Paſtor detriuerit, facilius ſequacem gregem habuerit, quàm ſi præruptos virtutum montes aſcenderit.. *Cùm Paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt, vt ad præcipitium grex feratur.* quia tamen in tertia parte vberius de hoc B agendum nobis erit, ad quartam rationem propero, quam ea verba ſignificant, quæ primo regum libro, cap. vndecimo iuxta quatuor Eccleſiæ Magiſtrorum le-

1. Reg 11. 25. ctionem ſic ſonant, *Si populus errauerit, orabit Sacerdos pro eo: ſi Sacerdos errauerit quis rogabit pro eo?* è quibus Sanctus Auguſtinus colligit, ex Epiſcopi noxis tan-

D. Hieron. adu. Lucif. tum incommodum in ſubiectas gentes effluere: cum enim Dei hominumque ſit

D. Ambr. in pſ. 37. ipſe mediator, e patratis flagitijs hanc à ſe facultatem aufert, vt ſcilicet ſuis preci-

D. Aug. in pſ. 36. com. 2. bus Deum propitiare non poſſit. hinc aurem eò maius eſt crimen, quò maior pernicies, quà populi affliguntur: quid enim? ſperent ſubditi è vitiorum corruptione,

D. Greg. in 2. Reg c. 11 morboſàq; morum licentia ſe vel præſeruandos vel abſoluendos, ſi omnium maximè putreſcit, & fœda ſordet contagione ſcelerum, qui ſalis inſtar datur ad morbos profligandos? audi iam quàm grauiter Epiſcopos hac de re Gregorius Magnus

D. Greg. l. 1. paſt. cap. 2. admoneat. *Nemo quippe, amplius in Eccleſia nocet, quam qui peruerſe agens, nomen vel ordinem ſanctitatis habet: delinquentem namque hunc nemo redarguere præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.* C

A Sancto Iſidoro Peluſiota quinta mihi ratio ſubminiſtratur, qua Theonam Antiſtitem ſeriò vir ſanctiſſimus increpat: Annon flagitioſor æſtimandus eſt, qui ea crimina, quæ arguere tenetur in alijs, facile ſibi ipſi immiſcet: magna profectò authoritas eſt, qua nos Deus obarmauit, vt perditos gentium mores excitare poſſimus, diſſolutam Chriſti fidelium diſciplinam rigidius adſtringere, crimina corripere, ſontes damnare; qua ergo licentia, eàdem nos ſcelerum via progredi audebimus, & illas noxas arguere, quæ tantum deformitatis, & nequitiæ in alios nobis videntur deriuare? quidnam aliud hoc eſſet, quàm nos metipſos ſponte damnare, Deique furorem in nos ipſos vrgere? accipe iam Diui Iſidori ſententiam.

ep. 160. *Si nemini non manifeſtum eſt, eum, qui in alios malefactores debet animaduertere, meritò illis grauius eſſe puniendum, ſi ipſe ea facere deprehenſus ſit, quæ vt in alijs prohibeat, conſtitutus eſt; quid quæſo tibi ipſe adularis, quaſi ſemper vigilantem Dei oculum latere poſſis?* D

Si autem adhuc inualida hæc omnia argumenta videbuntur alicui, ſextum his ſuperaddam, & contumeliam perpendant, quæ ex Antiſtitum vitijs in Epiſcopale nomen irrogatur: quantùm enim denigrantur, & deflore ſcunt noſtra ſubſellia, ſi flagitioſus, & immorigeratus vir in illis aſſideat? ipſiſmet cæleſtibus menribus veneranda hæc dignitas contemptui eſt atque ſordeſcit, vt ſuperiùs probauimus: detrimentum igitur adeo palmare, quo res ſacra, & Chriſtiana religio afficitur, quod nam pondus noſtris criminibus ſuperaddit, quantaſque faces ad noſtram vltionem accendit? habes hoc ab Authore operis imperfecti apud ſacros Canones.

c. fin. 4. dixt. *Qui bene ſederit ſuper Cathedram, honorem accipit ab illa: qui male ſedit, iniuriam facit Cathedræ? ideoque malus Sacerdos de Sacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem.*

Nullum ergo, vt Diuus Chryſoſtomus arbitratur, ex humanis flagitijs adeo Diuinum pectus inuadit tantaque iniuriâ maieſtatem eius lædit, quàm illud, quo ſacri

Præ-

A Præſules impiantur; vt enim improbos Antiſtites populi viderint, quis temperare ſe poteſt, quin in Deum eos coronantem mordacibus querelis ſermo humanus aſſurgat? *Nulla re Deus magis offenditur, quàm quòd indigni peccatores Sacerdotes dignitate præfulgeant.*

§. II.

HINC abſque vlla dubitatione colligitur, quàm ſeuerà correptione ſit nos Iudex diuinus habiturus, & quàm immania debeant eſſe ſupplicia, quæ cum ſemper criminibus paria ſint, maxima futura eſſe quis neget: quæcunque res noſtræ, opera, verba, nutus, cogitationes Sanctuarij lance libranda ſunt, & niſi noſtrum munus expleuerimus, quanta nos manent, quibus æternum cruciemur: quàm longè diſtant, quæ aurum pendunt lances, & quæ plumbum: argento ipſo non bene penditur aurum: exactiſſimam lancem auri pretium poſtulat; cui leuiſſimum licet ramentum, quod ab alijs negligitur in pretio eſt, plurimas gerit lances Aſtręa diuina, de quà Salomon. *Spirituum ponderator eſt Dominus.* iuxta perſonarum gradus illis vtitur cæli forum: alias ſiquidem adhibet, cùm Principum ſæcularium opera, alias, cùm ſacrorum Præſulum geſta ſunt ponderanda. Hæc illa profectò eſt, quà aurum penditur, illa ſcilicet, quæ leuiſſima quæque fragmenta minimaſque reculas tam exactè reddit, vt quæ in aliâ ſtaterâ minimè perciperentur, optimè apertèque percipiantur. fidem de his facientem do Damianum. *Abortiuum opus Deus non approbat, qui perſonarum, & officiorum conditionum, & ordinum actus ſtatera prouida diſcuſſionis examinat, & diuerſas habet lances per ſingulos ordines.* opuſc. 13. de perfect. monac. c. 11.

(B in the left margin at "ne penditur aurum".)

Proh Deus, quæ nunc tantum maieſtatis, & decoris inferunt Epiſcopalia corporis ornamenta, quantùm ponderis, quantùm timoris nobis incutient?

Vt à ſomno, quo ſupini premimur, ad hæc perpendenda nos excitemur, totius viribus Diuina Sapientia nititur. ad Magnates illa nos ducit, illiſque nos exhibet, C quibus populorum regimen Deo mandante commiſſum fuit: vt autem tantæ rei grauitas altè illorum mentibus defigatur, attentionem ab illis efflagitat. *Audite ergo Reges, & intelligite, diſcite Iudices, &c.* quid nam hoc eſt, quod nobis pronunciandum erit, ò verax cæleſtiſque Minerua? audi. *Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum, qui præſunt, fiet*; quàm terribilis, quàm exacta, & minuta diſquiſitio erit, quà noſtros iudex Deus introſpiciet mores, noſtraque opera ponderabit: vide hic, quos fructus humanæ pariant dignitates? Sap. 6.6.

Nec abſque conſideratione omitti voces illę poſſunt quæ conſequuntur: *Exiguo enim conceditur miſericordia; potentes verò potenter tormenta patientur*: vel vt Vatablus legit: *Plebeius dignus eſt miſericordia*: ac ſi Eccleſiæ Princeps non cùm miſericordia, ſed cum aſperitate ſit excipiendus: crimina enim, quæ paria ex ſe ipſis ſunt, diſparia, & maiora ſunt è celſitudine dignitatis: meritò maiori ſupplicio afficiantur, qui è ſuis flagitijs tùm ingrati Deo aduerſantur, tum ipſam maiori quaD dam macula ſacram dignitatem obſcurant: hac de cauſa ſimul conferens Diuus Hieronymus Annam, Caipham, Pilatum, & Iudam, quorum potiſſimùm operâ luctuoſa Chriſti morientis tragœdia tam ferociter fuit abſoluta, docet, Pilato deteriores fuiſſe Annam, & Caipham ſupremos antiquæ legis Sacerdotes, omnium vero flagitioſiſſimum Iudam, quem Chriſtus ipſe Seruator ad orbis magiſterium Apoſtolum, & Præſulem elegit. *Eiuſdemne tibi ſceleris videtur reus Anna, & Caiphas, & Iudas proditor, cuius, & Pilatus, qui volens compulſus eſt contra Dominum ferre ſententiam? Quantò maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis eſt, & quantò maioris criminis, tanto maioris & pęna*: quàm aptè habet hic locum parœmia Hiſpanico idiomate à Diua Thereſia vſurpata *A los des agradecidos, la grandeza de la merced les datia*, hoc eſt, beneficij magnitudo nocet ingratis. ibid. lib. 2. adu. Iouin.

Et ſanè in ſuæ poteſtatis ſolio aſſidentem Diuinum Iudicem nobis regius pſaltes repræſentat, ſuis adminiſtris imperantem, vt coram ſe iudicandos Sacerdotes, Epiſcopos ſiſtant. *Congregate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia*: vel vt ex Hebræa origine vertit Euſebius, *Congregate mihi ſanctos* ps. 49. 5.

meos

ibid. *meos, qui ordinant teſtamentum meum*. improbos hic Lithurgos, & Hyctarchas ſignificari docet Chryſoſtomus, in quos ſui furoris ſulmen diuinus vniuerſi Iudex intorqueat: quid autem eſt, vt ſupplicijs æternis deuoti, perennique morte mactandi, Sancti nominenrur? *Cur quos eſt accuſaturus & condemnaturus, Sanctos appellat?* vt nempè, ſic idem ſibi ipſi reſponder, criminum fęditas augeatur, & in ſacro viro tam indigna flagitia magis elucescant; vt enim è muneris ſanctitate culpa fit fœdior, ſic etiam pœna paratur atrocior, *Accuſationem augens, & honorem adijciens, ad maiorem ſignificationem ſupplicij*. A

Ingentem ſanè nobis incutere deberent horrorem immania ſupplicia, quibus ſacerdotalia veteris legis crimina cæteroquin leuiſſima Iudex Deus afflixit ad noſtrum documentum: ad Nabal, & Abiud exemplum quis ſtupore non hæreat, licet ille filius, hic Nepos eorum eſſet, quos eximia dilectione tunc temporis Deus ipſe amplecteretur: non inſtitutum à Deo ignem recentes illi Sacerdotes in thuribulo appoſuerant: Annon tenuis hęc videri poterat nota, & inexperientiæ vitio verti? nihilo tamen minus vitæ pretio luerunt hoc crimen, & intempeſta morte ſublati, miſerandæ veluti victimæ, Diuinæ vltionis manu procubuerunt ad aras: bene eſt: B vt è ſacro codice habetur, nam gloriæ ſuæ vertit Deus, ſuæque maieſtatis rem eſſe arbitratur, ſi in eos acerbè indignetur, qui ad ſacros honores ſuo beneficio elati, nominis ſanctitatem criminibus patratis deformant: vt iuſtus igitur videatur populis Deus, in eos ſupplicijs in geſtis iraſcitur. *Quia hoc eſt verbum, quod locutus eſt Dominus.* 2.Reg 6. *Sanctificabor in ijs, qui propinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor*.

Procop. ibi Theod. 20. Oſæ autem quis luctuoſum euentum ignotet? hic iuxtà Procopij mentem á recta opinione aberrauit: nam Dei Arcam á Philiſtæis tranſmiſſam agnoſcens, ſibi animo perſuaſum habuit, idem à ſe fieri poſſe: ſed infælix non perpendit, multa ſine ingenti labe à Philiſtæis, hoc eſt, vitis ſæcularibus fieri poſſe, quæ flagitioſiſſima ſunt in ſacris Viris; quò ergò Deus in nos beneficentior eſt, eò acerbior, & largior erit in ſupplicijs infligendis.

Hæc aliaque è ſacris paginis ſummorum Sacerdotum exempla Sanctus Theophanes infulatus ſimul, & laureatus Chriſti Diſcipulus collegit, vt magna eorum ſupplicia obiectaret, qui ad Euangelicæ doctrinæ iubar ſacri muneris ſanctitatem ſceleribus repetitis incæſtarunt. huius enim excellentia, eâ menſurâ veteri ſacerdotio præſtat, quà ſuprà terræ ambitum immenſa Cęli interualla ſe porrigunt. C

§. III.

QVIS autem crederet, vt in ipſummet ſexum, quem præ ſua imbecillitate non mediocriter miſeramur, acerbè Deus inuehatur, dùm à Pontificia origine defluens paterna quodammodo crimina referebat: cùm enim ea plerumque lege Principes vtantur, vt in mediocres viros leuiora ſupplicia, ſed potentiora in potentiores immittant, præcepit Deus, vt fœminæ, quæ pudicitiam, qua coronantur, violarent, lapidibus iactis obruerentur: verùm ſi huiuſmodi ſcelere Pontificis filiæ ſordeſcerent, ac ſi leuiſſima pęna iactis lapidibus infligeretur, vltricibus flammis abſumendas conſtituit: quònam tanta pęnarum diuerſitas ſpectat? ſi æquè in vtriuſque ad voluptates ſuperandas mollis, & imbecilla natura eſt, cur tam diuerſa ſupplicia adſcribuntur? An ipſę Sacerdotum officio fungebantur, ariſque deuotæ in partem ſacri muneris accedebant? quis hoc dixerit? quid ergo ex paterno ſacerdotio in fœminas illas redundabat? D

Si ergo è ſolo muneris Sacerdotalis intuitu, maior in Pontificum filias patrati maleficij macula emanabat, pęnaque acerbiori puniebantur, quid ſane dicendum de Epiſcopo, ſi ſordibus hiſce inuoluatur? hoc tu documentum docente Chryſoſtomo hinc excipe: *Aliæ quidem fornicatrices necabantur: Sacerdotum verò filiæ* hom. 46. ad fin. in Matt. *igne cremabantur: qua ex re quàm magnus pœnarum cumulus Pontificem expectet peccantem, legis conditor voluit ſignificare: nam ſi filiam eius atrocius puniri iuſſit, quid erit de ipſo?*

Turo.

Digitized by Google

Turonenſis hoc Præful ille teſtetur, qui expoſtulante Sancto Martino illius Ec- ſpec. mag.
A cleſiæ patrono, ingentium ſcelorum reus, iudiciariâ Dei ſententia damnatus ini- Exempl.
quiſſimo obitu vitam exhalauit. dixt. 9. ex. 177.

Ornamenta, quibus Ioſephum Rex Pharao decorauit, perpendit Philo Hebræus,
cum ad Aegypti Regimen fuit eius beneuolentiâ accerſitus: in Annulo fidem Re-
gi maxime ſeruandam adminiſtris obſeruans, in torque, qui non ſolum pondero-
ſus eſt, ſed ad vinculi morem intextus, magnum latere myſterium affirmat: hoc
autem maximê eſt, quod nempè dignitas eadem, vt probatis viris honorificentiam
parit, & gloriam, ſic improbis, & ſceleſtis catenas affert, & vincula. *Cæterum tor-*
ques aurea non ad gloriam ſolum; ſed & ad pœnam pertinere videtur, &c. lib de Ioſeph.

Acerbè in nos thiara noſtra cenſoris in morem intonabit, metuendâ die vel to-
tius orbis, vel tantum decretoria declamabit in nos validiſſimè; quo nunc adeo
illuſtramur Epiſcopi nomen, obſcuritatem, & contumelias referet in noſtrum ca-
put: quàm aperte ſignificauit hæc Sophoniæ Vatis ore Diuinus Spiritus iuxtà Sep-
B tuaginta Interpretum lectionem. *Diſperdam nomina Sacerdotum cum Sacerdoti-* cap. p.
bus. non opera ſe diſperſurum Sacerdotum minatur, at nomen, eò quod illis im-
par hoc fuerit: Annon enim plerumque ſolo nomine iactabundi opera tanto nomi-
ne paria deſpicamur? hanc eorum verborum mentem eſſe Diuus Hieronymus do-
cet, de illis ſcilicet vatem loqui; *Qui fruſtrà ſibi applaudunt, in Epiſcopali nomine,* ibid.
& in Presbyterij dignitate, & non in opere.

Quid in hac vniuerſitate pulchrius, concinnius, & publicæ magis vtilitati pro-
ficuum quam lux? vt tamen ad aſpectum inter Mundi primordia lux ipſa ſe dedit,
annon cenſorios Iudicis oculos paſſa eſt, vt diligenter introſpecta fidem faceret
ſui candoris, eiuſque bonitas, ac vtilitas innoteſceret; *Et vidit Deus lucem, quod* Gdneſ. c. p.
eſſet bona. Si ergo lucidiſſimi Epiſcopi, moribuſque fulgentiſſimis illuſtres, hac
tam exactâ trutinâ ſunt expendendi, quàm grauior, quàm horrendè cauſa in illos
agetur, ſi maculoſi fuerint, & obſcuri, ſi tetrâ vitiorum caligine obuoluantur?
qua ſane reſponſione ſcelera diluent, cùm de ſeuiſſimis noxis exactiſſimè acerri-
C meque inquinantur?

Quò maior ergo nos Dei dilectio fuit inter ſuæ aulæ dynaſtas nos adnumerantis
eò eius vltio ſeuerior in nos acuetur, ſi debiti loco obſequij temerè in eius glo-
riam conſpirauerimus? quod ſi ſocordes deſideſque famuli cruciatibus æternis ad-
dicuntur, quò vnquam ſupplicij genere torquebitur, qui nomen eius in ſuamet
regia violare non dubitauerit, & morum profanitatem, vitiorumque turpitudinem
ſacro in ſolio ſecum aſſidentem exceperit: *Qui enim inutilem ſeruum projci iubet in* in alleg. Gothic.
tenebras exteriores, quid faciet de indigno, de impudenti, de peſtilenti, de ſe in Chri- Tilman. l. 3.
ſti Cathedram turpiter ingerenti? verba dedi Aelredi. Reg.

Sed quod omnium maximam formidinem, terroremque infert, illud eſt, quo
mentem ſuam, in ſuis conſtitutionibus Diui Clementis Pontificis ſtylo exaratis
Sancti Apoſtoli aperuere: Antiſtitum ſcilicet opera à formidando æternitatis iudi-
ce inquirenda, librandaque eſſe ad aliorum Epiſcoporum comparationem, qui
D pietatis ſtudio, & charitatis ardore cæteris præſtiterunt. *Iudicabo Epiſcopum, cum* Conſtitut. Apoſt. l. 2.
Epiſcopo comparans. Ita ne igitur? Athanaſios, Baſilios, Chryſoſtomos, Martinos, c. 19.
Ambroſios, Auguſtinos, aliaque ſexcenta lucidiſſima ſydera mihi Deus per ſum-
mum dedecus obijciet? meæne ſordes ipſorum fulgoribus conferentur? æquius
profectò eſſet, ſi Gregorio fides fuerit, priuata conditione, quàm in Epiſcopali
ſede damnare: quò enim excelſior ſedes eſt, eò caſus immanior, eò ruina luctuo-
ſior; quò in recenti inauguratione dulcior olim lætitia, eò acerbior ignominia,
lacrymabilior pœna cum Satanæ inſtar, e Sanctuarij cælo præceps, in loca non
redeunda infernæ Domus intraueris. *Grandis dignitas Sacerdotum, ſed grandis*
ruina eorum, ſi peccent: lætamur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum; non eſt tanti
gaudij excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimibus corruiſſe. ſic Epiſcopos allo- in Ezech. 44. 30.
quitur Hieronymus: quid tamen Hieronymum affero, cum Deus ipſe Hieremiæ
ore teſtatus affluenter hoc fuerit? *Vlulate paſtores, & clamate.* Non paſtoris at lu- Hierem. 25
pi vlulatus eſt; ſed qui Paſtorum partes non expleuerunt, merito lupis conferuntur: 25. 32.
quorſum autem tanta hæc clamorum, & vlulatuum vis? audi reſpondentem, *Vt ca-*

datis

datis quaſi vaſa pretioſa. quàm vobis fuiſſet vtilius, ſi tanquam fictilia vaſa, hoc eſt vulgari hominum è ſtatu collapſi colliſiq; fuiſſetis, ſed grauiori ſupplicio meritò fit A vt aurea in dignitatibus vaſa pereant, & perdantur. *Quia quantò ante fuere pretioſa,* ibid. *tantò maius eorum confractione ſit damnum.* ſic Hyeronimus.

Quid autem in huius amplificatione terroris longiùs immoror, cum non opera tantum ſed ipſamet omiſſa pietatis officia cenſoria virgula notabuntur? quàm perrari ſunt ij Præſules, qui in ſuo munere exercendo ſint numeris omnibus abſoluti? Magni Antiſtitis effatum erat, multos ex omiſſionibus Antiſtites æternùm perire, quod Salmeron confirmat, verba illa Apoſtoli ad Timotheum Epheſinum Antiſti- ep. ad Rom. diſp. 9. p. Tim. p. tem ſcribentis obſeruans. *Timothee dilecto filio in fide, gratia, miſericordia, & pax.* In alijs Epiſtolis Magnus hic ſcriptor aduertit, nullam Diuinę Miſericordiæ notionem adiungi, ſed in ijs tantum, quas ad Epiſcopos tranſmittebat, eam apponi. *Quod miſericordia Epiſcopis ſit maximè neceſſaria ob multa pericula, quæ illis imminent, & propter plurima, in quibus ſaltem ob omiſſionem delinquunt.* maior ab Epiſcopis charitatis ardor, fidei lux, & flos pietatis exigitur, quàm ab alijs: flagitioſa in illis ſocordia ipſa damnatur, cùm perniciem ingentem ſubiectis populis inferat. B tract. 3. de ſimpl. Præl. *Cui plus dignitatis adſcribitur, plus ab eò exigitur ſeruitutis.* ſic Cyprianus!

Quà propter meritiſſimè quendam Antiſtitem Sanctus Pontifex Gregorius admonuit, nunquam ab oculis remoueret decretoriam Diuini Iudicis diem, quà noſtri muneris rationem erimus reddituri: quis enim, vt verum fatear, non obſtupeſ- D. Greg. l. 4 ep. 15. cat Diuum Tharaſium Conſtantinopolitanum Hierarcham contemplans, tot virtutibus illuſtrem, tantaque meritorum affluentia opulentum, cùm tartareis iudicibus inter extremos proximę mortis angores acriter diſceptantem de tenuiſſimis noxis, quas immanes illi ſpiritus exaggerata colorum ſpecie illi obijctabant?

Sur. 23. April. Baron. ann. 980. Quis totis artubus non contremiſcat, Adalbertum Eccleſiæ Pragenſis Infulis poſtea donatum reſpiciens? hic enim cum ſuo præceſſori morienti adeſſet, ab eo in mortis articulo audiuit, ſe iam Dœmonum poteſtati ſubiectum ad æternos abripi cruciatus: tanto ſanè horrore perculſus ad voces huiuſmodi fuit, vt pietati, C virtutique tota contentione ſe mancipans ad Pannoniæ Apoſtolatum peruenerit, vide reuel. S. Brigit. l. 3 c. 11. Martyrij etiam laurea decoratus? quis demum ad Chriſti verba non horreat, quibus monemur, quod niſi morum ſanctitas conſonuerit excellentiæ dignitatis, hæc ipſamet excellentia noſtram deſidiam redarguens nos æternis ſupplicij immolabit. *Cum ergo conſideramus honoris magnitudinem, quàm par eſt præbeamus pro ea remunerationem, ne nobis habitus honor inſignis, ſit nobis viaticum futuri* in pſ. 11. *ſupplicij.* hæc è Chryſoſtomo.

Quis igitur ad has rationes ſuo ex animo ambitum non euellat, ardoremque ſitis extinguat, quà rapitur ad ſacras ſedes, & Epiſcopales infulas anhelandas? an rectus, an prudens ille dicatur vir, qui ſe in periculoſas adeò ſyrtes immittat, qui naufragio ſuo blanditus illud amplexetur, qui per exitioſas, & fatales vias præceps, ruere ſponte eligat? fortè ſedis Epiſcopalis fulgor allicit te, faſtigij regimen excitat, præſtitique obſequij magnifica forma te corripit? ne radiantem D Epiſcopalem ſedem anhelantibus oculis ſpectes, at tribunal horrendum reſpice, quod vltor Deus inter flammas, fulmina, & faces premit: ad hunc aſpectum dementiam ambitionis exues, & tumeſcentis animi fœdam lepram excuties: dabo ſuper ep. ad Rom. Origenem: *Omnis adeundi honoris Eccleſiaſtici abſcinderetur ambitio, ſi ſe iudicandos potius, quam iudicaturos hi, qui præeſſe volunt populis, cogitarent.*

Quàm ſapienter igitur pijſſimus vir Frater Iordanus primus à Diuo Dominico totius Ordinis Prædicatorum Moderator Epiſcopo cuidam dixit, libentius ſe illi ſocium in ſepulchro quam in ſolio affuturum, inter vermes potius, quàm inter Infulas.

A Ex ratione, quam de Populorum animabus ſunt Antiſtites reddituri, nona ratio eruitur ad ſacrarum dignitatum ambitionem delendam. Cap. XXXII.

T*Erribilis eſt locus iſte*: aggeſtas opes vt maioribus lucris amplificent, infidæ pelagi fidei ſe, merceſque ſuas nautæ committunt, ſcopulorum inſidias, ſyrtium fraudes, verbera fluctuum, procellarum rabiem, ventorum prælia perpeſſuri: verùm ſi nauticâ pyxide careant, certis vtique naufragijs immittunt ſe: quàm profectò audax eſt, qui ſacris regiminis pelago ſe credit, & aliena pericula,
B è priuatæ vitæ littore reſpicere potens, ſacræ nauis clauo gubernando præfici optat, eaque animârum lucra, quibus Sanctiſſimi viri diteſcunt, per vndas adeo procelloſas inquirere? quis neget ingentia diſcrimina his imminere, adeo vt cum vate regio poſſit illud recitare: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*: ſi tam difficile opus videtur vni ſuæ ſalutis nauiculæ præeſſe, quantò magis arduum, & fere inſuperabile æſtimandum, ſi gubernanda tibi ſit nauis, quam plurimi viatores impleant, diſcordes, varii, genio ſimul, & voluntate difformes: peritiſſimus hac in rè magiſter Nanzianzenus Gregorius, ſibi magis conducere arbitratus eſt, vt ſuæ ſecuritati proſpiceret, hanc alijs prouinciam imponere, ſeque periculoſo certamine ſubducens, terris potius immorari, ibique ruſticè potius, & ſolitariè viuere, quàm vt alij ſaluti eſſet, ſe ipſum perimere. *Alius mercatura cauſa nauiget, mihi vero melius, atque optabilius eſt in terra quietem habenti, atque exiguum aruum, & dulce ſulcanti, & lucra, & mare procul ſalutanti, exiguo ac rigido pane vitam, vt potero, ſuſtentare, eamque tuto, ac tranquillam ducere, quam ob in-*
C *gentes quaſtus graue diuturnumque periculum ſubire*. ſic tantus magiſter. quàm frequentes ſcopuli ſunt, quàm multę charybdes, quę nobis inſidiantur, quàm vario æſtu fluctus aguntur, quàm infida facie mare blanditur: Aquilones, & Auſtri toto hinc impetu inſoleſcunt, pyratæ ſæuiſſimi per illud graſſantur, furit mors, horrendoque aſpectu diuinum tribunal illis etiam ſe dat aſpectandum, qui ventorum aura blandiente remiſque innocentibus vitæ huius pelagus tranſegerunt: quis enim non horreat, cum Deo iudici tot operum rationem reddere cogatur: quantò autem magis horrendum, & formidandum mihi illud accidet, cui nulla ſine crimine hora tranſigitur, quique nauigandi prorſus ignarus, eo velificari Oceano ſum aggreſſus, quem Palinuris ipſis, Sanctiſſimis ſcilicet nauarchis, inſuperabilem eſſe quotidie ſpectamus; mihine vires aderunt, vt de tam multiplici nautarum genere, qui meo miniſterio ſe ducendos addixerunt, rationem Deo iudici referam? an de tàm ingenti noxarum pondere iudicandus hilarem me præſtare poſ-
D ſim, cùm qui vno tantùm otioſo verbo leuiter ſordet, acerbum Dei tribunal incurrat? profectò diuini præceptoris illa verba iure merito formidem. *Omni autem, cui multum datum eſt, multum quaretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo*: quis enimuerò clarior cariorque theſaurus, quæ nobiliora cymmelia committi noſtræ fidei poterant, quàm humanæ animæ tâm ingenti pretio ſanguinis per ſummos cruciatus effuſi ab homine Deo redemptæ? *Multum commendatur ei, cui cum ſua ſalute Dominici quoque gregis paſcendi cura committitur*: dedi Bedam: qua propter ad Anaſtaſium ſcribens Diuus Gregorius, quadam ſe inuidentia in eum ferri pronunciauit, dùm ſecurior ipſi quam ſibi ſalus videretur. *Quia tu tua tantum peccata, ego & eorum, qui mihi commiſſi ſunt, porto*.

p. 21. · Orat. 1. · Luc. 12, 48 · ibid. · Ep. 29

Non omnium eſt, alienorum criminum pondus efferre, & magnum quid ab eo exigitur, qui ſe ad multarum gentium debita perſoluenda ſpondet vadem: quid autem aliud eſt animarum regimen ab Antiſtite ſuſcipi, quam debita, quibuſcùm Deo Populi obſtringuntur, ſuſcipere, ſeque ad ea perſoluenda obligare, ſi ſuæ negligentiæ crimine adhuc ſupereſſent inſoluta? ad hoc euitandum illis admonemur

Prou.6.1. verbis Sancti Spiritus ore prolatis: *Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, deſixiſti* A
apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprÿs ſer-
monibus: hoc namque tropologico ſenſu verba hæc â Sanctis Gregorio, Aquina-
D.G eg. 3. paſt.adm.5. te, Beda explicantur, Epiſcopum ſcilicet veluti ſponſorem ſe cum Deo obſtrin-
D. Tho. in gere ad ſubditorum animas ſeruandas, & dandas Beatitati: cuius rei cauſa vires
ep. ad Hebr 6.13. omnes ſuorum morum exemplo debet impendere iuxta illas voces. *Deſixiſti ma-*
diſt.3. *num tuam*: rum verbis, & monitis, iuxtà illas alias, *illaqueatus es verbis oris tui*.
pro ſubditorum animabus vadimonium hoc ab Epiſcopo, Deo præſtatur: hæc au-
tem coram Deo æquiſſimo rerum omnium æſtimatore tanti ſunt pretij, vt ſangui-
nis ſui pretio licet infinito redimere illas voluerit: ſuam igitur ſalutem pro ſalute
aliena Antiſtes obſtringit ſe.

Quid autem eſſe dixerim, vt dum hæc adeò illuſtria verba pronuncians Deus,
tanquam filios nos alloquitur, *fili mi*, dùm ex relatiuorum natura parentem ſe
fateri deberet, extraneum ſe potius appellet. *Deſixiſti apud extraneum manum*
vbi ſup. *meam*. Reſpondentem audi Bernardum apud Aquinatem Magiſtrum, quià *Deus* B
amicus eſt in ſponſione, ſed extraneus in exigenda ratione, infulis nos coronat Deus
vt Pater, & paterna beneuolentia ductus ad ſacras nos euehit ſedes, ſed parentis
nomen, & amorem exuit, cùm de reddenda ratione ſtatuitur, Iudicis ſeueritatem
induit & tanquam extraneum creditorem ſe gerens, in omnes abſque vllo diſcrimi-
ne furorem ſuum effundit: hanc ſane mercedem ſocordia noſtra recipiet, & depoſi-
ti magnitudo, quod noſtræ fidei commendatur.

Quæ nam ergo maior inſania, quàm ſe tam graui debito ſponte ſubijcere, &
precum laborumque pretio tantam ſibi oneris molem coëmere, quod de ijs potiſ-
ſimè dicendum eſt, qui ſapientiâ, integritate, conſilio deſtituti rem in numerato
non habent, quâ ſatis debitoribus faciant: quin ſi cæleſte idioma non ignoremus,
ipſolmet oblatos honores cum gaudio, & voluptate ſuſcipere, inſaniam quan-
Prou. 29. dam repræſentat. *Stultus homo plaudet manibus cum ſpoponderit pro amico ſuo*. ſic
18. hominum ſapientiſſimus euulgauit. C

An prudens ducendus iſte, qui ſe pro tot viris obſtringit ſibi ſemper ignotis, &
quorum plurimi bonis cunctis operibus ſpoliantur? dedecet igitur, iuxta Bedæ ad-
hortationem nos eorum fieri ſponſores: cum enim quiquam de ſuo non habeant
quo ſe poſſint abſoluere, noſque relinquant indemnes, fieri non poteſt, vt ingen-
ti detrimento non obruamur: ponderoſam adeò hanc rationem Sanctus Doctor,
æſtimauit, vt formidaret, ne huius metu ab Eccleſiarum regimine multi ſubdu-
cerent ſe, adeòque ſacræ ſedes deſtituerentur Epiſcopis: hac igitur occaſione ar-
Bed.in Prouerb.22.17 repta ſuas temperans voces ait. *Hoc autem dictum eſt, non quod curam regenda-*
rum animarum, cum tibi regulariter impoſita fuerit, ſuſcipere non debeas, ſed ne
paſſim nullo iubente, doctoris tibi, ac Præſulis officium temerarium vſurpes.

§. I.

D

PEracerbum profectò videri poſſit, ſubditorum noxas ſocordiæ deſidiæque Præ-
ſulis verti, deque alienis erroribus reum iudicio Diuino ſiſtendum, ac ſi non
alieni eſſent, at proprij: hoc forte ſignificaturus gentium Magiſter ad Corinthios
p Chor. 1. ſcribens ait *Epiſtola noſtra eſtis vos*. hoc eſt ſicut Epiſtolarum errata ſcriptori tri-
buuntur, ſic veſtra flagitia, o Corinthij, non tam vobis, quàm mihi veſtro Præ-
ſuli tribuenda.

Hac eadem de cauſa, cùm ſe tàm fœdo idololatriæ ſcelere gens Hebræa in ſo-
Exod. 32. litudine ſe ſordidaret, ſubiratus Moyſes Aaronem alloquens ait: *Quid tibi fecit*
populus hic, vt induceres ſuper eum peccatum magnum? annon Aaron inſanienti po-
pulo reſtitit impauidus, & vt eius mentem à tam turpi flagitio auerteret, vires om-
nes intendit? annon niſi deliranti eius genio indulgeret, lapidibus immiſſis obrue-
batur à populo? quid ergo Aaron vnus improbus audit, & ſceleris author dam-
natur? hoc enim ſuperiora verba clarius explicant. *Videns Moyſes populum, quod*
Exod.c.32. 25. *eſſet nudatus; ſpoliauerat enim eum Aaron*. ſiccine Aaron! cùm potius Aegyptijs
Deis

Deis ſe vltrò euaporato thure Iudæi deuouerint, acceptaque obtulerint benefi-
A cia? implicitam difficultatem explicantem audi iam Auguſtinum. *Notandum* qu. 146. in Exod.
*quemadmodum illud totum, quod populus fecit, ipſi Aaron attribuatur, quod eis con-
ſenſerit ad faciendum quod male potuerant: magis enim dictum eſt, diſſipauit eos Aa-
ron, quoniam ceſſit eis, quam diſſipauerunt ſe ipſi, qui tantum malum flagitauerunt;*
vt enim ſacri docent interpretes, lapidibus potius ſe obruendum eligere debuit,
quam ſe tanto flagitio impiare.

Sed formidoloſius adhuc illud eſt, quod de eodem populo narratur, cum Moa-
biticarum mulierum forma, & lenocinijs irretitus ſe ſordibus obſcenis inquinauit,
idoliſque colendis ſe dedit: de tanto enim ſcelere Deus indignatus, intorto iam num. 25, 8.
fulmine Moyſem alloquens ait. *Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos con-
tra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael.* Magnum enim vero hoc ibid.
eſt: peccat populus, & ſi cum Oleaſtro probabiliter diſſerere voluerimus, haud
quaquam credibile eſt Magnates, & Dynaſtas ſe cum populo ſordido putidoque
B flagitio commacularos fuiſſe? quid igitur eſt, vt Principes tam fœda morte damnẽ-
tur, incolumi populo? *Alius eſt qui peccat, alius ille qui vapulabat;* unde hoc? ſed lib. 2. ep. 15
aptiſſimam audi rationem. *niſi quia culpa ſubditorum in præpoſitorum redundat op-
probrium? & quod ab ouibus erratur, negligentiæ paſtoris adſcribitur.* ſic Damianus.
habent hoc Præſules, vt ſe pro ſubditis ſponſores exhibeant, eorumque debitis ſe
obſtringant: ſe populorum integritati vigiles futuros promiſerunt, ne quid detri-
menti ab hoſte Tartareo verſutiſſimo patiantur: ſi in hoc præſtando defecerint,
peccante populo ipſi puniuntur: Egregiè ad hæc Origenes: *Populus peccat, & Prin-* homil. 20. in
cipes ſuſpenduntur: pro populo enim coguntur Principes reddere rationem; ne fortè Numer.
*non docuerunt, non monuerunt, non ſollicite arguerunt eos; qui initium culpa dede-
runt, vti, ne contagio diſpergeretur in plures: hac enim omnia facere Principibus
imminet.* quid hinc ad noſtram vtilitatem edocemur? vt nempè inſitam ambitio-
nem euellamus è pectore, animumque non ſolum à dignitatibus concupiſcendis,
ſed ab ipſis etiam oblatis fugientes auertamus. *Hac ſi cogitarent homines, nun-*
C *quam cuperent, nec ambirent populi principatum: ſufficit enim mihi pro meis argui
delictis, ſufficit mihi pro memetipſo, & peccatis meis reddere rationem: quid mihi
neceſſe eſt etiam pro populi peccatis oſtentari, & oſtentari contra ſolem, ante quem nihil
poteſt abſcondi, vel obſcurari.* quidnam cuicunque magis formidandum quàm
ſuſpendi contra ſolem? hoc eſt coram Deo omnia ſpectante, audiente, ſciente iu-
dicandum, & puniendum ſiſti, vt de gentium criminibus reddat rationem. quis ad
hæc non expallcat, quis ambitionem non expellat, & pruritantem animum non
ſuffocet? hoc profectò ſanctiſſimè nos admonuit Diuus Iacobus Apoſtolus. *Nolite* 3. 1.
plures fieri Magiſtri, fratres mei, quia maius iudicium ſumitis.

Quis ergo ſe tam iniquo habuerit odio, vt his maturè conſideratis molem adeò
immanem, & fere intolerandam ad tam aperta, faciliaque ſuç ſalutis diſcrimina
vltrò eligat, electamque tanta contentione perquirat? quàm exacta reddenda ſit
ab illis ratio, ex Origenis verbis perpendatur! quàm oculatum erit examen, quo
D in ipſos inquiretur, an ritè populos erudierint, diligenterque admonuerint, an
diuinæ legis contemptores correxerint, & errantibus oſtenderint comiter viam,
deque ſuo lumine lumen accenderint, an demùm vitia præſertim ea, quæ fœda
contagione graſſari in alios poſſunt, herculea virtute proſciderint.

Aptiſſimè hoc idem in miſerando Heli Sacerdotis exitu nobis aperitur: hic de
ſuiſmet erroribus nullibi legitur expoſtulatus à Deo, ſed è filiorum tantum pec-
catis non eà, quà fas erat correptionis acerbitate caſtigatis, ingentibus à Deo fuit
pœnis afflictus; hinc Sanctus Gregorius eruit, non ſatis Epiſcopos ſua pietate ad- lib. 2. in p. Reg. 2.
uerſus Dei minas obarmari, niſi etiam de ſubditorum rebus dederint rationem:
priuatis viris hoc ſatis eſt, ſi vt ſuæ ſaluti conſulant, innocentiæ morum ſtudue-
rint, ſed maius aliquid à Hyerarchis exigitur, hoc eſt ſubditorum pietas, benigni-
tas in probos, in improbos ſeueritas: dignum etiam animaduerſione videtur, quod
caſtigatus à Deo Heli præceps è ſede ruerit in terram, ac ſi erudiret nos illo Deus,
huiuſmodi pœnam in eum irrogatam, eò quod ſedis illius authoritate abuſus, ef-
fræni licentia filiorum vitia vagari permiſerit: de hoc tamen in tertia parte vberiùs
nobis agendum.

§. II.

A

QVID autem eſt, vt è legis antiquæ ruderibus ad hoc explicandum exempla congeramus, ſi Chriſti lex tecentibus ſcatet, idemque noſtræ ſalutis aſſertor, primuſque ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex ad ſuum genitorem victor è morte, quàm pro ſuis ouibus dignus Paſtor ſuſtulerat, rediturus de ſuis ſibi commiſſis ouibus accuratam Deo rationem reddere voluerit, deque illa præſertim Iudæ, qui tranſuerſum actus interijt: hoc idem ad Cæli, terræque conſpectum teſtari etiam voluit, ſuum Prothonotarium Ioannem, homines, Angelos,
Io. 7. ipſumque parentem Deum verbis illis obteſtatur, *Pater ſeruaui eos, quos dediſti mihi: vnus eſt qui perijt*. Iudæ iacturam vt excuſaret, conceptumque de ea dolorem exprimeret, addidit: *Qui manducabat mecum panem, leuauit contra me calcaneum ſuum. Et cum hoc dixiſſet, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt Ieſus, & dixit: Amen amen dico vobis: vnus veſtrum me traditurus eſt.* Vt ab incepto illum B
flagitio reuocaret, eiuſque corrupto ingenio ſanitatem afferret, operam omnem impendiſſe profeſſus eſt, & ad excelſum Apoſtolici gradus eum culmen euexit, ſuis familiaribus adſcripſit, triennali labore cæleſtibus eum imbuit diſciplinis, & vt auaritiam qua laborabat expelleret, opes omnes tractandas ei dedit, rerumque adminiſtrum elegit, ne auri inopia venalem Deum facere meditaretur: tàm amanter cum eo degit, vt lapideum cor eliquaſſet: hæc tam ſuauia Dei amantiſſimi blandimenta vicit effrænatiſſima eius iniquitas, & Araneam Imitatus, eo de Cæli rore quo ſydera Margaritas effingunt, teterrimum virus ipſe compoſuit, vt immedicabili vulnere ſe conficeret; quà propter Chriſtus Dominus proteſtatus eſt, nulli ſuo
in dict. loc. Io. defectui vertendum, ſi miſer ille perderetur. *Vt iuſtificaretur in eo Dominus, hæc ei contulit.* ſic Ambroſius: in eo cæleſtibus beneficijs ditando munificentiſſimus Deus fuit, vt cuicumque apertum eſſet, ad interitum eum ſponte ruiſſe, non Dei acerbitate, ſed ſua mentis peruerſitate raptatum. *Vt non quaſi inuidia exaſperatus, ſed quaſi præuaricans gratiam, maiori eſſet offenſæ obnoxius.* ſi ergo de vnius C
tantum iactura tam validè Deus ingemit, tantoque opere conſcientiam ſuam expurgat, quànam ſeueritate agentur Antiſtites illi, quibus plerique ſubditorum æternum intereunt, ſi ipſorum vel vitio vel deſidia interirent?

Quod ſi ad ſe excuſandos, ignaros, & imperitos ſe fateantur, imbecilla & euanida Deo iudici erit hæc excuſatio, nec alienam vim vel neceſſitatem licebit è Chri-
de Sacerd. l. 5. ſoſtomi ſententia afferre. *Neque enim licet imperitiam excuſare, neque ad ignorantiam confugere, neque aut neceſſitatis aut violentiæ ſpeciem obtendere.*

Negligentia, qua ſalus animarum ab Antiſtite damnatur, grauis adeò noxa
Gloſſ. pen. in c. ea quę de off. Archid. Hoſt. in c. inter cætera de off. ord. Soccin. in c. inter n. 4. de pung. Elias Cret. in p. orat. Naz. eſt, vt ſi Canonum Magiſtris fides habeatur, capitalis criminis reum animum faciat.

Minaces illas voces Cretenſis Elias ad hanc rem perpendit, quibus Ezechiellis ore negligentes Hierarchas Deus obiurgauit. *Conturbatio ſuper conturbationem veniet*, vel iuxta Diui Hieronymi lectionem *væ ſuper væ* erit, ac ſi dixerit, tum D
in hac vita, tùm in futura cruciatibus magnis affligendos: quo eodem vel ſatis proximo ſenſu, illud etiam à Diuo Laurentio Iuſtiniano explicatur. *Duplici contritione contere eos.* habes hoc in negligentibus Hierarchis, ait Sanctus hic præce-
Ezech. 7. 26. Hier. 18. 18. l. de Iuſt. & regim. Prælat. c. 5. ptor, *Duplici contritione atteritur Paſtor: ſui ſcilicet, & ouium perditione, præſertim earum, quæ ipſius conuincuntur perijſſe incuria.* re enim vera, cum ſibi grauem hanc prouinciam Antiſtes imponit, perſuaſum illud animo habeat, Chriſtum Dominum ſupremum hominum Paſtorem, quemlibet ſubditorum illis deſignantem, illud idem pronunciare, quod regi Achab ſubobſcurè quidam è ſacris vatibus ſi-
3. Reg. 20. gnificauit. *Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius.*

Serm. p. in die poſt Paſch. Quà propter, cùm ſemel pro panegyri populum ſuum Diuus Auguſtinus alloqueretur, impensè ciues omnes poſtulabat, vt ſaltem ſua commiſeratione commoti à vitijs abſtinerent: aliàs etiam in ſuæ dignitatis anniuerſaria die ſe hiſce ſtimulis torqueri profeſſus eſt, cùm ſacra dignitas ea ſit: *De quà difficilis redditur ratio.*

ratio. nomen etiam Epiſcopi *periculi nomen eſſe* affirmauit, eum immenſa prope-
A modum ſit difficultatum ſeges, quibus ad Regimen animarum ritè perficiendum illaqueentur Antiſtites: alia etiam ratione Diuus Chryſoſtomus vtitur, ſcilicet Epiſcopum exercitus Ducem eſſe (quis enim neſciat: *Militia eſt vita hominis ſuper terram*) & bellumq; habere aduerſus validiſſimos hoſtes, hoc eſt in Dæmones in vitia, in effrænatiſſimos viros, in laſciuientes animi æſtus, aliaque ſexcenta, quæ toto terrarum orbe vitioſiſſimâ ſobole adoleſcunt. Diuus autem Bernardus paucis tantùm & Sanctiſſimis viris gubernandis præfectus, toto animo contremebat, ne eorum aliquo pereunte, de eius iactura reus ipſe à Deo ad dicendam cauſam vocaretur. *Quid ego infelix quò me vertam, ſi tantum depoſitum contigerit negligentius cuſtodire? non eſt mihi dicere cum Caim, nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? &c.*

ſerm. 39. in nouis.
lib 6. de ſacerd. c. 12. Iob. 7.
ſerm. de tripl. adu.

Quid autem horum exempla præfero, ſi Paulus idem Apoſtolus, qui Antiſtitum omnium excellentiſſimus non tantùm omnes piiſſimi Præſulis partes expleuit, ſed ferè dixerim, longe tranſcendit, mole hac honorifica preſſus, ingenti cùm metu horreſcebat? ad Corinthios ſcribens ingenuè hoc ille profeſſus eſt. *Et ego in ti-*
B *more, ac tremore multo fui apud vos*. quæ verba Diuus Chryſoſtomus offendens in hęc ſermone validiſſimo erupit. *Si Paulus Dei mandata ſic obſeruans, vt maiora etiam quam ipſi à Deo iniuncta fuiſſent, præſtaret; numquam ſui ipſius, ſed ſubditorum tantum commodo ſtudens; ſic vbique formidauit magiſtratus ſui molem expendens, quid faciemus ipſi, qui multi vbique ſumus in quærendis, quæ noſtra ſunt? qui Chriſti mandata Pauli exemplo non modo non ſuperamus; ſed ea maiori ex parte tranſgredimur.*

lib. 3. de ſacerd.

Et ſanè, ſi tota hac rerum vniuerſitate longe pretioſior eſt vnius animæ ſalus, quà formidine concuti debet, qui pluribus moderandis præficitur, ne earum aliqua ſuæ deſidiæ vitio pereat, quis nam adeò plumbeus Paſtor ſit, qui tàm ingens diſcrimen contemnat.

Coram Deo ſimul cum noſtris ſubiectis populis ſiſtendi ſumus: ſpectandum nobis ſimul ſe dabit Diuus Gregorius Thaumaturgus, qui cum ſeptendecim Chri-
C ſtianæ fidei aſſeclas in ſua vrbe tantum inueniſſet, tanto labore ſtudioque eos excoluit, vt multiplici poſtea fœtu ſe fide porrigenre ſeptendecim tantùm Idolorum cultores eadem in vrbe moriturus reliquerit, reliquis omnibus ſui ſanctitate laboris Chriſtianæ fidei datis: alij etiam Epiſcopi aderunt, qui greges ſuos incolumes à lupis ſeruaturi immanes labores, exilia, cruciatus, ipſamque mortem pertulerunt: dabit ſe nobis ſpectandum Diuus Carolus, quem recenti hac ætate nobis Numen exhibuit, vt veterum Epiſcoporum exempla referret, nobiſque virtutis Epiſcopalis Idæam exprimeret: proximus huic Franciſcus Saleſius erit, hoc eſt alter Carolus Galliarum: nos autem quos animarum quæſtus recenſebimus? liceat hic mihi cum ſenſu veritatis illis vti verbis, quibus pia humilitate eruditus Diuus Gregorius vtebatur: *Cum igitur tot Paſtores cum gregibus ſuis ante æterni Paſtoris oculos venerint; nos miſeri quid dicturi ſumus, qui ad Dominum noſtrum poſt negotium vacui redimus, qui Paſtorum nomen habuimus, & oues, quas nutrimento noſtro debeamus oſtendere, non habemus?*

hom. 17. in Euang.

D Qui igitur tam graui pondere liber, ſui iuris adhuc eſt, tam diram infularum ambitionem excutiat, ſuæque animę ſaluti tantum proſpiciens, alienas omittat aliis gubernandas: ingentis loco beneficij ei ſit, à tam periculoſa dignitatis alea expeditum incedere: de hac enim Hyeronimus recenter inaugurato Epiſcopo ait. *Cum electus eſſes ad Epiſcopale faſtigium, quo grauius, & periculoſius nequit cogitari, &c.*

in regul. Monach.

Nos autem, quibus tantum onus impoſitum eſt, à Diuo Gregorio admonemur, ne commodis delicijſque vacantes, inter gentium obſequia dulciter dormitemus: oculatiſſimi potius vigilemus, illudque noſtris animis non ſine terrore adhæreſcat, diuino Iudici ſimul cum ſubditis omnibus eſſe ſiſtendos; quod ſi vix nobis de noſtra ſalute rationem Deo reddere fas eſt, qui fieri poteſt, vt de tam pluribus reddamus rationem? hac ſane cogitatione conceptum ambitionis faſtum extinguemus, debitaſque charitatis flammas in nobis excitabimus. *Penſet ergo vnuſquiſque ad ſatisfaciendum diſtricto Iudici, de ſua fortaſſe anima vix ſufficit, quia tempore red-*

denda

lib. 4. moral. c. 19. *denda rationis, quot regendis ſubditis praeſt, tot, vt ita dicam animas ſolus habet; qua nimirum cogitatio, ſi aſſiduè mentem noſtram occuparet, omnem ſuperbiæ tumorem ſine dubio premeret.* A

Suorum vulnerum cruentas adhuc cicatrices decretoria die nobis Chriſtus Seruator oſtendet, nos ità alloquens: laceras manus, cruentos pedes, confoſſum latus reſpicite, vt pretium, quo animas regimini veſtro commiſſas redemi, poſſitis aduertere; iam mihi diligentiam veſtram, conatus voſtros exponite, quibus pretioſum adeo depoſitum mihi ſeruaſtis? an vitio veſtro vna perijt anima, cuius amore vltro totum cruorem effudi? vobis vt mercatoribus meis opes tradidi meas, vt eas maioribus lucris ampliaretis: anne igitur hoc veſtris laboribus præſtitiſtis? meo gregi paſcendo vos præfeci Paſtores, an paſcua doctrinæ paraſtis quibus enutriretur, an lupos expuliſtis quorum aggreſſionibus premebatur? maiori ne ſtudio laboraſtis, vt vobis eſſent oues ſuo lacte, ſuaque lana perutiles, an potius ſanis Sanctiſque Paſcuis paſcerentur? profectò, pleroſque eorum Antiſtitum, quorum oculos hæc noſtra legenda occurrerint, Deo ſe oblaturos ſperamus *Portantes manipulos ſuos*, manipulos ſcilicet laborum, & palmarum: ſed quantus mihi de me paucíſque forſan alijs timor incumbit, quis dolor, quis horror, quæ tormenta animum eo temporis articulo laborantem cruciabunt? quem metum feralia ea tonitrua nobis incutient? *Nos miſeri quid dicturi ſumus, qui ad Dominum noſtrum* B

hom. 80. in Euang. *poſt negotium vacui redimus? qui Paſtorum nomen habuimus, & oues, quas ex nutrimento noſtro debeamus oſtendere, non habemus.* ſic omnium ore Gregorius.

Specul. magni exempl. dixt. 9. exempl. 276. Abundè his omnibus fidem faciunt, quæ de miſerando quodam Antiſtite narratur: cum enim hic laxiori viuendi diſciplinæ ſe daret, luxuique totus incubaret, omittens, quæ ad animarum ſalutem, ſuæque dignitatis miniſterium ſpectabant, iudici Deo exponi ſibi ipſe viſus eſt, innumeris propè dœmonum centurijs eum de varijs & palmaribus flagitijs accuſantibus, & præſertim de eo, quod eius vitio duo millia animarum æternùm perierint: hinc acerbiſſima obiurgatione à Deo iudice primum exceptus, ſtata quadam die damnandus erat; ſed quia nulla vitiorum emendatione habita, dies illa decretoria aduenerat, dœmonum agminibus vndequaque obſeſſus, ſpiritum miſerandum edidit, per ſummam eorum vim ad ſupplicia æterna raptatum. C

Vlterius eadem res agitur, & quàm difficile ſuæ ſaluti conſulant Epiſcopi, tùm exemplis, tùm ſuffragijs allatis explicatur. Cap. XXXIII.

LEuiſſima pars ex his, quæ ſuperius memorauimus, tanti ponderis futura omnibus eſſet, vt præ ſacris dignitatibus ipſa potius eligenda mors eſſet; quia tamen immaniſſima violentia humanas in mentes ambitio dominatur, adeo vt vix rationi locus ad ipſam eliminandam ſuperſit, alia ſuperaddere decreuimus, vt à ſede tam iniquè ſibi vindicatâ deiecta, facilè rationi ſit ſuum ſibi imperium reſtituere. D

Illud acutè perpendit Diuus Ioannes Chryſoſtomus, quod cùm pretioſiſſimæ ſint animæ, earumque ſuprà quam dici poſſit amantiſſimus Deus ſit, extrema iudicij die, non tantùm excuſationes omnes eorum, qui ſacras dignitates affectarunt, vt imbecilles, & inanes reprobabit, ſed pariter illas reijciet, quas afferent, qui ad eaſdem infulas induendas ſuperiorum authoritate, & imperio coacti fuerunt: è ſacro Euangelicæ veritatis codice fides his adſtrui poteſt ex illis Regis verbis, qui cum ad nuptiales epulas regi ſuo filio inſtructas ſpontè aliquos aduocaſſet, qui cum illis adeſſe noluerint, famulis ſuis præcepit, vt eos omnes, quos per viarum exitus offendiſſet, illuc promptus adduceret; *Ite ergo ad exitus via-*

rum

Digitized by Google

rum, & quoſcunque inueneritis vocate ad nuptias. his addit Sanctus Lucas, præce-
A piſſe illis, vt etiam inuictos & reluctantes cogeret. *Exi ad vias, & ſepes, & com-* Luc.14.23.
pelle intrare: horum tamen quidam nuptiali veſte deſtituius ad ſtygij carceris vmbras damnatus ſuæ paupertatis pœnas luit; licet enim coactus ad menſæ delicias aceeſſiſſet, obſoletam, & laceram illam veſtem diligenter excutere ſibi debebat; nec enim diſſimnlari vitium negligentiæ poteſt, vbi de rebus igitur, quæ ad cæleſte miniſterium referuntur.

Quà propter admirarionem non debet alicui faceſſere, quod olim Sanctus Auguſtinus aſſeruit, ſcilicet Præſules in magno ſuæ ſalotis verſari diſcrimine, eò quod cùm vix ſuæ conſcientiæ rationem reddere aliquis poſſit, omnium ipſi animarum, quas ſuæ præfecturæ Deus impoſuit, rationem ſint redditur i,

Quin idem Chryſoſtomus, an ad noſtrum documentum, an ex animi ſui ſenten- hom. 3. in
tia, an Sancti quodam imperu raptus ardore, dicere non dubitauit, paucos ex Epiſ- Act. Apoſt.
copis eſſe, qui ſalutem aſſequantur, & eorum pleroſque damnatorum numero aſſo-
B ciari; annon ad hæc æneum, & ferreum pectus colliqueſcat? *Non temere dico, ſed vt affectus ſum, ac ſentio, loquor. Non arbitror inter Epiſcopos multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multo plures; qui pereant;* nam vt ipſe poſtea ratiocinatur, dignitas hęc magnas animi ſanctiſſimi dotes exigit, quibus dignè expleatur.

Si autem, qui coactus nuptias cum Eeeleſia ſponſa repellere non potuit, illud in
ſe vibrari fulmen, ſi negligens fuerit, audiet: *Ligatis manibus, & pedibus mittite* Matth. 22.
eum in tenebras exteriores; quid de his credendum qui affectatis lenocinijs verſuto- 13.
que conſilio ad eaſdem nuptias anhælantes aceeſſerunt? *Quid dicemus infelicibus* D. Criſoſt.
illis & miſeris, qui ſemetipſos ad alias regendos præcipitant, & ſe in tantorum ſup- hom.34. ad
pliciorum abyſſum iactant? Hebr.

Idolorum cultoribus fuit in more victimas Dijs mendaciſſimis immolandas accuratè prius enutrire, ſaginare, ſimulque intextis floribus coronare, & coronatas ad templum adducere: hoc idem prorſus ambitioſis accidere Minutius Fęlix aſſeruit, dignitatibus ipſi etiam quodammodo ſaginantur, floribus infularum redi-
C miti magnâ cum pompâ geſtum faciunt, ſed miſeri non agnoſcunt, ad dedecus decorari, ſaginari ad cædem, coronari ad funus; Angores animi, conſcientiæ verbera floribus obuelata non vident, & quod deterius omnibus eſt, ignes ipſos ęter-
nos pompa illa colorari non agnoſcunt. *Miſeri hoc altius tolluntur, vt decidant* in Octau.
altius: hi enim vt victimæ ad ſupplicium ſaginantur, vt boſtiæ ad pœnam coronantur. ſic ſcriptor elegantiſſimus: hinc Diuus Petrus Damianus ſacras infulas, quibus Pontificia authoritate fuerat exornatus, à ſe deiecturus, vt ſuam mentem ſimul aperiret, & excuſaret, ad Nicolaum Secundum Pontificem ſcribens liberaliter ait, perpaucos fuiſſe, qui æternùm perierint, eò quod Thiaras impoſitas non depoſuerint,
cum econtra qui illas eaſdem exuerint, æternæ beatitatis coronam attigerint. *Dico* l.p. ep.4.
quod ſentio, quia plerique Pontificatus curam non deſerunt, & de ſiniſtris ſunt: quotquot autem legimus recta intentione dimiſiſſe, certa ſpes eſt, eos æterna cum Chriſto ſocietate gaudere.

D Cum ſemel, vt è Sancto Hyeronimo habetur, ad Epiſcopales infulas ſapiens qui- in reg. Mo-
dam Iuuenis aduocaretur, probatiſſimum virum patruum ſuum hac de re ipſe con- nach.c.15.
ſulens, aſcendit eo imperante in ſcamnum ſublimi loco poſitum, vt eo ſuper poſitus, toto corpore porrigeretur, & hac illàque parte aſſidua circumuolutione ageret ſe: magno cum metu, maiorique cùm diſerimine expleuit hæc omnia promptiſſimus Nepos: è ſcamni enim anguſtia lapſui ſe proximum ſemper videbat, & præcipitem; tùm e ſublimi illa ſede deſiliens, vt per ſolum ſe denuo verſabundus rotaret, imperauit: facillimè hoc ille & vllo ſine periculo præſtitit: tùm ſanctiſſimus ſenex, experimento met tuo, quod à me flagitaſti, ni fallor, agnouiſti: ex his quàm proximæ ſint exitio ſacræ dignitates, ille comprehendens, & quàm omni ſecura deſcrimine priuata vita, reiectis illis, huic tranquillæ vacauit: nec longo ab hinc tempore mortuus, hilari geſtiens ore, & ſplendoribus circumfuſus, patruo denuò videndum ſe dedit, ſic eum alloquens. *Gratias pater tibi refero ex diſſuaſione Epiſcopatus; nam ſcito, quia nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum.* ſimile quid de Abbate quodam Clareuallenſi narrat Cæſarius;

hic

hic enim licet à pluribus, & ab ipſomet ſuo Abbate ad Epiſcopatus dignitatem precibus ardentiſſimis excitatus, nunquam tamen cogi potuit, vt illam ſuſciperet: A ſed non longè poſt extinctus Monachum alterum inuiſit, cui interroganti, an ex illa inobedientia, quà conſilium Abbatis Epiſcopatum ſuadentis detrectauit, ſupplicium aliquod à Deo iudice retuliſſet, reſpondit: *Minimè, imò ſi Epiſcopatum accepiſſem, eſſem æternaliter damnatus*.

Cęſar apud Carth.l de vita & regim. Epiſ

in ſum.virt. l.2 de ſuper.c.6.

Sed admirandum præ omnibus illud eſt, quod de alio Clareuallenſi Abbate nomine Gaufrido à Perardo refertur: hic enim cùm Eugenio Tertio Pontifice Maximo imperante, ipſoque adhortante Diuo Bernardo, Tornacenſis Eccleſiæ Thiaram inuitus exceperit, coram Diuo Bernardo, & Tornacenſis Collegij Canonicis illùc ad eum excipiendum profectis, toto corpore humi procumbens, brachijſque in formam Crucis expanſis ait: *Monachus fugitiuus, ſi me eijcitis, eſſe potero, Epiſcopus vero numquam ero*: non ſine ratione tanta hæc mentis pertinacia, vt ex dicendis patebit, Deo non placuit, cùm præcipuè Chriſti Vicario ſuoque moderatori Bernardo viro ſanctiſſimo, & adeo cælitus illuſtrato repugnaret: nihilominus ægrotans poſtea ille idem Monachus alteri eiuſdem aſceterij Monacho ſuo familiari ſpopondit, ſe, permittente hoc illi Deo, à morte ſe illum inuiſurum: ſic ſe res B habuit, eidemque interroganti an benè beatèque res ſua procederet, reſpondit. *Bene, ſed reuelatum eſt mihi à Sanctiſſima Trinitate, quod ſi promotus eſſem in Epiſcopatum, fuiſſem in numero reproborum*.

l.p 2.c.20

Conforme pariter huic eſt, quod de alio Pariſienſi Canonico Sancti Victoris, Beatus Thomas Cantipratenſis enarrat: hic enim Sanctiſſimæ vir famæ multiſque virtutibus clarus, Epiſcopalem ſedem, ad quam poſtulabatur, conſtanter inuicteque reiecit: eum autem poſt obitum, vt promiſſionem amico ſuo peractam expleret, ſpectandum illi ſe præſtitiſſet, ab eo rogatus, an ſalutaris ei fuerit illius repulſa dignitatis, reſpondit. *Quod in vita ſemper timui, nunc ſcio, ſcilicet, quod ſi Epiſcopatus cathedram aſcendiſſem, in damnationis perpetuæ periculum incidiſſem*.

Nicephorus, & Sozomenus enarrant, quod cum ad Hieropolitanas inſulas vir quidam pijſſimus nomine Nilamnon eligeretur, oblatam dignitatem, non tantùm C ipſe repudiauit, ſed ne vim pati cogeretur, domo quadam continuit ſe non leuiter communitus; fortuitò illuc acceſſit Alexandrinus Patriarcha Theophilus, qui ea quà præſtabat authoritate, & eloquentia totus fuit, vt ab eo pertinaciam illam amoueret: iam vinci proximus Monachus Patriarcham orauit, vt ad proximam diem inaugurationem ſuam differret, Deo interim ſe ſalutemque ſuam commendans: reuerſus ad eum alterâ die Patriarcha Theophilus, domunculæ ianuam reſerauit: ad hæc Monachus, ſimul Deum oremus ait, quod cùm facerent, animam
ann.403. feliciter exhalauit: ex quò Cardinalis Baronius, qui narrationem hanc hauſit è Sozomeno, colligit, hoc Deum exemplo omnibus ſignificaſſe, periculoſæ plenum opus aleæ eſſe, ſacris dignitatibus ſe immiſcere, nec ratò mori præſtare, quam cùm honoris lumine flammarum æternarum diſcrimen inire: ad quæ confirmanda illud etiam è Sancti Gouri geſtis refert, qui ad Treuirenſem ſedem illuſtriſſimam à
Sur. in eius vita. Sigeberto Galliarum Rege poſtulatus, breuem temporis moram ad hoc ſtatuendum poſtulauit: quà impertitâ dum enixè Deum orat, vt ſi ſaluti ſuæ pernicioſa D dignitas foret, illam à ſe remoueret, lethali ſtatim morbo correptus, tanti periculi aleam declinauit.

§. I.

NON ego negauerim, non rectè ex his vniuerſalem quandam colligi legem, neque hinc logica ratiocinatione illud conſequi, æternùm hi perijſſent, ſi fuiſſent Epiſcopi, ergo omnes Epiſcopi æternum pereunt: plerique enim imo innumeri ſunt, quos vt Sanctos veneramur, & ætate hac recentiſſima plurimi non deſunt, qui infulis ſacris in terris ornati diademate beatitatis coronantur in Cælo: illud tamen ex his colligendum eſt, tamquam ritè, & religioſè conſequens, ſcilicet quod ſi numeris omnibus abſoluti viri, dignitatibus ſacris ſuſcipiendis repugnantes,

gnantes, periiſſent illas poſtea ſuſcipientes; quid de iis non timendum, qui nullo
A meritorum, & doctrinarum ſuffragio muniti, vltrò ſe illis immiſcent, eaſque pre-
cibus, votis, & indecoris artibus aucupantur.

Quantus quantus ſum perhorreſco, cùm Sanctum Taraſium Conſtantinopolita-
num Epiſcopum meæ cogitationi obijcio: hic enim inuitè renunciatus Antiſtes,
poſt egregiè nauatam operam, oppugnatam hæreſim, propugnatam fortiter in
ipſum Cæſarem Religionem, labores pro fide eximios exantlatos, ſanctiſſimèque
vitam traductam, in mortis agone diſceptare cum Diabolis acriter fuit auditus,
eum de plurimis mendaciter accuſantibus; eiuſq; conſcientiæ allatrantibus: quod
idem de illo Epiſcopo legitur, quem proximè moriturum, cùm Sanctus Theodorus Sur. 5. Feb.
Studita inuiſeret, iam dirè vexare viſus ab eo fuit, tantoque totius corporis an-
gore huc illùc præ dolore verſari, vt animi ſui anguſtias, quibus ad Diuini Iudi-
cis aſpectum premebatur, omnibus patefaceret, adeo vt in ea vir Sanctus erum-
peret *Heri Epiſcopum inuiſimus ægrum; & deploratum inuenimus, totum febribus*
exhauſtum, totum dolorum impetem, hùc illùc reſpectantem, nec vnde ope reperta,
B *niſi conſcientia, ſeu bona, ſeu mala.*

Quid igitur admirationis eſſe debeat, ſi viri omnium Sanctiſſimi, quos inter Chri-
ſtianæ Religionis profeſſores in cæleſtium numero fama hominum collocauit, vel
inuiti ſacras ſedes exceperint; vel fortiter illas repudiarint: vel cùm maximo me-
tu impenſiſque laboribus illis inſiderint, cum Diuo Chryſoſtomomus pronuncian- lib. 6. de
tes. *Oportet timere, & tremere, & propter conſcientiam, & propter malum, & ma-* Sacerd.
gnitudinem curæ. de ſe ipſo hic refert, quod à prima die, quà de ſe in Epiſcopum
eligendo agi cępit, ingenti adeo timore terroreque fuit afflictatus, vt morti ferè
proximus ſub metus mole fatiſceret.

Sanctus vero Auguſtinus de ſe ipſo pariter narrat, quod tam ingens, arduumque ep. 148. ad
pondus mente ſua peruoluens, vberes ex oculis fletus, ardentia ab ore ſuſpiria emi- Valerian.
ſerit, & quà die inauguratus fuit Antiſtes, acerbiſſimis queſtubus dolores ſuos
tranquillare conatus fuerit.

C Nec longè ab his Nicephorus fuit Conſtantinopolitanus Patriarcha; cùm enim
de ſua electione Leonem Pontificem faceret certiorem, qua potuit loquendi fa- Baron. ann
cundiâ, ſui animi angorem ei repræſentauit, quo tantum onus pati robore deſti- 811.
tutus excipiens, infernorum hoſtium inſidioſas aggreſſiones formidabat?

Quid de Hugone Cardinali dixerim tantæ integritatis, & ſapientiæ fama cele- In vit.
berrimo, cuiuſque ingenio tot nobis de Sacris literis elaborata fuere doctiſſima
ad mores inſtruendos volumina? proximè huic morituro imprudenter aliqui aſſen-
tationibus blandiebantur; ſed vir pijſſimus ad mortis accenſam facem quæcumque
humana reſpectans qualia ſunt, hoc eſt inaniſſima, amonete procul hinc, inquit, hęc
leuiſſima nominis, & corporis ornamenta, mallem ego quidem meo aſceterio le-
pra obſitus mori, quam purpura Vaticana decoratus.

Aetate autem hac noſtra Cardinalis Alexandrinus, è Prædicatorum familia Pij-
que Summi Pontificis Nepos, ad vitæ adactus extrema, multa lacrymarum effu-
ſione ſui animi dolorem ſignificauit, quo è ſacris dignitatibus habitis premebatur,
D addidititque feliciſſimum ſibi fore obitum, ſi cum religioſi ſui cubilis paupertate
moreretur: quo pariter eodem ſenſu pridem locutus fertur Cardinalis Monopoli-
tanus è Diui Franciſci arctiore familia, quæ Capuccinorum dicitur, vocatus ad pur-
puram: ſed longè etiam his ſapientior Cardinalis Tantuſius non paucis ante mor-
tem menſibus religioſas ſuas ædes, quas in Congregatione Sancti Philippi cole-
bat, repetit, ibique vitæ finem imponere ſtatuit, vbi tot annorum luſtra religioſ-
ſimè traduxerat, & purpuram non corpore ſed mente exuens, virtutis perfectionem
eximio animi ſtudio decorauit: imitatus recentiſſimis hiſce annis Tauruſium eſt
Cardinalis Bellarminus; hic enim licet ſuæ pietatis, ſapientiæque ſplendoribus
Romanam, quà radiabat, Purpuram mirifice illuſtraſſet, & fecerit auguſtiorem,
extremis tamen vitæ menſibus ad Sancti Andreæ ſedes, vbi Societatis Ieſu Tyro-
nibus domus eſt, ſe recepit, vt ibi a quacunque rè agenda vacans, totus Deo ſtu-
deret, & tenuiſſimas illas abſtergeret labes, quas à Purpurâ cæteroquin Sanctiſ-
ſimâ, ſuo vitio contraxiſſet: quapropter mirum non eſt, ſi viuenti ſuo Domino
Seruatori Chriſti tam lętus occurrerit, adeò vt ipſamet ſui obitus die medicum

percontatus, quantum adhuc vitæ ſupereſſet, eoque reſpondente craſtinam adhuc in diem mortem protrahendam, dulces in querelas eruperit, hæc addens, bone Deus, itane igitur tandiù adhuc miſerum hæc me tellus habebit? quæ verba tùm Illuſtriſſimus Præſul Angelus Ceſius, tum nos ab eo præſentes excepimus, vt tam felicis exitus ſpectaculo frueremur: hic autem, vt Purpuram inuitus prius acto certamine induit, ſic conſtanter in ea ſententia fuit, grauiſſimis ſalutis ſuæ periculis Epiſcopos omnes laborare. A

Ciaccon. in Marcel. II. Hinc Marcellus Secundus, cùm ex hac Eugubina Eccleſia, cuius moderationi aſſidebat, Romam ad Pontificia habenda comitia profectus, Pontifex ibi renunciatus fuiſſet, cum lacrymis, & ſuſpirijs ingentem animi metum explicauit aſſerens: *Heu, heu quàm ægrè poterit vacare ſaluti ſuæ is, cui incumbit aliorum omnium cura*; ille vero, quem concordia ſuffragia Vaticanæ moli ſuſtinendæ parem, Purpurati omnes ſapientiſſimi Patres æſtimarunt, adeò ſe illi regendæ imparem duxit, vt Ignatio Loyola viro Sanctiſſimo ſtatim acerſito, duos è ſuis patribus poſtulauerit, qui tanti laboris conſortes, conſilio & ſtudio quo eminerent, in tanto pondere fulciendo præſtò ſibi eſſent: ſed dignus non erat Mundus, qui diù tanto Pontifice frueretur: ni forſan vt ſalutis ſuę ſecuritati conſuleret, quàm citiſſimè Deus vitam cum dignitate ſurripuit. B

In vit. Pii V. Annon etiam Pius Quintus, cuius memoriam ſanctè veneramur, cum ſe Maximo Romanæ Eccleſiæ Sacerdotio radiantem vidit, expalluit, & ſpiritu fere interceluſo defecit? ſciſcitanti cuidam, memorandum illud reſpondiſſe fertur, aliquam mihi, cùm religioſas ædes incolerem, ſpes ſalutis affulgebat, cum Epiſcopus renunciarer, ingenti eiuſdem timore perculſus fui: nunc vero cum in ſupremum Pontificem eligor, omnis ferè ſpes eius emoritur; quî enim fiat, vt qui vix animæ meæ rationem reddere Deo poſſum, tot millium, quot quot in orbe ſunt, animarum referam rationem?

§. II.

C

VNIVS Sacerdotis dignitas ea eſt, vt licet nulla pro animarum ſalute præſtanda ſit ab illis opera, non pauci ab ea ſe ſubduxerint, ne de ea rationem Deo reddere cogerentur: ſexcentos preterire hic licet, & potiſſimùm Franciſcum Aſſiſiatem Diuini amoris ardore dictum Seraphicum; ſed maximè memorandum eſt, quod de viro pijſſimo nomine Acuſema Theodoretus, Nicephorus, Calliſtus enarrant, hic enim cum multorum annorum interuallo ſe ſupplicijs aſperrimis afflictaſſet, ab Epiſcopo fuit accerſitus, vt eum Sacerdotio donaret: ex horrida, quam colebat ſpecu, vt pareret emerſit: & cùm iam pridem Diuinitùs ei innotuerit, non multò poſt ſe moriturum, ait Præſuli, mihi tecum de hoc agendum non eſt: illud tantùm ſecurus pronuncio, quod ſcilicet ni certò ſcirem, me quamprimùm fato ceſſurum, numquam Sacerdotium hoc exciperem, cùm compertum mihi optime ſit, quàm immane ſit pondus, quò Sacerdotes premuntur, & quàm acerbè à Deo vindice ſint iudicandi. D

l. 11. c. 41.

Eadem in ſententia fuit vir toto orbe ſua pietate clariſſimus Magiſter Auila, cùm enim Sacerdotem recentiſſimè inauguratum occubuiſſe ei narraretur, interrogauit, an vnquam rem diuinam feciſſet; reſpondentibus, ſemel tantum ſummo Deo ſacrificaſſe, illud ſacro concitus ardore addidit: *Mucho lleua que dar quenta*. hoc eſt magnum quid habet, de quò reddat rationem; quantùm enim eſt, quò res alias omnes humanas Sacerdotium excedit! quid ergo de Epiſcopo dicendum, cui tot alia ſunt, quibus à Deo iudicandus eſt? habet quid ipſe Deo reſpondeat, an ritè Sacramenta adminiſtrauerit, an populis gubernandis vigilem operam dederit, an ſacros Ordines contulerit, an dignos ad Sacerdotia delegerit, an ſacra Eccleſiæ iura propugnauerit, an virtutum exempla præſtiterit, an templorum nitorem ſeruarit, an Eccleſiaſticæ diſciplinæ mores rectè inſtituerit, an vigil in cuſtodiendis Monialibus fuerit, an facilem ſe populis audiendis præbuerit, an inopes egenoſque viros ſuo fouerit auxilio, an in opibus erogandis munificus? quid de alijs ſexcentis, quæ ad virtutes excolendas, diuinumque amorem amplificandum ſpectant, de quibus in ſecunda, & tertia parte, fauente Deo, ſcribetur? præ-

A ſettim cùm, vt Diuus Gregorius, & experientia rerum magiſtra docet, *Sanctus
etiam Moderator Aliquando, ſtudio exigente compellitur quadam etiam cum culpa ep.115. l.1.
diſponere: iure igitur merito, qui tanto pondere inhiaret, admirationem Diuo
Chryſoſtomo afferebat. *Quo circa magna me tenet admiratio eorum, qui huiuſmo-
di onera appetunt: ſane quis non obſtupeſcat, tot ſpectans, qui tanto ſtudio tot ar- in epiſt. ad
tibus, & laboribus tantam ſibi imponi molem affectant, tam implicito ſe irretire Tit.c.p.ho-
labyrintho, tàm timenda ſe decorari dignitate, ad cuius apicem violenter ſolùm mil.p.
ſe raptari ſinebant viri ſpectatiſſimi: quod ſi vix ſaluti conſuluit ſuæ, qui virtute alie-
na coactus inſulas ſacras excepit, quid de illo çenſendum, quem ſola ambitionis
impotentia ad ſacras ſedes euexit? *Sicut peremptoria eſt altitudo quaſita, ita peri-
culoſiſſima eſt oblata. ſic Cyprianus. de ieiun. & orat.

Sed illud, quod hic memoretur digniſſimum cenſeo, quod de maximo Prin-
cipe narratur, vt ex eo Sanctus in Epiſcopis timor excitetur, qui licet leuio-
ribus periculis ſubijciantur, quàm ſæculares Principes, arctioribus tamen legum
B vinculis obſtringuntur; quinam fuerit Philippus Secundus Rex Hiſpaniarum, ſa-
tis litterarum aggeſta monumenta ſignificant; hic extremo ſuæ vitæ geſtui faciendo
proximus, Patrem è Societate Ieſu, qui erat ei à Confeſſionibus alloquens ait, nul- Fernand. in
lum aliud in poſterum pro concionibus habendis argumentum tibi ſit, quam meæ Geneſ. to. 3
caducitatis ſpectaculum meæque mortis exemplum: omnibus hoc nomine meo c.35. ſect.
enunciatum velim, tot regna, tot ęraria, tot laureas nunc temporis mihi tantum 12.num. 5.
eſſe terrori, meamque conſcientiam cruciare: ſatius mihi fuiſſet, inter Thebaidos
arenas ex abiectiſſimis Anachoretis vnum fuiſſe, quàm potiſſimum inter Reges, &
Principum omnium feliciſſimum: nunc enim miſerrimus omnium vndique pericu-
lis æternæ ſalutis obſideor. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis ter-* pſ. 2 10.
ram. Seruite Domino in timore, &c.

Lubens etiam omitto, quæ Imperatoris Alberti primi concionator, vt Aeneas
Syluius Summus poſtea Pontifex refert, diſputandi forma propoſuit, audacter ne
dicam an temerè? *Quæritur ſaluari ne poſſint Principes*: varijs hinc inde rationibus
C allatis, totaque auditorum corona ad ſummam attentionem excitatâ, tandem il- li.3. de ge-
lud ſtatuit, *Quid ne poſſint? ſi modo baptiſmo ſuſcepto in cunis vagientes mo-* ſtis Alpho.
riantur?

Non longè quidem ab hac ſententia Abulenſis ſcriptor abſceſſit, vt eximiam
diligentiam nobis insereret, piumque timorem incuteret: tres fuiſſe Hebræorum
Tribus, tam clarus magiſter obſeruat, quæ vberrima trans Iordanem paſcua, ad
ſuos greges educandos aptiſſima ſpectantes, Moyſem orarunt, vt illic ſtatutam
ſuorum bonorum partem poſſiderent: non renuit ea illis Moyſes impertiri, dum-
modò ad promiſſam terram acquirendam, auxiliaribus armis cæteris tribubus prę-
ſto eſſent; ex hac naratione formidandum quid ipſe colligit ad mores componen- in Num.
dos: hoc maxime eſt, tres illas tribus tres Eccleſiæ ſtatus repræſentare; Ruben enim, cap.32.
qui ex Hebræo idiomate idem ſonat, ac *filius viſionis* Hyerarchas exprimit, quo-
rum eſt in mores aliorum inquirere, & ſuæ virtutis auxilio, populis ad viam ſa-
D lutis capeſſendam duces eſſe: Gad qui ſtrenuiſſimus erat, Principes ſæculares, Ma-
naſſes verò Monachos diuites, illos nempe refert, qui religioſæ paupertatis
immemores, luxu, & deſidia corrumpuntur: horum igitur omnium
plerique, licèt alijs adiumento ſint ad æternæ beatitatis poſſeſ-
ſionem faciendam, ab illa tamen reijciuntur, eò quòd
nimia auiditate rebus humanis inhient, terre-
niſque paſcuis vota ſua ſaturent, fuiſ-
que ſe voluptatibus ingur-
gitent.

Decimum affertur argumentum ad eandem ambitionem profligandam; illos ſcilicet etiam viros, qui probatiſsimi ſunt, & ab illis ambiendis alieni fuere, ipſis frequenter dignitatibus corrumpi, Cap. XXXIV. A

TOT inter pericula, quibus nos ſacræ dignitates obuallant, vt ſuperiùs oſtendimus, beneficium illud pretioſiſſimum immiſcetur, quod nempe neceſſitate quàdam ſalutari nos deuinciunt, vt ea virtutum luce fulgeamus, quam tantæ dignitatis lumen efflagitat: huiuſmodi neceſſitate fouentur virtutes, augentur merita, vitia coercentur, & ad magna quæque præſtanda vires abiectiſſimi quique B
l.3.variar. ep.10. deſumunt. *Creſcit in illo meritum, cuius maius eſt officium, non quia fiat homo alter honoribus, ſed quia modeſtior efficitur, à quo conuerſationis ordo modeſtior poſtulatur.* dedi Caſſiodorum: multò autem potius de ſacris dignitatibus hoc aſſerendum, quàm de qualiber alia: illarum enim miniſteria, & exercitia, vt Sanctitate quadam eximia præſtant, ſic ea tractantibus vim quandam Sanctitatis deriuant: bene oleat neceſſe eſt, qui verſatur inter aromata, quâ plane ſententia in
ci.4.dixt. quadam è ſuis decretalibus ſermonem Papa Symmachus habens ait; *Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat*; ideſt iuxta Gloſſæ explicationem. *dat eis occaſionem bene viuendi.*

Verùm proh miſeram humanæ caducitatis conditionem, cui veneno ſunt ipſamet veneni medicamenta! quàm pauciſſimi ſunt, qui Ioſephum imitati è carcere ad ſolium modeſtiâ duce procedant, & legibus temperantiæ, faſtum refrænent: quò excelſior dignitas eſt, eò etiam validior, vt quibuſdam veluti malis artibus mentem noſtram noſtroſque mores corrumpant: animum nimis occupat dignitatis excellentia, adeoque eum in tranſuerſum agit, vt ad alia meditanda aliaque facienda conuertat: genium palpat, & mollit, ad alios aſpernandos, ad nos ipſos æſtimandos nos rapit, arrogantiam enutrit, ſuperbiam erigit, & cuncta ſibi licere putat, quæ præ laſciuientis animi libidine placent: doChryſoſtomum mihi hæc ſug- C
hom. 41. in Matth. gerentem. *Extollunt honores ad inanem facilè gloriam, in tumorem, atque in ſuperbiam, in contemptum aliorum impellunt, deſiderium augent, & adhuc omnia ipſi etiam parua commoti aura deflorescunt, quodque acerbius eſt, malorum præcipitia, in
l.3.c.10. quæ honores detrudunt, perpetua ſunt, prærupta.* Darium Aſiæ Principem facilem amabilemque ſuo ingenio fuiſſe Quintus Curtius refert, ſed Principatus vi corruptum in peſſima deſciuiſſe: Vopiſcus autem in Aureliani Hiſtoria, longam Principum ſeriem trium ſupra quadraginta deſcribens, perraros fuiſſe probatos affirmat; *Vt bene dictum fuerit à quodam Mimico Scurra, Claudij huius temporibus, in vno annulo bonos Principes poſſe deſcribi atque depingi.* defloruere boni Principes, eo quòd malum ſit ſolum & ſolium Principatus. magna me tenet admiratio, quotieſcunque præterita ſæcula relegenti occurrit, ante Conſtantini Imperium nullum Principem Chriſtianæ legi ſe ſubieciſſe: dedere ſe illi luce miraculorum & ſplendore veritatis illuſtrati Aethnici, Philoſophi, Sacerdotes, at non Cæſares: his me rapit ambagibus Tertullianus docens. *Et Cæſares credidiſſent ſuper Chriſto, ſi aut Cæ-* D
in Apolog. *ſares non fuiſſent neceſſarij, aut Chriſtiani potuiſſent eſſe Cæſares*; ac ſi diceret, ſi Cæſares Chriſtiani fuiſſent, haud quaquam fuiſſent Cæſares, & ſi Chriſtiani induerent Cæſares, exuerent Chriſtianos: hoc tamen oratoriè dictum velim.

Tumidum, arrogantem Cæſarem, aliorum contemptorem, Sanctitatis virtutiſque transfugam ſuæ eloquentiæ pennicillo colorat Diuus Gregorius Nazianzenus, nec alio è fonte tot in eo defluere vitia cognoſcit, quàm eò quod ſit, *A potentia, & authoritate dementatus.* quam multos hæc dementia magica fraude occupat, adeò vt è Chriſtianæ fidei aſſeclis pauci ſint, è Barbaris, & Hæreticis pauciſſimi, quos re-

cta

A ❧ ctâ ratione ſpoliatos ad inſaniam non adducat, eos ita obcœcans, vt humanæ caducitatis variam aleam non agnoſcant; quod cinis, & puluis ſint, non ſolûm obliuiſcuntur, ſed ſupra humanam conditionem ſe efferentes, Luciferum æmulati, regalem ſupra ſydera ſedem collocare præſumunt; hinc Magiſter Angelicus, vt edoceret, quàm difficile, & arduum Principibus ſit, virtutes Chriſtianas excolere, & quàm facile ac periculoſum, vt ſexcentis vitijs inuoluti ſordeſcant, comparat eos cineri, qui ſi ſublimiori locetur in ſede, fieri non poteſt, vt Aquilonum furentibus auris obiectus ſiſtat, & in auras diffuſus vim bacchantium ventorum non patiatur: *Terra enim, non conuenit eſſe in alta, quæ eſt infima Elementorum: cineri etiam expedit, ne in alto ſit, ne diſpergatur à vento.* li. p. regim. c. p.

Alia nec leuiori comparatione Chryſoſtomus vtitur, vt hoc idem exprimatur: ea autem eſt, difficile adeò eſſe inter dignitates pietati ſtudere, quàm ſi cùm venuſtiſſima, ornatiſſimàque fœmina familiariter diu noctuque verſeris abſque vllo diſcrimine pudicitiæ; quî enim fieri poſſit, vt ſaltem oculis intemperantibus eam non

B delibes? vt igitur hic candor, ſic inter honores facile probitas obſcuratur, quæ priuato ſtatu contenta omnibus eluceſceret. dabo Chryſoſtomi voces. *Qui dignitate caret, volens nolenſque philoſophatur; qui vero poteſtate floret, ei ſimilis eſt, qui cum formoſa puella cohabitans, legem, atque præceptum ſuſcipit, ne vnquam luxuriantibus eam oculis videat: talis quippe res dignitas, atque poteſtas eſt*, hom. 42. in Matth. ac ſi autem parcus in his edocendis Chryſoſtomus eſſet, liberaliori venâ Sanctus Ambroſius effluit: multò enim facilius dignitatibus morum probitatem profligari ait, quàm ab ornatæ fœminæ aſpectu caſtitatem, validiora eſſe ſpicula, quæ dignitatem manu, quàm quæ fœminarum oculis noſtra vibrantur in corda: quâ propter commendandus magis fuit Dauid, eò quod regali faſtu calcato, & impunitate reiecta, quam Principatus illi ſpondebat, crimina laſciuienti æſtu commiſſa, voluntarijs ſupplicijs luerit, quàm ſi cum Berſabea innocenter egiſſet; glorioſius ipſe de Diademate triumphauit, quàe de amore triumphaſſet. *Bonus ergo Dauid, & multo admirabilior, qui poteſtatem vicit, quam qui amorem: Caſtitas enim corporis nonnunquam* Apolog in Dauid c. 3.

C *defertur frequenter errori: poteſtas Deo ſubditur*. aptiſſimè demùm ad noſtram rem ſtatuit ſic; *Eò faciliùs reperies, qui ſe in amore cohibeat, quàm in poteſtate moderetur.*

Rationem Vopiſcus venatur, cur inter honorum faſtigia plerumque in deterius in Aurel. hominis ruant? *Quæritur, quæ res malos Principes faciat.* tum ſibimet ipſi reſpondens tria affert, quibus tanta Principum corruptela tribuatur, *Nimia licentia, rerum copia, amici improbi*: licet autem veritati hoc conſonum ſit, potiſſima tamen in Principe ſcaturigo malorum ipſamet dignitas eſt, quæ ſuperbiâ, & arrogantiâ faſtuque tota componitur: ex his verò tamquam è ſecunda origine vitia alia pullulant, adeò vt correptus, & corruptus tot vitijs animus tùm ratione, tùm ingenio, tùm moribus deformetur: non ne regius hoc Vates ſignificat dicens. *Homo* pſ. 48. *cum in honore eſſet non intellexit*. hoc autem ideò fit, vt explicat Diuus Bernardus ep. 37. ad Eugen. *Quia ſcilicet honor abſorbuit intellectum*. ea plane menſura, qua honorum vi huma-

D num nomen aſſurgit, mens bona deprimitur, dignitate creſcunt, ſimulque pietate decreſcunt, adeò vt illud eis aptetur. *Deiecisti eos dum alleuarentur.* pſal. 72.

Quam clarè velut in cryſtallino ſpeculo totum hoc elucet in eo, quod Diuini Spiritus magiſterium Ioatan ore nos edocet, cùm ſibi conſtituere regem arbores cogitarent: ne dulces ſuccos exueret, reiecit regale nomen oliua: *Numquid poſſum* Iudic. 9. 7. *deſerere pinguedinem meam, qua, & Dij vtuntur, & homines, & venire vt inter ligna promouear?* ſuos item ne vidua fructus ploraret, impertitum honorem ficus abhorruit *Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire vt inter cætera ligna promouear?* ſimili quoque repulsâ vitis vſa eſt ne ſterileſceret. *Numquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter ligna cætera promoueri!* vides hic profectò, quantum Auſtri dignitas habet, cuius aura cuncta corrumpantur, arduumque nimis eſſe, hæc duo ſimùl connectere, virtutum fœcunditatem, & dignitatem: qua propter arborum regimen Rhamno commiſſum eſt: hic enim vnus omnia in ſe continens, quid perdat, non habet,

Quis

Quis igitur ad hæc non videat, eos qui ad excelſa honorum faſtigia vocantur, ſummopere periclitari, ne peſtilenti velut aura afflati vitientur, quâ in re multa congeri poſſent exempla tùm vetera, tùm recentia. A

Tiberium refert Suetonius diù fortiterque reluctatum fuiſſe, ne Cæſareo Diademate ornaretur: tanta erat eius animi compoſitio, quâ ſe maximi muneris ſplendore cenſebat indignum: ſed quis neſciat, quàm facilè immutatus in ſuperbiam, inſolentem deſciuerit, quot fraudibus omnes irretiret, vt poſſeſſum ſibi diù ſeruaret imperium: de Nerone eius ſucceſſore quis etiam ignoret, mitem adeò facilemq; ſui Principatus exordio fuiſſe, vt capitalem ſententiam ſubſcribere coactus, non niſi inuitus, & lacrymatus hoc fecerit, illa etiam ſuperaddens *Vellem neſcire literas*: ſed quis eo vnquam crudelior, quis inhumanior Princeps ne dicam an Leo? humanum adeò ſiti turpiſſimâ ſanguinem anhelauit, vt illi ipſi non parceret, cui vt eum pareret, natura conceſſerat.

Senec. de clem. l. 1.

§. I.

B

SED Aethnicis hiſce prætermiſſis Saulem contemplemur! tanquam omnium optimum, eum Deus elegit, electumque ſuomet ore diuinus Spiritus enunciauit *Electus, & bonus; & non erat vir de filijs Iſrael melior illo*: ex his egregia virtutum ornamenta quibus effulgebat, apprimè deſcribi, docet Sanctus Gregorius, & Abulenſis: alienus autem adeò fuit à Principatu ſuſcipiendo, vt ſe illo ducens indignum, Samuelli humillimè dixerit, ſe obſcuriſſimum omnium eſſe, quos Iſraelis Tribus numerarent: quin etiam, vt ſe ab inſtituta dignitate ſubduceret, velox fugam arripuit, ſe inter abdita montium abſcondit, omneſque vires ſuas intendit, vt ſequacem honorem fugeret, quem demùm poſt multa certamina coactus excepit, ex hoc tam moderatæ mentis exordio, quæ futuri principatus auſpicia haberi non poterant? Verum nihilominus acceptæ dignitatis vitio adeo degenerauit, vt elatiſſima ſuperbia inſaniens, alienas dum laudes Dauidi impertitas audiret, inuidia in eum exarderet: quin eò vſque faſtus eius intumuit, vt profligatis fortiter Amalecitis, non Deo victori, ſed virtuti ſuæ relatam lauream tribuens, ad Triumphi pompam amplificandam, ſibi Regem Agag ſeruauerit, quem Deus necandum præceperat: adeo crudelis inſæuijt, vt Dauid, cuius opera regnum illi fuerat confirmatum, immaniter inſectaretur, eiuſque vitam perdere conatus fuerit, qui ſuæ vitæ diſcrimine eum ab extremo ſeruauit interitu: eius iracundia tanta fuit, vt in furorem migraret, eius impietas tam irreligioſa, vt in ipſa ſacra irruperit, & octogintaquinque Sacerdotes cruenta morte mactauerit, ex eo ſolùm, quia fugienti Dauid pietatis ſtudio neceſſaria præbuerint alimenta: habes de his omnibus à Diuo Gregorio rationem, *Plerumque ergo dum ex ſubditorum affluentia animus inflatur in luxum ſuperbiæ, ipſo faſtigio lenocinante corrumpitur*: vitia Principum ex ipſo Principatu deriuantur: ipſemet Dauid ad Dei cor electus, & compoſitus inter honorum illecebras lapſus tam infeliciter eſt, vt pene ruere videretur, niſi diuinæ beneuolentię præſidio fuiſſet animo roboratus. De Salomone eius filio quanta dicenda ſupereſſent! ad eius miſerandos lapſus, & vitia teterrima, quis licèt montibus ſolidior non contremiſcat?

1. Reg. 9. Greg. l. 4. Anſel. ibi.

C

1. Reg. 15.

1. Paſtor. c. 6.

D

Si quis autem his periculis profanas tantum dignitates obſideri crederet, Sanctum Gregorium audiat ſacros Præſules alloquentem, ipſaque experientia ſua verba firmantem, *Plerumque Rector eo ipſo, quo cæteris præeminet, elatione cogitationis intumeſcit, dum videt iuſſa ſua velociter impleri, & laudibus efferri, incipit intus euacuari veritate, impleri vanitate, & oblitus ſui in voces ſe ſpargit alienas, talemque ſe credit, qualiter ſe foris audit, non qualem intus diſcernere debuit, & iam credit ſe meritis excedere, quos poteſtate tranſcendit; cunctis ſe æſtimat amplius ſapere, quibus videt ſe amplius poſſe; in quodam ſe conſtituit culmine apud ſemetipſum, & ex æquo reſpicere cæteros dedignatur, vt fiat ſimilis illi, qui dixit. Aſcendam ſuper altitudinem nubium.* ſuperbiæ autem caligine mente obcœcatâ, vitia poſtea alia enaſcantur oportet, quibus ſuperbiæ vterus intumeſcit.

2. Paſt. 6.

Electus

A Electus quidem à Deo fuerat Aaron, & primus, quem Pontificiæ Inſulæ coronarent: quid tamen? Popularis ferociæ metu ab animi rectitudine deturbatus, decus dignitatis amiſit, adeò vt ſane perijſſet, niſi fraternis Moyſis precibus adiutus, Dei furorem declinaſſet *Parum abfuit, quin periret, niſi fratris patrocinium Dei iram auertiſſet*, ſic Chryſoſtomus.

lib. 4. de Sacerd.

Nullo quidem ſe crimine reus feciſſe legitur Heli, antequam Sacerdotio decoraretur: at quàm ſęde in filijs non corripiendis ipſe deliquit, poſtquam Sacerdotij honore fuerat redimitus! Cometæ inſtar hæc dignitas ei præluxit, vt ſe mitam mortis oſtenderet.

Sed præ omnibus Epiſcopis, quibus ſacra dignitas non ad virtutum, ſed ad vitiorum incrementum deſeruijt, locus potior dandus eſt Ioanni Archiepiſcopo Conſtantinopolitano; hic enim dum religioſæ familiæ adſcitus virtutum perfectioni ſtuderet, mirum dictu, quantum in vnaquaquę illarum induenda proficeret, adcò vt ſuarum virtutum ſtimulis excitati populi ad ſacras Inſulas eum eligerent, B electumque probarent, licer illis reluctatus ipſe fortiter fuerit; vt tamen dignitatis dulcedine deguſtatà, illa ſe inebriauit, in traſuerſum adeò actus eſt, & ſuperbia tam procaci luciferum imitatus extulit ſe, vt non tantum Pelagio & poſtea Diuo Gregorio Romanis Pontificibus per ſummam audaciam ſe ſubijcere recuſauerit, ſed quod fidelium aures maxime lacerat, Vniuerſalis Epiſcopi decus, & nomen ſoli Romano Pontifici vſurpandum ſibi arrogare, eſtrænatiſſima temeritate præſumpſerit.

ep. 38. l. 4.

Quot illi ſunt, quos dignitatum excellentià illuſtres, ipſæ dignitates moribus corruptis obſcurant? non pauci, Diuus Damianus ait, illi ſunt, qui priuatim degentes morum innocentià floreſcebant, ſanctitatis alumni, virtutum ſtudia colentes in perferendis contumelijs moderati, in edomando corpore inuicti, in ſenſuum licentià reſtænanda fortiſſimi; quis igitur horum integritate confiſus ſuum in animum induxiſſet, huiuſmodi viros ad honores Sacros electos, Ambroſios, Auguſtinos in ſcientia, ſaltem ſanctitate expreſſuros. quid tamen? dicenti fidem vix de- C deris; miſerrimè degenerauerunt, *Sed cum Paſtoralis cuſtodię curam ſuſcipiunt, quicquid ſanctitatis habuerant, vt ita, proh dolor, dicam, concambio miſeriæ permutationis amittunt, omne quod piè vixerant obliuiſcuntur, & decurrentium more fluminum ad ima abſque vllo retentionis obſtaculo deuoluuntur &c.* dedi Damianum.

ſerm. 2. de S. Seuero.

Nec longè ab hac ſententia Diuus Bernardus abſceſſit: licet enim, vt ipſe ait, integerrimum ſit in recenter initiatis vitæ exordium, quàm multa tamen de illis adhuc timenda ſuperſunt: plerumque enim ſanctè exordiuntur, ſed flagitioſum ducuntur ad finem; aliàs etiam ad Colonienſem Antiſtitem ſcribens, qui non ſe vltro in eam dignitatem inſinuaſſe, ſed oblatam aliorum ſtudio accepiſſe aſſerebat, candidè eum admonuit. *Si cunctos, qui vocantur ad miniſterium, conſtat elegi ad Regnum: profectò ſecurus eſt Colonienſis Archiepiſcopus. Quod ſi etiam, & Saul in Regno, & Iudam in Sacerdotio legitur elegiſſe non alius quam ipſe Deus, timeat, neceſſe eſt, & Colonienſis Archiepiſcopus.* non omnes quos Epiſcopalis ſedes capit & cęlum capit, ſi ergò plerique vel alijs, vel Deo vocantibus, ad tantum munus efferuntur, interitu tam mi- D ſero ruunt, ſi qui tam florida virtute adoleſcunt, ſub eo pondere deſudantes concidunt, ſi naufragi pereunt; qui peritiſſimi nauarchi dicebantur; quid de ijs dixeris, qui tot artibus, lenocinijs, & fere dixerim fraudibus vtuntur, vt honores illos attingant, ſi ſcientia, experientia virtutibus ſint deſtituti: ſic optime philoſophatur Sanctus Baſilius. *Si qui delatam ſibi ab hominibus gloriam acceperunt, ſic condemnati ſunt: ſine controuerſia qui vltro non delatam ipſi inquirunt* grauiſſima hęc verba adnotentur, *grauiſſimo ſupra quam dici poſſit, iudicio plectentur.* Quàm lubrica inter dignitatem culmina via eſt, quàm facile inter honorum faſtigia caput laborat, quàm ad vitia procliuis ad prauitatem preceps honor eſt, cùm præcipuè non habeant, vnde timeant correctionis habenas *lubrica enim, in bonis moribus licentia poteſtatis, & oblatio facultatis* ſic Ambroſius, ne igitur mireris, ſi quos priuatim degentes innocentes aſpexeras; honoribus poſtea datos, præcipites agi per vitia, maloque Dæmone impellente, ſordibus obuolui conſpexeris; *Quia plerumque, qui videbatur in plano, & habili, videbatur, ſecurius ſtare, & ſtabilius ambulare; cum ad arduum, & lubricum venerit, aduerſario fortius impugnanti non reſiſtit, nec perſiſtis*

in declam.

Epiſt. 9

in regul. breuiar in terreg 36.

in apolog. de Dauid c. 3.

ſiſtit in ea, qua ceperat ſanctitate Philippum Abbatem audiſti: quàm fortiter ad vi-
lib. de dign. Cleric. c. 68 tia excitantur, qui alijs ſe preæſſe agnoſcentes, omnium plauſibus, omnium aſ- A
ſentationibus excipiuntur, ipſaſque vitiorum ſordes authoritate ſua reddere quod-
ammodo videntur illuſtres: qui virtutum ſolida incrementa non perfecerit, & mul-
tiplici ſtudio non vacauerit probitati, licet ab alijs efferatur ad infulas, ni ſuæ ſe-
curitati euigilet, moreſque ſuos ſolerti prudentia metiatur, maxime periclitatur,
ne priſtina integritate corruptâ, malos induat mores, & fœda prauitate ſordeſcat:
honores enim (quis veterem paræmiam neſciat?) mutant mores, ſed non in me-
liores: quâ de cauſa idem Philippus Abbas ſtatuit, eos tantum inter pericula di-
gnitatum eſſe ſecuros, qui per exercitamenta virtutum ſunt numeris omnibus ab-
ibid. ſoluti *Quia videlicet in ſublimi faſtigio dignitatis, non figit greſſus ſtabiles, niſi ma-
turæ ſanctitatis grauitas.*

Quin Sanctus Petrus Damianus experientia edoctus, illos etiam aſſeruit, quos
iam virtutum apex tenet, inter dignitatum blandimenta, licet nulla in re grauiter
muneri ſuo deficiant, ardorem tamen charitatis deperdere, & à recta pietatis via
deflectere ipſius nequitià dignitatis: *Et ipſi ſumma ſanctitatis viri, ſuſce-* B
dict. ſerm. de S. Seuer. *pto curæ paſtoralis officio, & ſi ad mala (quod abſit) non proruant, ſæpe tamen ex ipſa
boni perfectione neceſſitate cogente aliquantulum minuuntur.* quæ omnia duobus
ab ipſo confirmantur exemplis, tum in Sancto Gregorio Pontifice, qui de hoc vir-
tutum decremento copiosè in ſuo principatu conqueritur, tùm in Sancto Martino,
qui maiori fulſiſſe legitur Sanctitate, antequàm ſacram præfecturam indueret, quàm
poſteâ ea ornatus effulſerit: illud tamen ad Epiſcoporum ſolatium addit tantus Ec-
cleſiæ magiſter, quod illa propriæ virtutis detrimenta, quę tùm in concionibus ha-
bendis, tum in alijs ad populi ſalutem vtilibus Epiſcopi patiuntur, vberrima illis
lucra ſunt, & quæſtuoſiſſima populorum incrementa. *Quamquam proculdubio cre-
dendum ſit, quia ſanctis prædicatoribus quidquid pro aliorum cuſtodia de propria per-
fectione ſubtrahitur, multò largius, multoque vberius in acquirendis ſubditorum lu-
cris augetur.* ſic ille.

Vlteriùs etiam experientiæ magiſterio eruditus Diuus Chryſoſtomus proceſ- C
homil. 42. ſit: ea enim eſſe dignitatum diſcrimina pronunciat, vt homines ad multa patran-
da cogant, quæ Deus auerſatur. *Dignitates profectò ad multa, quæ Deo minime pla-
ceat, hominem inducunt;* cogitur etiam aliquando Epiſcopus, ait Diuus Grego-
ep. 25. l. 7. rius, aliqua non ſine labe indulgenter officij cauſa præterire *Aliquando verò ſtudio
exigente, compellitur quædam etiam cum culpa diſponere*: quod tamen de leuiori la-
be intelligendum eſt, non de lethali, vel ad maius aliquod crimen euitandum: quis
enim ignoret nulla alia de ratione ipſi morti innocentiam eſſe præferendam?

§. II.

ITà ne igitur vel ſydera in ſacrę dignitatis cęlo micantia obtenebrantur, ſol
etiam ipſe tetrà caligine inuolutus obcæcatur, adeò vt cum Iſaia vate pronun- D
ciari poſſit *Et tenebratus eſt Sol in ortu ſuo?* quis hoc inficietur, ait Diuus Aelfredus,
dignitatum vitio hoc tribuatur: quàm multi enim ſunt, qui virtutum ſuffragiis ad ſa-
Iſa. 10. cras ſedes elati refulſerunt vt ſydera, ſed poſtea nigra nocte perfuſi, ſe obſcura-
runt. *Multi initio Sacerdotij ſui lucent. quorum ſcilicet & vita integra eſt, & inten-
ſerm. 10. tio recta, & electio ſana; qui tamen poſtea morum mutatione obtenebreſcunt*, & con-
ſideratione digniſſimum illud eſt, quod his ſuper addit, ſcilicet tanta ſub Antichri-
ſti aduentum ambitionis, & auaritiæ nocte humanos animos caligaturos, vt ple-
rique vitiorum maculis, improbitatis vmbris, & ſimoniaci mercimonii ſordibus
inter ſydera ſacrarum dignitatum ſuas ſint ſedes occupaturi: nulla ego, fauente
Deo, crediderim tam deplorandæ diei adhuc præluxiſſe crepundia; ſed quàm
vereor, ne proxima nobis valde ſit, cum procaciſſimâ licentia vitia omnia graſſen-
tur, & ambitio potiſſimum auaritiaque inſano faſtu laſciuiant.

Rem etiam proferam inconſideratam forſan aliquibus, ſed è ſacris litteris eru-
Geneſ. 5. 24 tam: hic enim habetur, quod *Ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit*

eum

Digitized by Google

A *eum Dominus* : loco uerbi illius *non inueniebatur:* quis autem eum exquirebat, &
& quinam quæſitum eum non inuenit? reſpondet Genebrardus, ab hominum vni-
uerſitate quæſitum, ſed non inuentum; ſi namque eum inueniſſent, ſuum Domi-
minuum ſuumque Regem, ſuarum virtutum ſuffragijs electum renunciaſſent. qua
igitur de cauſa ab hominum aſpectu Enoch Deus auulſit auulſumque cœleſti para-
diſo locauit? interroganti ſpiritus idem Diuinus reſpondet; de Enoch enim ibi ha-
beri ſermonem Sanctus Bernardus, & Ambroſius affirmant *Placens Deo factus eſt*
dilectus, & viuens inter peccatores raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, S. Ambr. orat. de obit. ſatyr.
aut ne fictia deciperet animam illius; feſtinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & in D. Bernar. ſerm. 2. de Aſcenſ.
conſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia: ne à rectâ pietatis viâ di-
uerteret Sanctiſſimus Enoch, Deus ipſe, detur hæc homini dicendi licentia, quo-
dammodo timebat, & Regiæ dignitatis voluptate Magicis tamquam artibus oc- Sap. 4. 10.
cupatus, ſe vitijs implicaret; eum ergo à lumine dignitatis auertit, ne vitijs ob-
ſcuratus ad ea bella, quæ cum nebulone nefario Antichriſto pro Chriſti fide for-
B tiſſimè perfecturus eſt, inutilis redderetur.

An igitur quieſcere inter honores valeat, qui non virtutum auxilio, ſed poten-
tiæ ſuperbiæque pennis ſuffultus vltro ſe illis immiſcet?

Per cruentum Chriſti Seruatoris latus omnes obſecro obteſtorque, quos pera-
cutis ſtimulis pruritat ambitio, vt decem has rationes ruditer à me explicatas di-
gnetur accuratè ſedulòque perpendere: ſibi ſuadeant velim, ſe alloqui ea Bernar-
dum, quæ olim Londinenſem Antiſtitem grauiſſimè allocutus eſt; quàm enim
acerbè in his ille conqueritur de nonnullorum dementia, qui obcœcati ad dignita- ep. 24.
tes rapiendas præcipites ruunt, nihil prorſus librantes labores, quos ſunt deuora-
turi, diſcrimina quæ ſubeunt, leges quibus obſtringuntur: ad horum aliquem piè
conuerſus author ſanctiſſimus ſic eum interpellat. *Quo aſcendis miſer? vt ab al-*
tiori gradu ſit caſus grauior: neque enim paulatim decides, ſed tanquam fulgur in im-
petu vehementi (quaſi alter Sathanas) ſubito deijcieris: non enim tanta alacritate
currerent ad honores, ſi eſſe ſentirent & onera, grauari profectò metuerent, nec cum
C *tanto labore, & periculo dignitates affectarent: affectant autem, quia ſola attenditur*
gloria, non pœna. Væ tibi Epiſcope, quia peccata populi comedis, ac ſi propria tibi
minus ſufficere viderentur. Venies miſer ante Tribunal Chriſti, &c.

Religioſis viris maximum nefas eſſe, ſi ſacras Dignitates affectauerint. Cap. XXXV.

SI tot diris deuouenda omnium ambitio eſt, hominumque voces ad infularum
candidatos carpendos iure meritò intonant, quibus nam oro vos obiurgatio-
num aculeis arguendi damnandique ſunt illi, qui religioſæ vitæ leges amplexi ſa-
cras dignitates votis deuorant, & ambitione rapti in ipſas irrumpunt? quàm au-
D dax quàm procax illa eſt, quæ in ſede abiectionis pompam ſui facere affectat, ex-
plicatque inſolens gloriæ humanæ vexilla, vbi inter exercitamenta pietatis mun-
di gloria conculcatur.

Si autem vbicumque ipſa fuerit inſana, & demens omnibus audit, eò quod ſua
ſolum operâ ſuiſque artibus vtatur, vt ſe ponderi immaniſſimo ſubijciat, palmaris
profectò, & helleboro digniſſima dementia eorum erit, qui arctioris, & ſeuerio-
ris vitæ genus amplexi ab illo diſcedunt, vt ſe periculoſo, deuioque itineri com-
mittant, & cum ſacris in clauſtris velut in portu quieſcere ab omni diſcrimine ſa-
lutis alieni poſſint, mari ſe credunt tot ſcopulis, & tempeſtatibus obſito, vt nau-
fragio ſemper proximi, ſe ipſos ſimul, & nauim ſint perdituri: quid enim aliud eſt,
è Diui Gregorij Nazianzeni ſententia ſedes Epiſcopalis, quàm tempeſtas quædam
miſeranda, eiuſque *Præſentia tempeſtatis inſtar exiſtimabam*, adeòque ne tam pro-
celloſo Euripo fluctuans ageretur, inter ſacras eremos degere ſponte delegit: *At* orat. 5.
rupem aliquam, aut præruptum quendam locum, aut exiguum murum conquirebam,
quibus obtegi poſſem.

Cc Quà

Digitized by Google

Quà propter iure merito,qui à religioſæ vitæ ſecuritate ad tam incertum, & prę-
ruptum iter gradum facere contendunt, irridet, & miſeratur Sanctus Cyprianus, A
eoſque furoris turbolentà quadam vi percitos affirmat, quo furore, veluti ſalſugi-
ne quadam aſperſi, virtutum fœcunditate deperditâ, ſpinas ſolum ambitionis
in prolog. lib. de oper. Chriſti. egerminant, *Ambitionis ſalſugo bibulam animam occupat, vt per fas & nefas ad lo-*
ca ſuperiora, etiam de latebris eremi nonnulli ſe ingerant. ſic ille.

Si demum è fœdis, quibus vtitur artibus,ad finem dignitatis attingendum,ſem-
per ſordeſcit ambitio, quàm ſordidiſſima erit omnium, quæ pannosâ, & lacerâ
veſte inter male materiati cubiculi anguſtias abdit ſe? fronte enim & vultu virtu-
tem ſimulans, vitia quidem cęlat, non fugit, virtuti non ſtudet, at ludit, & ſub
religionis ſpecie ſocordiam fouens, ſtygijs fraudibus ſe patitur circunduci: ex his
ſerm. 35. in Cantic. vnum alloquens Diuus Bernardus, ſic ait. *Neceſſe eſt circumuinciri te à negocio*
perambulante in tenebris, quod eſt hypocriſis; etenim iſta de ambitione deſcendit, & in
tenebris habitatio eius, quippe abſcondit quod eſt, & quod non eſt mentitur: è viro
Religioſo mercator iniquus ſub affectata pietatis ſpecie Sacras dignitates aucupa- B
tur, vitra adamantum pretio vendit, vt adamantes emat, qui viliores vitro ipſi
redduntur. *Negociatur enim omni tempore formam retinens pietatis ad ſe ſe occul-*
tandum, virtutem autem eius venditans, & omnes honores: quà propter ſicuti vio-
lentus motus perennis diù eſſe non poteſt, ſic voti compos factus, perſonâ pietatis
depoſita, & veſtes virtutis quas induit, hiſtrionis in morem relinquens, ſe defor-
mem theatro ſpectandum dabit, Eccleſiæ ſimul venuſtatem deturpans, ſimulque
ſalutem deſtruens populorum: omnibus hæc repræſentet, quem ſuperius memo-
rauimus, Ioannes dictus cognomento Ieiunator: hic enim inani oſtentatione vir-
tutis exquiſitâque ſimulatione ſub cucullo thiaras abſcondens, vires omnes,& ar-
tes intendit, vt demum vulpina calliditate Conſtantinopolitanam ſedem attinge-
ret, eòque ab illa magis alienum ſe oſtendit, quò auidius eius infulas anhelabat,
ſuam vilitatem, & ineptitudinem tanta vi orationis obiectans, vt omnium laudi-
bus tolleretur: verùm vix ſacris ſubſellijs adſtitit, vt laruâ pietatis excuſſa,eò pro- C
cacitatis infandæ deuenerit, vt Hierarcharum primatum ſibi arrogare inſolenter
contenderit, & orthodoxæ religionis Epiſcopi nomine compellari: quin etiam in
Sanctum Gregorium Pontificem, Cæſarem obarmans, ad ſuam ambitionem por-
rigendam, & propugnandam Cæſareâ potentiâ vſus eſt, vt ex Epiſtolis conſtat,
quibus Cæſarem, & Auguſtum, & Conſtantinopolitanum Archidiaconum Diuus
lib. 4. ep. 38. 32. & 34. & 19. Gregorius Ioannis Audaciam refregit: ſed ſui Pontificis, imo ſuam cauſam Regum
Rex Maximus egit; nam intempeſta morte ad ſuum formidandum tribunal, acceer-
ſito Ioanne quieuit Gregorius, breuiſque vrna eum habuit, quem totum vix ca-
pere orbis videbatur.

Teſtetur hoc idem Monachus ille, qui fucata ſpecie, flagitia ſua obuelans, vt
l. 3. c. 15. diuinitùs Sanctæ Brigidæ fuit demonſtratum, poſt ſacram dignitatem ſimulatis
hiſce artibus occupatam, tam miſerando exitu illam reliquit, vt eius lacrymis ne
ipſa quidem æternitas abſterſura ſit.

Iure igitur meritò apologum illum meditatus Hugo Cardinalis, quo, vt è ſacris D
Iudic. 2. litteris habetur, arbores ſibi regem ſtatuere voluiſſe finguntur, ait, quod per *Oli-*
uam, ficum, & vitem, quæ eliguntur, & non recipiunt, ſignificantur Religioſi, qui no-
ibid. *lunt promoueri in ſęculo ad prælationes*.

§. I.

PRofecto nullum adeò vigilem oculatumque Draconem commenta poeſis eſt,
quàm vigilans oculatuſque vir religioſus futurus eſt, ne veternoſus ambi-
tionis morbus mentem ſuam inuadat, ne virtutum perfectioni non ſolum noceat,
ſed ipſammet ſpem beatitatis auellat.

Quin ipſi etiam, qui non ambitionis æſtu, ſed meriti ſuffragio ad infulas effe-
runtur, grauiora pericula ſubeunt, & legibus arctioribus obſtringuntur, quam ſę-
culares Presbyteri obligentur.

E cel-

E cellula ad palatium, è cucullo ad thiaram, e plebeia menſa ad opiparam. A multaque famulantum turba præcinctam, ex vnius ſocietate ad frequentem populorum comitatum, ad opulentiam è paupertate, è ſedili ad ſolium, ad commoda è neceſſitatibus, è ſupplicijs ad delicias gradum facere, magnum animi robur efflagitat, ne tam excelsè collocatum caput vertigine rotetur, & ruat; hoc ſane fuit in cauſa, vt plurimi è religioſis viris non tantùm ab illis exoptandis abſtinuerint, ſed pertinaci quadam conſtantia ſe ab illis excipiendis auerterint: nimius quidem fuiſſe videtur in Eccleſia Tornacenſi repudianda Goffredus Clareuallenſis Abas ab Eugenio Tertio ad eam ſedem elatus: licet enim cum Diuus Bernardus ad Pontificis obedientiam cogeret, genibus tamen eius obuolutus ait, monachus quidem transfuga fuerim, ſed non Epiſcopus: hoc tamen ille peculiari numinis radio illuſtratus effecit, nam pijſſimo viro ſe poſt funus aſpiciendum tradens ait. *Si fuiſſe de numero Epiſcoporum, nunc eſſem de numero damnatorum*: quod quidem non de conditione dignitatis intelligendum videtur, ſed quia non ſine magno diſcrimine ex vna extremitate ad aliam gradum facimus: præter quam quod non

B omnes ad aliorum regimen apti naſcuntur: liberè Deus ſua beneficia impertitur, *Diuidens ſingulis prout vult*, teſtaturque Ioannes Chryſoſtomus, plurimos ſe agnouiſſe pijſſimos Deo dicatos viros, qui tamen in Epiſcopali adminiſtrando munere defecerunt. *Nam multos ipſe noui ex ijs, qui ſe ſe perpetua continentia cohibuiſſent, ac quorum corpora ieiunijs multis exhauſta eſſent, donec ſolitariam vitam agere, ac ſuas dumtaxat res curare licebat, Deo maximè acceptos fuiſſe, eoſdemque in dies ſingulos capta illi philoſophia auctarium non paruum adieciſſe; qui ijdem poſteà quàm in hominum lucem venerunt, vulgique inſcitiam emendare coacti, alij prorſus muneri illi adminiſtrando impares fuere, alij in eo ipſo munere perſeuerare dum cogerentur, priſtina vitę cura, atque auſteritate procul excuſſa, tum ſibi detrimento maximo, tum alijs nulli prorſus vſui fuere.* p.Chor.12. lib.3.de Sacerd.

Illud inſuper aduertendum eſt, valde inter ſe diſtare Monachorum regimen à regimine ſæculari, nullamque conformitatem cum religioſa diſciplina forenſes

C cauſas habere: abſolutum Monachorum regimen eſt, & cùm Regulis, clauſtris, votis ipſi obſtringantur, ſeruitute quadam ſed pretioſa mancipantur, quæ politicis à legibus videtur aliena: nec ineptè in hanc rem vſurpari verba illa poſſunt, quę aliò reſpiciens Diuus Gregorius protulit ad Phocam Cæſarem ſcribens, *Hoc namque inter Reges gentium, & Republica Imperatores diſtat, quod reges gentium Domini ſeruorum ſunt, Imperatores verò Republica Domini liberorum.* l.21. ep.16.

Cum ſemel Aſſiſiatem Franciſcum Sanctitate commendatiſſimum Pontifex interrogaret, vt Lyranus refert, an Religioſos è ſuo ordine viros ad ſacras educi dignitates gauderet, non aliâ de causâ *Minores* fratres ſuos à ſe appellati reſpondit, niſi ne minores fratres alijs ſupereſſent, eiſdemque maiores euaderent, adeòque tunc maximè diuinæ gloriæ populorum vtilitati profuturos, cum ſuæ diſciplinæ vacantes, extraneas honorum vias alijs premendas omitterent. l.6 expoſit. moral in 4. Reg.

Quis autem adeo hebes ſit, vt non aduertat, quàm pernicioſè religioſi viri ſta-

D tum, cui ſe deuouerunt, immutent! nam ſtudio virtutum abſolutarum omiſſo, ambitionis aurâ raptari ſe ſinunt, & Religioſum ordinem illis expoliant viris, quos non ſine ingenti ſumptu, tum eruditione, tum ſanctimonia expolitos educauerant.

Quam ad rem argutiſſimè dictum olim à Patre Claudio Aquauiua Societatis Ieſu Præpoſito Generali: hic enim cum diſceptaretur, an æquiores leges eſſent, quibus inſtituitur Ieſu Societas, an Clericorum Regularium ordo, qui vulgo Theatini dicuntur, præſertim cum facile è Societate Ieſu detur egreſſus, qui tamen prohibetur in ordine Theatinorum, illud eleganter reſpondiſſe fertur, duos hoſce Ordines hoc inuicem diſcrepare, quod ab illo imperfectiores viri, ab hoc perfectiores egrediantur. hoc autem ipſe ſignificauit, è Theatinorum ordine quàmplures ad Epiſcopales ſedes implendas exire, cùm è Societate Ieſu ſolum illis exitus aperiatur, qui vel valetudine, & viribus deſtituuntur, vel eo virtutis ardore carent, quem tanti ordinis excellentia efflagitat.

§. II. A

HAEC omnia in ambitionis odium dicta ſint: verùm ſi quis è viris religioſis à Deo vocetur *tamquam Aaron*, eodem plane modo gerere ſe debet, quo vel in ſuſcipiendis, vel in repudiandis ſacris dignitatibus, Præſules ſæculares, vt ſuo loco ſcribetur inferius: rerum enim magiſtra experientia ſatis oſtendit, quàm plurimos è religioſis agminibus ſacris Infulis decoratos, in populis gubernandis eximia prudentia, & vndique ſpectatiſſimos ſe præſtitiſſe: ea enim neceſſitate tenentur, vt titulo potiori ſtudeant ſanctitati, populorumque ſaluti: quàm optime ſciunt ipſi, quòd ad perfectiorem ſtatum euocati, non illis tantum emicare virtutibus debent, quibus inter clauſtra vacauerunt, ſed alijs etiam plurimis illiſque potiſſimùm, quæ decent Epiſcopum; eiuſmodi ſunt erga pauperes munificentia, pietas in egenos, animarum ſtudium, vigilantia, ſolertia, omniaque, quibus commiſſarum ſibi gentium ſaluti comparandæ coſulitur; quàm optimè compertum illis eſt, non vtique, vti vulgus opinatur, deperditam ſibi reſtitui libertatem, ſed alia ſibi vincula apponi, quibus non tantum maior illis licentia prohibetur, ſed arctiùs ad ſuam integritatem, ad populorum exemplum, & ſalutem obſtringuntur: quàm optimè intelligunt, quod ſi omnibus hæc lex Epiſcopis eſt, vt in priuata commoda obarmentur, & pugnent, ſibique nepotibus, ſanguinique ſuo bellum indicant, multo magis hoc ab ipſis exigitur, qui inter ipſa tyrocinia religioſæ palæſtræ mundi contemptum addidicerunt, nec tantùm auri iubar calcarunt, ſed in ſemetipſos clariſſimo quodam triumphi genere imperium tenuere: hoc ipſum eſt, quo Eugenium Pontificem Sanctus Bernardus admonebat his verbis, *Alioquin per quem alium hæc tam debita libertas ſperabitur, ſi & vt (quod abſit) in Christi hæreditate quæris, quæ & tua ſunt, qui tam, & ante didicerat, non dico tua non retinere, ſed nec tuni eſſe?* quod ſi conſanguineis hominibus, rebuſque illis poſthabitis, quas innata gradus conditio impertiuit, totos ſe Deo conſecrarunt, annon ſacrilegij loco eſſet, vt vel proprio, vel affinium genio indulgerent, ſacros cenſus, vel Eccleſiæ, vel pauperibus, quorum patrimonium ſunt, furari? ſi hoc ipſi ſanguinis amore ducti præſtarent, à Platone Romanoque Oratore ad Diuinum Tribunal adducti, magnum ſuę ſalutis diſcrimen inirent, eò quod in ſacro regimine partes illas non expleuerint, quas ad profanum Magiſtratum rectè gerendum perutiles, & neceſſarias ſtatuerunt: Egregiè hoc explicans Tullius audiatur, *Omnino qui Reipublicæ præfuturi ſunt duo Platonis præcepta teneant; vnum vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agunt, ad eam referant obliti commodorum ſuorum: Alterum, vt totum corpus Reipublicę curent, nedum partem aliquam tueantur, reliquos deſerant*: pro eximio Numinis amantiſſimi beneficio ducunt, quod poſt multa, & repetita exercitamenta virtutum ad gentes erudiendas eos elegerit, vt tùm exemplis ſuæ integritatis, tùm pijs concionibus, quibus præ alijs excellere illos decet, effrænatos populorum mores comprimant, obſcuraque opera illuſtrent; precibus item, & voluntarijs ſupplicijs, quibus præ aſſiduo vſu ferè obcallucrunt, maiores ſibi vires conciliare à Deo poſſunt, vt oues ſuas ad paſcua Beatitatis adducant: ſi namque religioſa interſepta lucernæ erant, quæ ſub modio poſitæ vni tantum lucere Deo ſtudebant, & ad eius aſpectum iubar pietatis effundere, ad populorum oculos poſteà obiecti, lucem augere tenentur, vt ſibi ſimul, & ſuæ Diœceſi, orbique vniuerſo, prudentia, caritate, animo, voce, ipſoque aſpectu præluceant.

(Marginal notes: epiſt. 237. — beside "Pontificem Sanctus Bernardus"; l. de offic. — beside "runt: Egregiè hoc explicans Tullius"; B, C, D — section letters in right margin.)

Egregiè illis etiam innoteſcit, quod cùm tam illuſtri titulo, è ſui ordinis diſciplina fuerint educti, maculoſius, & obſcurius in eis crimen eſſet, ſi pietatis, cui ſe auihorauerunt, obliti, populos exemplis illis fraudarent, quibus ſe inſtruendos, & ad viam ſalutis dirigendos ſperabant; virtutes omnes iam in ipſis adoleſcere arbitrantur, graduque maturo perfectas, quod potiſſimum de tolerantia in Sancto Euſebio Vercellenſi Antiſtite Ambroſius commendauit, cuius verba profero, *Hæc patientia in Sancto Euſebio monaſtery coaluit vſu, & durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum patientiam*: ſui ordinis venuſtatem deformare ipſi exiſtimarent, niſi tùm operibus, tùm verbis virtutes in ſe perfectiſſimas præſeferrent: praua enim de

(Marginal note: epiſt. 25. — beside "patientia in Sancto Euſebio".)

A de eo ordine ſuſpicio poſſet haberi, è quo vulgares tantùm in virtutibus viri
emergerent.

Demùm eos non latet, quod ab eo tumore & faſtu, quem recentes pariunt di-
gnitates, futuri ſunt alieni; nec enim ad animandam ſuperbiam dignitates deſi-
gnantur, nec virrutis palæſtra Chriſtique Gymnaſia, per honores acceptos enu-
trire arrogantiam docent, cum hæc ſtygius veluti riuulus è fonte ſolum Antichri-
ſti deriuetur; monitum ergo, quo olim Eugenium Pontificem Diuus Bernardus in-
ſtruxit, ſemper animo præferant, vt ſcilicet numquam à conſideratione termini
à quo receſſerunt, & *ad quem* acceſſerunt oculos mentis auertant, hoc eſt à vitæ
religioſæ paupertate, & incommodis, ad Epiſcopalis dignitatis opulentiam & de-
licias: *Abiectus eram in domo mea*: quod ad ſeruandam fidem, & ad piâ humilitate de conſid. l.2.c.5.
viuendum obſtringit. *Sanè qui dixit mibi, Amice aſcende ſuperius, amicum fore*
fidit. non ad imperium ſed ad laborem, non ad ſceptrum Principatus, ſed ad li-
gonem ſeruitutis in ſolio collocandum, *Vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſ-* Hieron. 1.
B *ſipes, & ædifices, & plantes: quid horum faſtum ſonat? ruſticani magis ſudoris ſche-*
ma, quam labor ſpiritualis expreſſus eſt.

Ad hæc aliaque præſtanda eadem religioſa veſtis eos excitat, quam vel in Epiſ-
copali dignitate ſeruandam docet tùm Synodus Conſtantinopolitana Adriano Se- Baron. ann. 869.
cundo Imperante coram Baſilio Tertio Cæſare, tum Synodus Budenſis ſub Nico-
lao Tertio anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo ducenteſimo nono ſupra ſeptuageſi-
mum, tùm demum Lateranenſe Concilium ſub Innocentio Tertio, quod inter c. Cler. 15.
Canones ſacros habetur: hoc idem de illis commendant vota, quibus iuxta opi- de vit. & hon. Cler.
nionem Magiſtri Aquinatis, cui concorditer omnes Theologiæ, & Canonum præ- 2.2. q. 185. art. 8.
ceptores adhærent, etiam in ſacra dignitate vinciuntur: hoc plane præſtiterunt
Sancti viri Baſilius Ceſaræ Antiſtes, Helias Hieroſolimæ & Matthæus ex Ordine Greg XV.
Cluniacenſi ad Romanam Purpuram induendam, & ad infulas Albanenſes ab Ho- decil. 103. num. 5.
norio Secundo acceſſitus, Ioannes Eleemoſynarius Alexandriæ, Beatus Lauren- Rot. deciſ. 87. num. 1.
C tius Iuſtinianus Venetiarum Patriarcha, Thomas Villanouanus Valentiæ Archie- Sophron. in
piſcopus, Beatus Nicolaus Albergatus Cardinalis, & Epiſcopus Bononienſis, in prat. ſpi-
Sanctique Ioannes, & Rodulphus Laudenſes ambo in hac Eugubina Sede mei præ- rit. c. 35.
ceſſores: hi enim omnes eadem plane viuendi formâ purpurati, & infulati vſi ſunt, Baron. ann. 1126.
quâ degerent, cùm religioſæ militiæ adſcriberentur: horum exempla ipſi ſequan-
tur velim non illud, quod Iordanus, ex eodem Ciſtercienſi Ordine exhibuit: hic
enim quàm diuerſam viuendi ſpeciem egit ſub Galero, ac ſub Cucullo? adeoque
moriens, pedibus nudis obſtrictus, Dœmonum vi viſus aliquibus eſt ad Diuinum
raptari Tribunal.

Moderationem hic obiter præterire non poſſum, quâ idiotæ inconſultam ſim-
plicitatem ſuſtulit ex eodem Ordine Ciſtercienſi Cardinalis Henricus Albanenſis Ceſar. l.4. c.79.
Antiſtes: hic enim à Pontifice Clemente anno à ſalute Domini milleſimo cente-
ſimo duodenonageſimo in Germaniam miſſus, vt in Saracenos bellum indiceret,
Sacraque Cruce ſignatos colligeret, vt quadam die moleſtiam leuaret itineris, Mo-
D nachos, quos ſecum habebat, interrogauit, an aliquis eorum dicendum aliquid
haberet pietati fouendæ idoneum: hic ex illis vnus, hoc ſatis ille præſtabit, (digito
hic idiotam quendam indicauit:) acceſſiuit illum Cardinalis humaniſſimus, eàque,
quâ præſtabat authoritate, præcepit, vt candidè, & liberaliter proferret, quæ pius
illi animus ſuggerebat: multus ille fuit in ſe excuſando; quantùm enim dedeceret,
ſi coram doctiſſimis viris ſimplex, & rudis idiota balbutierit! Sed demum Cardi-
nalis Imperio coactus, in hæc erupit: cum poſt funus rapiemur in Cælum, Sanctus
nobis Benedictus occurret, cucullum noſtrum aduertens ruet in noſtros ample-
xus, ſuæque nos participes Beatitatis efficiet: at Henricum Cardinalem aſpiciens
præ purpura intumeſcentem, ſcrutabitur, quis nam es tu? tunc ipſe, ex Ordine &
ego Ciſtercienſi ſum, ò Pater; tunc Benedictus, non te meum agnoſco; mei nam-
que Thiaras non induunt: ſuam tunc aget cauſam Henricus, multa pro ſe afferens,
quibus ſe expurget, ſed Benedictus ad Cæli ianitores conuerſus, reſupinate illum
ſolo, & ſtomacho reſerato, ſi in eo olera, legumina, aliaſque vulgares dapes in-
ueneritis, vnà cum alijs Monacis Cæleſtem ſedem illi præbete: ſed excludatur
omni-

omnino, ſi exquiſitas, & opiparas in eo ſeruauerit; hæc ille dixit, poſteâque non ſine aliqua licentia ad Cardinalem conuerſus ſubdidit. *Quid illa hora dicturus es pauper Henrice?* pergratè ſermones illos Cardinalis excepit, vultuque ſubridens idiotæ ſimplicitatem commendauit. A

Nec ex illis defuere, qui inter palatia mentis illas delicias non delibantes, quibus in ſacris domibus pingueſcebant, inter Liæ moleſtias Rachelis amores anhęlantes, enixiſſimè quæſiuerunt, vt ad primæuam ſui ordinis ſedem redituri grauiſſimam illam curarum molem ſimul cum mithra deponerent, illud Sancti Iob vſurpantes. *In nidulo meo moriar*: longam horum ſeriem apud Diuum Petrum Damianum habes: duos tantum nos dabimus, antiquum vnum, recentem alterum, vt ſua cuique ætati laus imperriatur.

Iob. 19.18.

Nic. Chor. li. 2. de reb. Manuel. Imp. Coon.

Primum è veteribus ſuſcipiamus à Niceta Michaelem Offitum nomine: hic ex aſceticæ Domus clauſtris ad Græciæ Patriarchalem dignitatem ſummo cum honore delatus, ad cæleſtis Beatitatis, & mundanæ caducitatis aſpectum, aſceterium ſuum repetens, tantum illius honoris pondus exuit: quin ad ianuæ veſtibulum ſupinus exporrectus, calcari ſibi ab vnoquoque Monachorum collum iuſſit in reatus illius pœnam, quo propriæ ſalutis oblitus alijs ſe gubernandis tradiderat, ſuæque militiæ religioſæ ſacramentis omiſſis, inutiliter ſacras ſedes ſedes impleuerat. B

Barboſ. in relat. de off. Epiſc. p. p. t. p. c. in fin.

Bartholomæus de Martiribus alter è recentioribus ſit, qui ſummâ cum omnium approbatione diu Bracharenſem Eccleſiam moderatus, è conceſſione Pontificia ſacras Inſulas deponens, Ordinem ſuum Dominicanum denuò ingreſſus eſt, ibique tam ſanctè reliquum ætatis traduxit, vt non pauca ſint ea prodigia, quibus eius nomen Sanctorum parens Deus illuſtrauit.

Non ideò tamen Abulenſis, aliorumque opinioni ſuffragamur aſſerentium, teneri Religioſum Epiſcopum, vt ſuum ordinem reuertatur, dignitatem exuere: contraria huic opinio maiores pro ſe centuriat tùm è Theologis, tum è Canonum Magiſtris authores.

Hæc tamen nobis ſpes eſt, vt tandem abſoluamus, Epiſcopos, qui noſtra hac ætate è religioſis familijs ſuſcepti ſacris dignitatibus decorantur, non eâ ſe fœdaturos contagione, qua olim Cardinalis Vgo eos ſuæ ætatis obſcurari non ſine vberi fletu videbat: vt nempe tot ſpinis, & aculeis obſitam ſedem veluti pro molliter ſtrato lecto ſuſciperent, cui dulciter accubarent: *Noſtri autem Theologi, quando habent Epiſcopatus, dicunt, Amodo debeo quieſcere, quia dici laboraui in ſtudio: vnde non propter laborem operis deſiderant Epiſcopatum ſed propter quietem, dicentes cum diabolo, Aſcendam in cælum, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti; in quo notatur appetitus quietis, & dignitatis, ſed dicit Beatus Bernardus, O impudicus, & impudens, millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millium aſſiſtebant ei, & alys ſtantibus ſolus ſedere præſumis?* C

Vgo Card. in p. Tim. 3.

Iſai. 14.

Daniel. 7.

An honeſtis artibus Epiſcopalem dignitatem ſibi comparare fas ſit. Cap XXXVI. D

PErmultis iam, validiſſimiſque machinis euulsâ euersâque ambitione, ne ſacrarum dignitatum lucem virulento afflatu infectam obfuſcet, earumque ſanctitatem ſuæ ſordibus profanitatis incœſtet, expedire quæſtionem nunc licet, an ſcilicet commendandus vel arguendus ſit, qui ſacras ſedes implere deſiderat, & honeſtis artibus probataque forma, voti compotem ſe facere contendit: nec enim deſunt, tum ex vna, tum ex alia parte, qui Apoſtoli authoritate ſuffulti in vtrumque vertuntur, ſi enim ille affirmauit, *Nec quiſpiam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tamquam Aaron*, aliàs etiam pronunciauit *fidelis ſermo, ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat* nec damnari meritò poſſe videtur, qui tam ſancto muneri ſupponere ſe deſideret, dummodo in eo exoptando commendabilis, & rectus finis habeatur; quis ergo ſanctum opus recto fine deſiderans, criminis arguatur?

Ad Hebr. 5. 4.

p. Tim. 3. p.

Duæ

Duæ hic mihi ſe viæ aperiunt ad difficultatem hanc enodandam: præcepti vna
A eſt, altera conſilij: quæ ad præceptum ſpectat, ardua Implexaque videtur è varijs opinionibus, quibus Theologicæ palæſtræ decertant. Ducem iam habeamus Aquinatem Magiſtrum; tria hic in Epiſcopali dignitate perpendit, animarum regimen populorum ſalutem, quod potiſſimum eſt, gradus excellentiam, & dignitatem, obſequium denique populorum, commoda diuitiarum, ſacroſque cenſus: his conſideratis ſtatuit, nefas eſſe Epiſcopales ſedes optare, vt illa honorum pompâ, & diuitiarum copiâ potiaris: auaritiam enim, & ambitionem quis hoc tedolere non agnoſcat? nefas item eſt, eaſdem optare titulo dignitatis; hoc enim atrogantiæ verti poteſt: ſed ſi populorum ſalutem, fideique bona reſpexeris, eatum deſideria commendanda ſunt, vt illuſtris actus virtutis: quià tamen cum honore, & excellentia hoc idem lege indiuiſâ coniungitur, hoc etiam quandam præſumptionis ſpeciem præfert, cum præſettim nulla vel Eccleſiæ vtilitas, vel Dei vocantis inſtinctus iutercedat, *Præſumptuoſum videtur, quod aliquis præeſſe appetat ad hoc, quod*
B *ſubditis proſit; niſi manifeſta neceſſitate imminente.*

[2.2.q.185. art.p.]

Totam hanc, quanta quanta eſt, doctrinam in ſuas canonicas lectiones Cardinalis Tuttecremata tranſtulit. [in cap. qui Epiſc. 1.8. qu.p.]

Haud tamen Angelicus Doctor ſatis ſuam mentem explicat, an ſcilicet huiuſmodi cum deſiderijs lethalis culpa contrahatur: quà propter Cardinalis Caietanus Diui Thomæ fidus interpres, eà quà præſtat ingenij perſpicacia, bifariam ait primum, & ſecundum intelligi poſſe: primò quidem cum redditus, commoda, honores, & ſupra alios excellentia tamquam operis finis optantur, adeò vt ad illam tanquam ad finem ſuum Epiſcopi munus referatur: hoc autem idem omnino ſonat, ſi diceres, te ad commoda illa temporalia poſſidenda finem potiſſimum, hoc eſt ſalutem animarum facilè omiſſurum: hoc autem quis non videat culpam lethalem inferre, cum finem dignitatis corrumpat, & veluti medio vtatur, quod tamquam finis eſſe deberet? concordes in hoc etiam aſſerendo ſunt Caietanus, Dominicus Soto, Petrus Nauarrus, Gregorius Valentia, Paulus Laiman alijqui magni no-
C minis viri, nec ſane immerito; qui enim hac tantum cogitatione, obiectoque ſine ditecti ſactas ſedes affectant, Phariſæis adnumerandi videntur, vt docet Angelicus, & eadem obiurgatione cotripi poſſunt, quà olim Seruator Dominus eos caſtigauit *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras, &c.* quis ſane huiuſmodi vitos non deteſtetur, qui Cælum telluri poſtponunt, qui eterno tantum atrio hærentes, Sanctuarij adyta ingredi recuſant? quis eorum regimini ſuas oues commiſerit, qui proptio tantum commodo conſulentes, lupos potius quàm Paſtores repræſentant: velut adulteros iſtos abhorret iſtos Eccleſia Sponſa: pulchritudine enim eiuſque forma deſpectâ, ornamenta tantùm opeſque ſuſpiciunt, vt ſibi ſuſcipiant: Aethiopes hoſce repellit, qui è ſole lucis fonte maculas hauriunt & tenebras, ne virgineum ſuum candorem obſcurent.

[d.q.181. art p.]
[Sot. lib. 10. de iuſt. q. 2. art. 2. Nauarr. de reſtit. l. 2 c. 2. nu. 53. V lèc. to. 3. diſp. 10. q. 5. punct. 2. Laym. l. 4. tr. 2. c. 15. num. 10. Matt 23. 6.]

Secundò, vt Caietanus philoſophatur, Sancti Thomæ mens intelligenda eſt, cum ea commoda non vt finis operis, hoc eſt Epiſcopalis muneris, ſed vt finis ap-
D petitus optantur: licet enim primariò propter illa quibus abundat commoda, ſacra dignitas exoptetur, adhuc tamen ea omnia, quæ muneri ſacro conueniunt, implere cogitat, & leges quibus obſtringitur accutatè obſeruare: quæ ſi hoc modo proceſſerint, non grauiori, ſed leuioti labe damnandus eſſet, qui eam deſideraret: ſic ipſe alijque perdocti cum eo.

Hæc autem diſtinctio peracuta adeò eſt, vt eam Dominicus Soto difficillimam æſtimauerit, quæ opere exetceatur: Gabriel verò Vaſquez nullo modo fieri poſſe docet, vt quis agnoſcat ſe temporanea bona optare, non vt finem operis, ſed vt finem appetitus; aliâ igitur ipſi via procedunt, hoc eſt leniori tantùm ſe culpa obſtringere, qui ex illis tempotaneis bonis, quæ potiſſimùm in Epiſcopali munere optat, nullum facere detrimentum muneri ſuo decernit; non tamen ſine aliquo timore eſt Dominicus Soto, ne qui tam obliquè ſacras vſurpat ſedes, omnes ſuis muneris partes adimpleat, nam *Qualis eſt ordo inappetitus obiecto, talis eſt in opere metuendus.*

[Sot. vbi ſupr. Vaſq opuſ. moral. tit. de beneſ. h. 3. 5. 4 dub. p. n. 69]

Nec Cardinalis Vgo diſcordat; illos enim docet non rectè ſactis præfecturis aſſidere,

ſidere, qui tantùm ad Imperij exercitium, & pompam opulentiæ, non ad virtutum ſtudium, & pietatis incrementum Thiaras induendas anhelant: aliquos hinc ille Diui Dominici ordine Theologiæ magiſtros obiurgat, qui magno infularum æſtu accendebantur, non vt vigilarent, ſed vt quieſcerent, non vt ſeruirent, ſed vt imperarent. A

Tertia demum nunc pars conſideranda eſt, quà Diuus Thomas ſuperius à nobis allatus aſſerebat, nulla ſine noxa exoptari Epiſcopalem ſedem poſſe, ea ratione vt primò Dei gloria, & ſalus animarum intendatur, dein vero vt commodis & prærogatiuis quibus ornatur dignitas, perfruantur: cum Caietano perpendendum hic eſt, nequaquam dici à Sancto Thoma, præſumptionem eſſe, ſed videri, adeoque ſi quis dignitatem exoptet, par eidem ſit, nullaque macula inficiatur, illiſque illuſtretur virtutibus, quas in Epiſtola ad Timotheum ſcripta recenſet Apoſtolus, arbitratur tantus Magiſter, quod attenta paucitate eorum, qui ad hoc miniſterium exercendum, pari virtute fulciuntur, nec ipſa veniali labe delinquere, qua tamen inficeretur, ſi hæc quam diximus paucitas tolleretur: hanc ſanè etiam ab eis repellit Martinus Nauarrus, qui multis ad hoc vtitur argumentis, dummodo tamen ambiens ſimpliciter dignus videatur & ſit: hanc Diui Thomæ fuiſſe ſententiam Nauarrus cenſet, cui etiam ſuffragantur Laiman, Graffius Toletus, alijque quos apud Homobonum de Bonis inuenies; opinatur tamen Valentia, quod ſi pericula librentur, & incommoda, quibus, vt ſuo ſatis muneri faciant Præſules obruuntur, poſſit ambiens licet ceteroquin dignus ſe culpa lethali polluere: acerbus tamen nimis in hac opinione Valentia videtur, & facilis nimis ſcrupulorum laqueis conſcientias hominum vexat: quin ijdem ipſi electores, è ſcientia quam habent de dignitatibus ab illis optatis, eorum quoque culparum conſortes fierent iuxta legem, quam in Epiſtola ad Romanos ſcripta, Apoſtolus, & Alexander Tertius Pontifex in vna è ſuis decretalibus ſtatuit: præter quam quod diſcrimina, quæ illis obijciuntur, non proxima ſed remota videntur, eademque ſibi, vel euitanda vel ſuperanda diuina virtute confidunt. B C

[Margin: Tim. 3. 2. — Homob. de tnum. vit. æ-ern. p. c 6. ve ſ. quanto autem. Valent. vbi ſupr. — cap. p. de off. deleg.]

Accommodatiùs igitur, ſi mihi habenda ſit fides, Vaſquez philoſophatur, qui lethalem omnem noxam non tantùm ab eis excludit, qui ſedem Epiſcopatus deſiderant; ſed ab ijs pariter, qui licet non omni virtute ſe inſtructos agnoſcant, illam ſibi conquirunt, dummodo tamen legitima ratione illam aſſequantur, nullumque ſibi ineſſe crimen aduertant, quo iuſtè poſſint inde repelli: nullam autem hic reperiri ſuperbiam, aut arrogantiam idem docet, quæ vel ad proximorum contemptum perueniat; quà in re, iuxta mentem Aquinatis, ſuperbiæ grauis culpa verſatur: quod validius in illis eſt dicendum, qui de ſua aptitudine ſe committunt Apoſtolicæ ſedis arbitrio.

[Margin: loc. cit. dub p. n. 60. 2. 2. q. 162. art. 5.]

Si vero vel debita doctrina deſtitutus, vel vitio aliquo irretitus, indignus ambiens eſſet, conſtantiſſima tùm Cardinalis Toleti tùm Lezanæ opinio eſt, capitali noxa reum futurum, qui eam dignitatem exoptet, quæ ad ſui exercitium abſolutam integritatem efflagitat; abundè colligitur hæc doctrina è Sancto Gregorio, cuius ea ſententia fuit. *Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus nec coactus accedat.* D

[Margin: Tol. in ſum. lib. 5. c. 3. §. prima eſt. Lezan. qq. regul. p. p. c. 10. n 22. p. paſt c. 9]

Statuendum igitur cum Soto eſt, Epiſcopatus deſiderium indifferens in ſe eſſe, ſuamque tantum formam vel probam vel prauam è circumſtantijs aſſumere: licet autem, vt docet Suarez, etiam attentis circumſtantijs, ſi moraliter loquamur, periculoſum ſit, adeòque nullum ad eas perquirendas adhortandum, ſi tamen in ambiente ſit aptitudo, non ad præceptum ſpectat, ſed ad conſilium, vt ab ea ſibi comparanda abſtineat. ſic Layman.

[Margin: de relig. t. 3 l p. cap. 18. n. 11. & 13. — lib. 4. tr. 2. c. 15 n. 10.]

Quacumque tamen religione liber eorum animus eſſet, qui ſe moraliter dignos æſtimantes, corrupta adeo tempora offenderent, quibus viris aptiſſimis ſacræ ſedes implerentur: hoc enim euentu Vaſquez, & Azorius docent ab omni prorſus noxâ publicæ vtilitatis cauſa excuſandos: gratias imo referret eis Eccleſia, ſiquidem tum eruditione, tum probitate tam bene inſtructi ſecum inire nuptias ſtuduiſſent, eoſque alios hac ratione à ſponſi titulo remouiſſet, quos profanis moribus deditos ſacræ dignitates abhorrent,

[Margin: Vaſq. loc. cit. Azor. p. 2. l. 3. c. 28. qu. 2.]

Licet

A Licet autem hac ratione Caietanus tantum vtatur ad curias, & parœcias aliaque Sacerdotia dignitate Epiſcopali minora; Nauarrus tamen, à quo non diſcrepat Sotus nullam prorſus diſparem rationem agnoſcit. Caiet. 2. 2. q.100.ar.5. Nauarr. de de orat.42. Sot.loc.cit.

§. I.

AD Theologicæ veritatis trutinam dicta hæc velim, non tamen, vt vllo modo deſideria huiuſmodi approbem abiectis adeo rationibus deturparata: ea tamen ſolum de ratione placuit iſta ſignificare, vt qui prurigines iſtas, vel neſciunt, vel nolunt in ſe ipſis extinguere, falsâ conſcientia non laborent, ſuaſque ſaltem cogitationes legibus diuinis accommodent, vireſque ſuas librantes & tenues caſdem reperientes, tam ingenti pondere, quò Athlantęi humeri fatiſcerent, non ſe audacter ſupponant, Venuſini vatis monito adhærentes Horat. de arte poet.

Verſatè diù, quid ferre recuſent,
B *Quid valeant humeri,*

quo eodem conſilio nos erudit Romanus Philoſophus hoc ſtylo *Aptari onus viribus debet, nec plus occupari, quam cui ſufficere poſſumus.* Sen.ep.108

Cæterum cui compertum non fuerit, quàm facilius, quàm ſecurius ſit regiam priuatæ vitæ viam premere, quàm per confragoſos, prætuptoſque calles ſpinis, & vepribus cruentos ambulare, alienos ex arena fluctus inſpicere, quàm ſe proceloſo mari committere, cuius reciprocantibus, & inſanis vndis validiſſima, quandoque nauigia, miſerando plane interitu corruerunt?

Singulari de illis admiratione Socrates occupabatur, vt habes apud Platonem, qui alienum regimen ſpontè ſibi imponebant, cum tot tantæque ſint leges arctiſſimæ, quibus Præſules, & moderatores obſtringuntur, adeoque præmijs, & pœnis conſtitutis, ad illud eos eſſe cogendos ipſe exiſtimauit. de Reipub. dialog p.

Quot ſane voces illæ ſed non benè vlli perceptæ ex Apoſtolo illaquearunt, *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*: tempus quo fuerint illa ſcripta, bene C perpendatur, illud nempe erat, quo in Antiſtites ferociebant Tyranni, & purpurâ magis ſanguineâ, quàm Epiſcopali pallio induebantur: idem prorſus erat Epiſcopum eſſe, ac ſe carnificum licentiæ immolare: quàm longè tunc temporis ab Epiſcopis erant annuorum cenſuum opes, titulorum inſignia, pompa obſequiorum, famulantium comitatus, & circumfuſus vndique ſplendor infularum: quàm egregiè mihi hæc ſuppeditauit Diuus Gregorius, *Illo tempore hoc dicitur, quo quiſquis plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur: tum ergo laudabile fuit Epiſcopatum quærere, quando per hunc quemque dubium non erat ad ſupplicia grauiora peruenire*: cum enim Chriſtianæ religionis ſtatum funditùs ea tempeſtate euertere conarentur Tyranni, nec voti compotes ſe fieri poſſe aduerterent, ſi Antiſtites veluti baſes, & ſtylibatæ ſtarent, tota in ipſos potentia, & immanitas detonabat: in ipſorum fortitudinem vires omnes exerebant, præliaque omnia exercebant, adeò vt primis illis tribus ſeculis vix inueniatur Epiſcopus, qui circumciſis D vndique membris pro Chriſti fide Martyr non occubuerit. ad Tim.3. p. — p. Paſt c.8. Aluar. Pelag.de plan. Eccl c.18.

Opportunè hic mihi accidit vt enarrem, quod de Demoſthene legitur: cum enim ſemel arcta hoſtium obſidione laboraret Vrbs Athenarum, ducem quidam ex vrbe alloquentes retulerunt, paratiſſimum eum eſſe ad vrbem obſidione laborantem liberandam, dummodo Demoſthenes ei traderetur: hac de re dum conſilium habetur, Demoſthenes de lupo fabulam memorauit, qui gregem rogabat, vt ei canes committeret, vt ſecura poſtea licentia in oues graſſaretur: ſic pariter cum in Epiſcopos tyranni ſæuirent, hæc eis mens erat, vt illorum conatus reprimentes imo delentes, victoriam de toto Chriſti grege facilius decantarent.

Nec ab ea fuerim opinione alienus, quod ſacris Infulis Epiſcopi donantur, non ad ornatum tantùm, & pompam, ſed ad eorum doctrinam, quâ ſe domini victimas fore cognoſcerent, *Infulas* enim Ethnici coronas eas vocabant, quibus Vitulos, & Agnos mendacibus eorum Dijs immolandos decorabant: quâ forte de cauſa, vaticinante animo de Epiſcopis ait Dauid, & poſtea confirmauit Apoſtolus, *Aeſtimati ſumus ſicut oues occiſionis*. Ant. Aug. dialog. 8. de numiſm. pſ. 43. 23. ad Rom. 8. 35.

Sed vt ad verba Apoſtoli reuertamur, eius tota periodus perlegatur, omneſque agnoſcenr, ijſdem omninò verbis audaciam ambientium rerundi, terroremque A
illis incuti: laudibus excitauit ad opus, & ſimul formidandum illud *oportet autem* ſubdens, licentiam refrænauit: tot enim tantaque ornamenta in Epiſcopo exigit, vt vix vllus dari poſſit, qui ſe moderatè ſuaque examinans, ea in ſemetipſo inſide-
Greg. vbi ſupr.
re cognoſcat; *Laudans deſiderium, in pauorem vertit protinus, quod laudauit, cum repente ſubiungit, Oportet autem Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe: cumque virtutum neceſſaria ſubſequenter enumerat, quæ ſit irreprehenſibilitas ipſa manifeſtat; & fauet ergo ex deſiderio, terret ex præcepto: ac ſi aperte dicat, laudo quod quæritis, ſed prius diſcite, quid quæratis*, Gregorium dedi: prætereà memorata Apoſtoli verba accurate trutinanti optimè innoteſcet, operis eius à ſe deſiderium commendari, quod labores, moleſtias, vigilantiam requirit: huius deſiderij flammam non dignitatis vel authoritatis æſtus accendit, ſed fidei, & charitatis ardor: authoritas enim, & dignitas eum exemplis illis aduerſetur, quibus nos magiſter Chriſtus erudijt, è ſinu ſuperbiæ pariuntur. *Aliud eſt bonum opus, aliud eſt primatus hono-* B
hom. 35. in Matth.
ris. Et opus quidem bonum deſiderare bonum eſt, primatum autem honoris concupiſcere vanitas eſt: ſic Chryſoſtomus, qui valido id argumento confirmat; nam ad hominum ſalutem impendere, labores exercere noſtrum eſt, noſtræque ſolertiæ à Deo remunerandæ tribuendum, ſed alijs ſupereſſe, diuinæ electionis eſt: ſpontè igitur dignitates inuadere, illiſque nos vltro immiſcere, nequaquam debeamus.

Operis igitur deſiderium laudat, ſed laudat ſpecie non laudantis: cum enim vox *bonum* è Græco codice legatur μαλὸν hoc eſt *præclarum & arduum*; quàm enim illuſtre, quàm arduum opus hoc eſt! ſi tamen noſtram vulgatam ſequi voluerimus adhuc Sanctus Hieronymus nobis ſignificat, quod nam ſit deſiderium
ep. 47. vel 597. ad Ocean.
nobis ab Apoſtolo commendatum *Bonum opus deſiderat; opus, non dignitatem, laborem non delicias, opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio*, quæ verba alibi etiam expendens, dicendi quadam forma vtitur eo magis aſpera &
in c. 3. Sophon.
aculeata, quò magis floridâ & amenâ *Videte qui dixerit bonum opus, & non digni-* C
tatem. Si autem deſpecto opere, ſolum, aſpexeris dignitatem, citò corruit turris in Siloè & Eccleſiæ cedri fulmine feriuntur & erecta ceruix, frangitur, & Cygnus extento collo iam ſublimem ſe tendens inter immundas volucres computatur; hæc tantus Orator.

Opus quidem bonum vocat, non bonam dignitatem, non bonos cenſus: qui enim ad alium finem amplectendum huiuſmodi deſideria diriget, præterquam ad
l. 2. ep. p. D. Anſ. in p. Tim. 3. Card Hug. ibi.
Diuinæ Gloriæ incrementum, populorum ſalutem, non opus ſed vmbram falſæ gloriæ conſectatur, hæc olim Diuo Damiano mens fuit: nec Epiſcopales infulas ille quęrit, ſed facultates ſuas, & ſua commoda, vt poſt Diuum Anſelmum Vgo etiam Cardinalis exiſtimat, qui tamen aſſeruit, perraros eſſe, quorum animus compoſitus adeo ſit, vt in ſacris dignitatibus vſurpandis, diuinæ tantum gloriæ elaborent: ad quod ſignificandum, ni fallor, ad multas preces Deo fundendas nos
Luc. 16.
primus fidei Paſtor excitauit, vt idoneos Præſules populis ſuis imponat, *Rogate Dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam*: non Dominos at operarios ipſe D
poſtulat, Agricolas, qui deſudent, non viros, qui luxui vacent, & ſcœnica pompa ſe efferant.

Labores igitur non honoris opus Epiſcopatum eſſe nobis Apoſtolus ſignificauit,
lib. 19. de Ciuit. c. 19. l p. 5. proinde, ff. de vero & extraord. cognit.
teſte Auguſtino, non quietis, at vigilantiæ opus, non dignitatis, at laboris *Locus vero ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, & ſi ita teneatur, atque adminiſtretur vt decet; tamen non decenter appetitur*: quæ forſan è lege Vulpiani tantus Doctor eruit, vbi hæc habes, *Quædam enim tametſi honeſte accipiantur, inhoneſte tamen petuntur*.

Hac autem animi ſententia verba hæc pronunciata fuiſſe ab Apoſtolo cœlitus docemur ex ipſa Apoſtolorum magiſtra Deipara, quæ Diuæ Brigittæ ſignificauit; bonum opus in Dei gloria in Chriſtiana fide, in animarum ſalute verſari: aliàs autem eidem Sanctiſſimę fœminę ſciſcitanti, an honeſtè quidam egiſſet Epiſcopa-

tum

tum recta mente deſiderans, eadem Auguſta Virgo reſpondit, *Si deſiderauit Epiſ-* Reuelat. S.
A *copatum propter ſe, tunc ſine dubio deſiderium ſuum erat carnale; ſi vero propter Deum:* Brigid. l. 4.
id eſt ad honorem faciendum Deo, tunc deſiderium ſuum erat meritorium, & ſpiri- c. 116.
tuale.

Nec illud ad plurimorum ſolatium prætererim, quod ex eiuſdem Deiparæ oraculo Brigitta eadem excepit; cùm enim quidam è Canonicis Epiſcopum ſuum aduertens à recta Antiſtitum viâ diſcedere, ei in eodem miniſterio ſubrogari optauerit, ad pauperum inopiam ſubleuandam, ad diuinæ gloriæ iubar amplificandum, ad fidei vberem ſegetem excolendam, Deum obteſtatus fuit, nequaquam ſibi in deſiderio eſſe vel opes, vel redditus, vel obſequij pompam, & titulorum ſplendorem: hæc ille vota pijſſimo animo fouebat ſe diuinæ voluntati regendum committens, licet ſactam dignitatem non aſſequeretur: poſt obitum Pontificalibus indumentis circumueſtitus, diuinæ maieſtati cæleſtium Spirituum choragio comitante fuit oblatus, & inter Epiſcopos ſedem obtinuit, quam Deus miſerrimo illi Præ- Ead. lib. 3. reuel. c. 3. num. 2.
B ſuli deſignauerat.

§. II.

CLariſſimè hinc patet, ſacrarum dignitatum deſiderium perrarò commendari poſſe, ſed plerumque vituperandum: quia autem quàm pauciſſimi ſunt, qui adeò ſplendeſcant, & terrenis iſtis ſordibus excuſſis tam ſint expoliti, vt tantum ad Chriſtianæ fidei dignitatem & decus, hæc honorum vota referant, & frequentiſſimè inter herbulas, & flores lateat ſerpens, hinc fit, vt ſuſpicioſi ſemper maxime fuerint ſancti viri de eis concipiendis, & fouendis, licet optimis ea rationibus circumueſtire conemur; & nihilominus nunc etiam temporis multa toleranda Epiſcopi nanciſcuntur, quibus ineruento quidem ſed prælongo eruciatu, ſi partes ſuas explere voluerint, ſuam charitatem aperient.

C His certe quis non dixerit, ſi apto eas lumine reſpexerimus, tanquam validiſſimis tentationibus animum noſtrum inuadi: ſe dignum ſacra dignitate æſtimare, ſe Diuinæ gloriæ idoneum reputare adminiſtrum, illaque virtutum omnium ornamenta iactare, quibus tantum Sacerdotium ornatur, illis fidem adhibere, qui noſtræ cupiditati blandientes nos illis ornatos repræſentant, annon potiſſimam, quam Chriſtiani debent profiteri virtutem, piam ſcilicet humilitatem, deſtruunt, & euertunt? annon modeſtiam eam extinguunt, quà de ſe moderate ſentientes, ſe tanto magiſtratu indignos, licet digniſſimi eſſent, fateri deberent? annon exquiſita ambitio eſt, & inſolens quædam audendi temeritas? *Deſiderium Primatus è iactantia naſcitur cordis, qui autem humilis eſt corde, indigniorem ſe alys arbitratur. Primatus autem fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe odit.* dedi Chryſoſtomum. hom. 35. in Matth.

Pia quidem, & ad virtutem compoſita videntur hæc vota, ſed è quadam inani, D & fucata ſpecie gloriæ prouenire quis neſciat? laquei ſunt, quibus nos ſtygius aucuparor irretit, imagines quibus noſtris oculis mundus fraudulentus imponit, cæcus noſtri amor nobis ea colorat, vt tam ſublime, quod affectar honorum culmen, attingat: Iſaiæ verba quàm apte illis accommodantur *Populc meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Iſai. 3. 12.

Ad populorum beneficium ſolis currum moderari Phaeton etiam ſuis viribus nixus æſtimauit, ſed currui, quem tam ardenter inhiauerat, impoſitus, præcipitem ſe dedit, ſimulque ſalutem orbis in diſcrimen adduxit: nullus æquam de ſe ipſo ferre ſententiam poteſt, omnibuſque hoc inſinuatum eſt magiſterio naturæ, vt ſe ipſos palpent, ſibique blandiantur: ſui quiſque amantiſſimus eſt, omniaque noſtra opinione metimur, cuius vi bona noſtra mirabili quodam incremento colorantur: *Mendaces filij hominum in ſtateris*, cum Achille congredi Therſites ipſe tentauit; quid igitur mirum ſi tot monitionibus tamquam habenis ab huiuſmodi deſiderijs, tùm ſacra, tum profana monumenta nos repellant? Homer. 2. Iliad.

Cum in Apoſtolis adhuc in Chriſti palæſtra tyronibus hçc ambitio tam virulen-

ta ſerperet, adeò vt primatum affectarent omnes, alijſque poſthaberi fortiter detrectarent: vt Alexipharmacum tam efferato veneno retundendo pararet Domi- A
Matt, 20.25 nus, illa verba ſuggeſſit, *Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos, ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus, ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*, quàm inhonorum, & turpe ſit honores appetere, annon clariſſime hæc verba ſignificant? quis enim ignoret, potiſſimum Aethnicorum eſſe munus, quibus Chriſtiana lex & egregia Chriſti Domini ſe ad omnium miniſterium abijcentis exempla ignorantur, honores appetere, totàque animi æſtuantis audaciâ ſummum gloriæ culmen anhelare: audi de re hac Chryſoſtomum loquentem; *Gentium autem ideirco mentionem fecit, vt ea ratione*
hom. 66. in 20. Matth. *opprobrÿ plenam, & deteſtabilem hanc rem eſſe oſtendat*.

Quin ſapientiſſimi etiam Aethnicorum ſtudia hæc à ſe ipſis amouebant: Tiberius, ſi danda fides Suetonio fuerit, non tantùm ab exoptanda imperij præfectura prudenter abſtinuit, ſed non niſi diù reluctatus eius molem ſuſcepit, eoſque acerbè redarguit, quorum opere ad regimen aſſumendum excitabatur: ſui profectò veritatem ominis euentus oſtendit, nam ſuis dignitatis veneno corruptis moribus, ipſam B
1 p. Annal. c. 24. poſtea dignitatem ſua prauitate corrupit: verùm, teſte Tacito, fucatâ ſpecie hoc ille præſtitit, nam quò ardentius imperij lauream ipſe concupiſcebat, eò ſimulatius ab ipſa fugere videbatur: non alia pretioſiori gemma Traiani diadema Plinius in Panegyri, quam de eo ſcripſit, illuſtrauit, quam fide, quà retulit, Traianum alieno magis arbitrio quàm ſuo, imperij principarum ſuſcepiſſe.

Sed vt ad Sacras paginas reuertamur, hoc idem ad Hebræos ſcribens Paulus vo-
ad Hebr. 5. 4. cibus illis admonuit, *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem. ſed qui vocatur à Deo tan-*
in 2.2.q 185 art. p in fin. *quam Aaron*. Porrectâ enim docente, ipſummet deſiderium, ipſa appetentia hic fugienda deſcribitur per eam vocem *ſumit*: quo autem modo ad Sacerdotium peruenerit Aaron, è diuinis litteris habemus, vt enim à ſummo Sacerdotio ambiendo Hebræorum mentem Deus auerteret, præcepit, vt in arcam duodecim virgæ C
immitterentur, quarum quælibet ſuæ tribus inciſum nomen exprimeret, illa autem cuius fœcunditate floreſceret, tanto miniſterio donaretur: hoc autem Aaronicæ tantùm virgæ Dei prouidentiâ fuit impertitum: *Et turgentibus gemmis eruperant flores,*
Num. 27. 2. 8. *qui folÿs dilatatis in amygdalas deformati ſunt*: quàm clarè hic ſignificatur, ad Deum tantum Antiſtitum electionem referendam, nec alias forte hominum partes, vt ſe illa dignos exhibeant, quam virtutum flores effundere, & ſuæ probitatis odorem vndequaque diſpergere; hoc enim modo, vt ità dixerim, Deus ipſe ad eum eligendum obſtringitur, qui ad ſuam amplificandam gloriam, ſalutiſque tum ſuæ tum alienæ ſtudium totâ mente contendat.

Vt demùm omnia de ſacris litteris hac in re attingamus, cæleſtis Spiritus eam ſponſam repræſentans, cuius cantica Sanctiſſimè reſonant, de illis, quorum ſtudijs dignitatum apicem fuerat aſſecutus, ſonorè conqueſtus ait, *Poſuerunt me cuſtodem*
Cant. 2. *in vineis, vineam meam non cuſtodiui*; frænum his vocibus, eorum prauis cupiditatibus inijcere ipſe contendit, ne ſui animi cultum omittentes, alienæ ſaluti incum- D
bant, ſibique ipſis ſteriliſcentes, fœcunditatem in alijs non ſine aliquà præſumptione allaturos conentur: hæc ſemel animo perpendens Diuus Bernardus in illa vali-
ſerm. 30. in Cant. dè erupit; *Ego loci huius occaſione me ipſum reprehendere ſoleo, quod animarum ſuſceperim curam, qui meam non ſufficerem cuſtodire*.

Emergere meo quidem ex animo gemitus iſti deberent, nec præ humilitate ſed è veritate in his ego lacrymas cogor effluere. Quantum diſcrimen inter Bernardum & me! ad perfectionis culmen erectus ipſe, vix ego virtutis limen ſalutaui vnius tantum aſceterij Præſul ipſe, quo pijſſimi Deoque dediti viri verſabantur, tot gentium ego Paſtor, quas prauis meæ vitæ exemplis meâque palmari negligentia tot viria depaſcuntur: adeò ille alienus ab optandis dignitatibus, vt oblatas inuicta repulſa calcauerit, ego autem, licet inopinato beneficio Vrbanus Octauus, cuius Sancta memoria eſt, ad ſacras infulas me aduocarit, diligenter me introſpiciens inficiari non poſſum, hac frequentiſſimè prurigine laboraſſe, titulo illo deceptus, poſſe me animarum ſaluti vacare, vireſque illas vtiliter exercere, quas mihi

ipſi

A ipſi obſcuras oculis ingerebant permulti, quietem, qua Romæ Præſul fruebar; amica violentia rapturi: quàm vereor ne ex illis vnus ſim, de quibus Diuus Gregorius. (1. Paſtor. c. 9.) *Sed plerumque hi qui ſubire magiſterium paſtorale cupiunt, nonnulla quoque bona animo proponunt, & quamuis hoc elationis intentione appetunt, operaturos ſe magna pertractant: ſitque, vt aliud in imis intentio ſupprimat, aliud tractantis animo ſuperficies cogitationis oſtendat*; atque vtinam obiurgatio illa, quà olim Diuus Bernardus alios percuſſit, mihi non accommodetur, (ſerm. 30. in Cant.) *Miror audaciam plurimorum, quos videmus de ſuis vineis non colligere niſi ſpinas, & tribulos, vineis tamen Dominicis etiam ſe ingerere non vereri*.

§. III.

B SED vt ad rem noſtram reuertatur oratio, mirandum ſanè eſt, quàm concorditer omnes morum magiſtri vires ſuas exerant, vt in nobis huiuſmodi cupiditates extinguant, licet pijſſimis cogitationibus obarmemur: tertium tentationis genus, quo Chriſtum Dominum in Eremo Dæmon oppugnauit, Sanctus Cyprianus obſeruans, morem Dœmonis eſſe ait, fallaci nobis imagine videndas ab eo exhiberi virtutes, & laudum alienarum præſtigijs, oculis noſtris imponere; opinionem, & famam nobis colorat noſtris operibus comparatam, & vtilitatem, quam in alios deriuare liceret: his tamen omnibus hoc ille ſolum intendit, ſcilicet, vt ſacris nos induens veſtibus, virtutibus pretioſiſſimis ſpoliet, & altitudinis ſpecie præcipites nos agat in profundum: faſtigia quidem oſtendit, & ſpondet, ſed illud paciſcens, *Si cadens adoraueris me: Solent viris virtutum huiuſmodi præſtigia ſe offerre, & teſtimonium religionis conſcientia perhibente, cum ab alijs digni honoribus iudicentur facile acquieſcunt, & tam proprio quàm alieni faſcinati iudicio à rectitudine corruunt, euerſâque cathedrâ mentis, humo fractis ceruicibus colliduntur*. (ſerm. de ieiun. & tent.) hæc Diuus Cyprianus.

C Hoc plerumque telo ſtygius hoſtis nos petit: hæ magicæ artes, quibus qualibet Circe fraudolentior nos Auernus inuadit: blanda enim ſub honorum ſpecie ſexcentis periculis, & moleſtijs nos implicat, & obuallat: *tentatio periculorum in regenda Eccleſia, nos poſſiſſimum tangit*, ſic Auguſtinus: (in pſ. 106.) ſed de hoc ſuperiùs ſatis.

Dotes in Antiſtite requiſitas, moleſtias, quibus populorum moderatores anguntur, diſcrimina, quibus obſidentur Diuus Gregorius Nazianzenus animo ſuo peruoluens, totus eſt, vt ambitioſos verberet, & caſtiget; (orat. p.) eos verò, qui oblatos honores non iniucundè ſuſcipiunt, non ſatis probet, *Non eſt perfectum Chriſti membrum, qui lato alacrique animo ſe Chriſti Eccleſiæ in caput conſtitui patitur*.

Ea quoque ſententia Diuus Chryſoſtomus eſt, qui quadam captos inſaniâ illos arbitratur, qui natiuâ ſe libertate fraudantes ſeruitutem vltrò mercantur, & ſe venales laboribus præſtant, moleſtias tanto numero irruentes aucupantur, & pro ſalute populorum ſalutem ſuam ſpondent: ad horum medicandam inſaniam paretur

D helleborus: *Quis enim ſapiens vltrò ſe ſubijcere feſtinat ſeruituti, labori, dolori, &* (hom 35. in 20. Matth.) *quod maius eſt periculo tali, vt diſtractionem pro omni Eccleſia apud iuſtum iudicem, niſi forte qui nec credit iudicium Dei nec timet, vt abutens primatu ſuo Eccleſiaſtico ſæculariter conuertat eum in ſæcularem*? quo ſenſu ni fallor Oraculum illud è Cælo lapſum cum Beda Sanctus Hyeronimus explicauit, *Stultus homo plaudet manibus*, (pſ. 17.) *cum ſpoponderit pro amico*.

Dignitatem tamquam biſrontem contemplabantur viri Sanctiſſimi Bernardus & Nilus, & in ea ſibi ſimul repræſentabantur *honos, & onus*: excellentiam, laudes, opes, titulos, faſtum exhibet vna, moleſtias, diſcrimina, labores, curas altera; ex vna tantùm parte ſpectanda ſe ſiſtit ambitio, eius venuſtatem contemplatur & amat. *Dignitates meditantibus quidem honores blandiuntur: ſed onera penſantibus tædio ſunt atque formidini: ſed non omnes capiunt verbum hoc*: (ep. 4. ad Archiep. Senonenſ.) honoris imagine decepti, & tam concinni vultus lenocinio obcœcati partem aliam Meduſæa facie turpiorem ſpectare recuſant: hinc autem incommoda cuncta proueniunt. Bernardum rurſus audi: *Multi enim non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores, eſſe ſi ſcirent*

& onera

& onera, his artibus miſeri faſcinantur, ait Sanctus Nilus; obiectum hoc proprio A
in Acet. lumine coloratum non videmus; non tantum non libramus onera, ſed nequidem vires noſtras metimur, an illis ferendis ſint pares. *Verum quoniam hæc ignorant, & alijs præeſſe præclarum exiſtimant, ideirco facilè in barathrum ſe demergunt.*

Hæc illa dementia eſt, in quam Sancti Proſperi feruor inſurgebat, quod ſcilicet de vit. contempl. c. 21. in ſacris dignitatibus commoda, opes, tituli deguſtantur, ſed illud Ezechielis ne- Ezech. 34. gligitur *Væ Paſtoribus*: vel dementis, vel impij hoc eſſe quis neget? *Quis ad hæc contremiſcat, niſi qui aut non intelligit, aut futura non credit.*

Sane faſtidioſus nimis eſſem, ſi Sanctos omnes magiſtros, qui ſtylum in vulnera ambitionis vibrarunt, recenſere animo eſſet; illud ſcias, omnes vnanimes in hoc vitium lacertos mouiſſe.

Hinc eſt, vt cum ſuperiùs venuſtiſſima hæc imago, quæ dicitur *honor*, explicata nobis fuerit, eiuſque veneres, lenocinia, lepores totaque elegantia, qua Helenæ ſimilis omnium ſibi animos rapit, fuerit patefacta, ſiparium nunc educere cogamur, & in decem allatis rationibus eius deformitatem placuit ex alia parte, quæ B dicitur *onus*, oſtendere: hæc enim ſubdolè, & ſe fraudulenter obuelans, ne nos exterreat, ſe poſteà videndam præbet, cum nimis indecorum eſt dicere, *non putaram*; quia autem imbecilles adeò aliquorum oculi ſunt, vt ad eius aſpectum ſiſtere diù non valeant, ad eorum lucem in re tanti ponderis roborandam collyrio quodam ſalutari vtimur: hoc autem eſt, vt breuiſſimè dicam, ne ducendis exercitibus præeſſe appetamus, niſi prius rudimentis militiæ poſitis, inter pugnas, & prælia profecerimus.

An Epiſcopalem dignitatem oblatam commendabilius ſit excipere, vel repellere. Cap. XXXVII. C

epiſt. 8. HAC difficultate innodatus ad huius biuij marginem deuenit quidam ad Colonienſes infulas accerſitus, & à Diuo Bernardo ſciſcitatus, quânam procedere viâ deberet, reſponſionem ab eo retulit, ipſamet interrogatione obſcuriorem: nullus hominum eſt, ait Bernardus, qui hac in re certâ nos ducere poſſit viâ: ſi enim à Deo vocaris, quis adeo fuerit audax, vt te inde repellat? ſi verò ipſa te trahat ambitio, quis pariter adeò imprudens ſit, vt ad illam ſuſcipiendam impellat? *Deus forſitan vocat, quis audeat diſſuadere? forsè non vocat, quis appropinquare conſulat?* ſed difficilius illud eſt, quod quis attingere ſua ſolertiâ valeat, an à Deo voceris nec ne? incertum ſanè hoc eſt, ſed maximè certum periculum eſt, quo laborat, qui ad erudiendos alios operam ſuam ſpondet, ſi præſertim vitiorum viâ reiectâ, ſeriâ licet ſerâ pœnitentiâ non reſipiſcat, quanquam inopinata conuerſione humanos animos immutare, difficile Deo non ſit: ſtatuit demùm ad D tam obſcuram rem illuſtrandam, non ſatis ſibi luminis eſſe, adeòque ſuis tantum precibus Diuinam illi opem oraturum.

Si ergo tantâ ſapientia, tantâ pietate, ſanctitate tam ardenti ſpectatiſſimus vir nexus iſtos exoluere, hanc dirimere quæſtionem diffidit, quî mihi licuerit rem ſuſcipere dirimendam? ſi tot inter diuinæ ſapientiæ fulgores ipſæmet Aquilæ quodammodo caligant, quæ nox me noctuam obruet? ſi labyrinthæis hiſce ambagibus tenentur Dedali, an illuc ſponte me illaqueaturus accedam? quid vero? diuino mihi ſydere effulgente & cæleſti ſapientiâ, quæ veram Ariadnam refert, filum exhibente, tam irretitas ambages ingredi non recuſo.

Primò quidem non ſine iuſtitiæ vulnere inficiari quis poteſt, commendabilius eſſe ſacris dignitatibus abſtinere, niſi populorum vel caritas vel neceſſitas te ad eas induendas impellat: licet enim probatiſſimæ ſint, ſi ratio ſua ſpectetur, ſacræ dignitates Chriſti authoritate conditæ, & ad fidei gloriam ſaluteinque gentium exornatæ; quia tamen, vt venerationem ſibi à populis compararent, imperio, titulis,

A tulis, opibus, vt ſuperius ex Aquinatis magiſtri ſententia docuimus, illuſtrare decuit: hinc eſt, vt noſtræ deprauatæ cupiditati periculoſæ admodum ſint: cùm enim frequentiſſimè finem medijs poſtponamus, & illis, quæ ſenſibus voluptatem afferunt, inhærentes, alia, quæ virtutis amaritiem ſapiunt, repellamus, ſuperbiam in Sanctuarij ſede regnaturam locamus, & profanis facta ſupponimus: prætereà tot curis moleſtijs, angoribus, obſidentur, vt non moderationis titulo, ſed ipſius prudentiæ lege reicijamus illas oportet: dignitatum certè repulſa, iuxtà Theologi Aquinatis, aliorumque ſapientum ſuffragia, votis ſuſcipiendis idonea materia eſt, adeòque, vt Theologico idiomate, dicitur eſt *de meliori bono*. 2.2.q.185. art.1.&2.

At cui non videatur hanc litem diremiſſe Diuus Hyeronimus? hic enim à quodam Iudaicæ legis magiſtro, quem Rabinum vocant, interrogatus, quis nam ſe commendabilius geſſiſſet, an Moyſes ſuæ gentis regimen diù excutiens, an Iſaias, qui ad populos concionibus, & vaticinijs erudiendos, vltrò ſe obtulit, excelsè reſpondit, vtrumque diuerſâ ratione qua ducti fuerant commendandum, ſed noſtra
B imitatione Moyſem digniorem, eò quod ea ſint ambitionis pericula, tam vberes, & ingentes noxarum opportunitates, vt ſaluti ſuæ vtilius conſulat, qui munus licet à Deo oblatum reijciat, quam qui promotus illud excipiat.

Eadem propè viâ Sanctus Gregorius Nazianzenus incedit: hic enim ſacræ dignitati ſuſcipiendæ nunquam acquieuit, niſi poſtquam diù fortiſſimè reluctatus, auctoritate Sancti Gregorij ſui Parentis, & Diui Baſilij ſui familiaris, pià tandem vi adactus, illi ſe ponderi premendum dedit; licet autem ea cum fidei integritate, & charitatis ardore, quo ſpectatiſſimus orbi Chriſtiano fuit, tantum miniſterium exercerèt, adhuc tamen peracutis angoribus, & perenni quodam conſcientiæ morſu cruciabatur, ac ſi nimis ſe facilem ad tantam molem capeſſendam eorum conſilijs præbuiſſet: quà propter, vt oblatrantis conſcientiæ motus ſedaret, animo ſuo, vt ipſe refert, reuoluebat, æquè laudabile eſſe, vel repellere vel ſuſcipere dignitates: Moyſen vna ſibi ex parte obijciens, non ſemel regimen recuſantem, ex alia Aaron promptiſſimè idem aſſumentem, hinc Hieremiam concionandi prouinciæ coactè
C vacantem, inde Iſaiam eidem promptiſſimè incumbentem: ex hoc igitur nec illos damnandos cenſebat, qui paratiſſimi dignitates excipiunt, nec qui fortiter eaſdem reiiccerent: ponderis illi molem cautè formidarunt, diuina hi virtute ſubnixi fortiter ſuſceperunt: *His rationibus me ipſum incanto, ac mihi animus ferri inſtar paulatim cedit & emollitur*, ſic ipſe: huiuſmodi rationibus magicis, quibuſdam veluti artibus ſapienter animum ſuum vir Sanctiſſimus faſcinabat, & ſanctis quibuſdam præſtigiis animi motus ſoporabat, vt hilarius opus pergeret inchoatum: adhuc tamen inſpectis innumeris, quæ circumſtant, periculis, ſecuriorem viam eam eſſe pronunciat, quæ dignitates modeſtiâ duce repellit, *Apud Deum melior fortaſſe eſt & præſtantior tarditas in admittenda dignitate, quàm nonnullorum celeritas*. orat 2. in P ſch.

Veræ virtutis eſt honoribus aduerſari, & humiliter demiſsèque de ſe ipſa ſentiens alijs refugit eminere: ex magna autem æſtimatione, qua ſacras ſedes metitur eorumq; virtutes, qui tam excelſo Sacerdotio deſignantur, eis, qui thiaram frontibus
D ſuis imponunt, cum Iſaia reſpondet, *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis nec veſtimentum, nolite conſtituere Principem populi*: quæ mihi ad tantum muni s aptitudo? quis animus? quæ vires? aliena vulnera mederi neſcio; doctrinæ prudentiæque pane deſtituor, & ea veſte, quæ *Operiet multitudinem peccatorum* ſpoliatus incedo! qui mihi vni conſulere vix poſſum, qua ratione liceat iam ingentis populi ſaluti proſpicere? alijs igitur hæc ſubſellia deſtinetis, quæ viribus meis imparia, meoque genio aduerſa, alijs vltro aſſidenda relinquo: ſic ipſi: ſed quàm diuersè eorum ambitio reſonat, de quibus Diuus Hyeronimus ſuperius allata Iſaiæ verba explicans ait, *Quanti panem non habentes, & veſtimentum (cum ipſi eſuriant, & nudi ſint) alij alimonia, & veſtes promittunt, & pleni vulneribus medicos ſe eſſe iactant, nec ſeruent illud Moſaicum, prouide alium quem mittas*. 3.8. ibid. Ex d.4.

Hic exprimi ab Iſaia eorum imaginem Sanctus Magiſter docet, qui pietati ſtudentes multis allatis excuſationibus ſacras ſedes fugiebant; ex his ad Heliodorum ſcribens huiuſmodi fuiſſe Nepotianum narrat, qui tamen quò magis alienum ſe à ſacris Infulis prædicabat, eò ſe digniorem illis exhibebat, & quo ſe magis impa-
rem

rem illis induendis faciebat, eò ſuffragijs omnium ad illas ardentiùs efferebatur,
ſe ab illis abducebat, ſed ab alijs adducebatur ad eas; repellebat illas à ſe, eòque A
magis illæ eum coronaturæ accedebant, adeò vt eius repulſis illæ potius vocaren-
in Epiph. Nepot. ad Heliod. tur; ſed audiatur ipſemet Hyeronimus *Quærebatur ſe ferre non poſſe, & iuuenilem
ætatem incongruam Sacerdotio cauſabatur: ſed quanto magis repugnabat, tanto magis in
ſe ſtudia omnium concitabat, & merebatur negando quod eſſe nolebat, eoque dignior
erat quò magis ſe clamabat indignum. Vidimus Timotheum noſtri temporis.*
Quandam enim vim arcanam habet humilitas, vt eam, quæ dignitates & glo-
riam fugit, gloria dignitateſque ſequantur; fugit quærentes gloria, ſed quærit fu-
hom. 35. in Matth. gientes: *Primatus fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe odit*; ſic Chryſoſtomus, &
quod potiſſimum eſt, ipſiſmet humanis animis naturę auſpicio inſinuatum eſt, vt
honorum titulorumque contemptores veneratione magna habeantur, eos verò,
qui ſuperbiæ remigio honoribus velificantur, floccipendant, & rideant.

§. I. B

Conuiuio, quod multis Philoſophis inſtruxit magni Alexandri magnus geni-
tor Philippus aſſidens, diſcutiendum hoc problema propoſuit; quid nam ſu-
blimius, & excellentius eſſet in orbe terrarum? permultis hinc inde iactatis, om-
nium plauſu fuit exceptus, qui excellentiſſimum omnium eum pronunciauit, qui
faſtigia honorum dignitatumque iubar aſpernans, illa reijceret, animoque inui-
cto calcaret: profectò, Liuio teſte, quale ſpectaculum dari poteſt excelſius, regio-
que animo dignius, quàm triumphorum laureas, & imperij faſces recuſare *Nullus
triumphus præſtantior, nullumque imperium excellentius eſt, quàm nolle imperare, &
triumphare*, ſic tantus ſcriptor.
Hinc ad Plutarchum ſcribens Traianus Cęſar, candidè pronunciauit, maiori ſe
inuidia proſequi Cincinnatum, Scipionem, Catonemque è triumphis, & prefe-
cturis reiectis, quàm clariſſimis è victorijs collectis: quantam enim iſtarum par- C
tem ſibi fortuna arrogauit! cum dignitates reijcere, ad inuicti tantum animi forti-
tudinem referre poſſit.
De Scipione, quem ſuperiùs memorauimus, verba faciens Valerius Maximus,
lib. 4. c. p. egregio eum coronat encomio eius fortitudinem celebrans, qua Conſulatus, &
perpetuam Dictaturam conſtantiſſime illi totius ſuffragio Senatus oblatam, magna-
nimè reiecit, hęc demùm ſcribens, *Atque ita pene tantum in recuſandis honoribus
geſſit, quantum geſſerat in emerendis*: quot alij ex Aethnicis numerari poſſent, qui
hac in re magnum fortitudinis ſpecimen præſtiterunt? nec ſine diuinæ ſapientiæ
conſilio factum hoc dixerim, vt nulla ſcilicet poſſent illi ſe excuſatione purgare,
qui ad Diuinæ humilitatis exemplar edocti tanta ambitione fatigantur, vt ſacra
ſubſellia aſſequantur: vt itaque Germanici magnanimitatem tanto plauſu commen-
lib. 2. datam à Tacito prætercam, quis Conſtantini moderationem non admiretur, qui
toti exercitui Cæſareum diadema eius fronti imponenti diù reluctatus, tandem D
ceſſit inuictus, & quò magis ab accipienda laurea ſe auertebat, eò auidiores ad
in Paneg. eum coronandum phalanges accurrebant, *Diceris Imperator ardorem te depoſcen-
tis exercitus fugere conatus, equum calcaribus excitaſſe*, ſic eum laudans Eu-
menius.
Orbem totum in ſui admirationem adduxit Theodoricus, cum Cæſaream ſe-
dem, quæ mortalium omnium cupiditates exhaurit, conſtanti virtute deſpexerit;
eam ille reiecit dignitatem, cuius cauſâ, Deo neglecto, naturâ ipsâ violatâ, in
ſuum ſanguinem non ſemel homines inhumani ſæuierunt: quà propter panegyri
eum excipiens Pacatus abſtinere, ſe non potuit, quin in hæc erumperet, *Audite par-
in Paneg. ricidæ: repulſam patitur principatus, & vnus eſt ambitus candidati, ne decla-
retur.*
Grandiori loquendi forma vel viſus Demoſthenes eſt apud Stobæum, cum di-
ſerm. 43. ceret, erecti ingenij viros inferorum potius ſedes, quàm magiſtratuum culmina
ſibi electuros: *Duabus vijs propoſitis altera ad tribunal, altera ad inferos, prudentem*

virum

A *virum præoptaturum eſſe eam, quæ ad inferos ducit*: aptiùs forſan dixiſſet, ad illas facile præcipites agi per iſta.

Si autem ab honoribus adeo abhorruerunt Idolorum ipſi cultores, quorum fucata virtus mendaciſſimę ſuperſtitioni nitebatur, quot recenſeri poſſent ex ijs, qui tum ſapientiâ, tum pietate ſpectatiſſimi Epiſcopales ſedes, quibus tum virtutum ſuffragijs tum populorum precibus accerſiti, poterant inſidere, toto animi robore reſpuerunt? annon eas fugiens à ſe tentauit excutere Diuus Gregorius Nazianzenus? quid nam intentatum reliquit ad eas repellendas tum Diuus Gregorius Thaumaturgus, tum Diuus Chryſoſtomus? ſæuitiem & luxuriem ſimulauit integerrimus, & mitiſſimus, Ambroſius, inſolenti quodam ſanctæ ambitionis modo electorum ſuffragia ſui nominis pretio corrumpens, vt ſe derelicto, alijs hoc opus, & onus imponerent, nec his artibus voti compos, populi vota ſuâ fugâ præuertit, *Quàm reſiſtebam ne ordinarer, poſtremo cum cogerer, ſaltem ordinatio protelaretur, ſed non valuit præſcriptio, præualuit impulſio*, ſic de ſe ipſo vir piiſ- B ſimus.

Nazian or. 27. Baron ann. 233. & 372. Bar. an. 374

lib 5 ep. 25.

Ne in Antiſtitem deligeretur, vrbes ſuis Epiſcopis viduas Diuus Auguſtinus fugiebat, ac ſi contagione quadam mortifera afflarentur: cum autem inſulis ſe vidit ornatum, quotnam quantiq; fuere gemitus, quibus cruciatus ſuum angorem expreſſit? (epiſt 147.)

De ſe ipſo fidem Sanctus Paulinus adſtruit, quod fuerit *Multitudine ſtrangulante compulſus*. Sanctus vero Ephrem licet ſapientiſſimus, palmarem inſaniam ſimulauit, adeo vt per fora, per vias dementis inſtar vagari & circumcurſare viſus fuerit; veſtibus incompoſitè indutus ad carnes emendas acceſſit, & cibi parciſſimus ad populi aſpectum Helluonis inſtar eas deuorauit: iuratus, & de ſe refert Ptolæmaidis Antiſtites Syneſius, vires ſuas omnes omnes impendiſſe, ne renunciaretur Epiſcopus, ipſamque mortem Epiſcopali ſolio præpoſiturum: *Multas ego mortes pro ſacro miniſterio elegiſſem*.

epiſt. 31.

Niceph. l. 7 cap. 16. ep. 11. 47 & 96.

C Sanctus Gouatius ad Treuirenſes inſulas à Rege Galliarum Sigiberto poſtulatus, tanto terrore concuſſus expauit, vt ad menſem, ſuum honorem protelari ſummo ardore popoſcerit: ardentiſſimè autem hoc dierum interuallo Deum orauit, vt ſi dignitas danda ſuæ foret pernicioſa ſaluti, illam omnino reſcinderet; annuit exoratus Deus, immedicabili enim morbo eum affligens, ſimul cum vitæ onere dignitatis eum honore liberauit. (In eius vit.)

Sanctus vero Malachias ingenti tandem vi coactus, quàm piè ait, *Ad mortem me ducitis, ſed obedio ſpe martyrij*: vt Brixiam reuerſus eius Eccleſiæ regimini ſe daret Diuus Gaudentius, annon dirarum minis in eum Romanus Pontifex inſurrexit? vi etiam adactus fuit, vt populorum ſaluti præeſſet Diuus Thomas in Eccleſia Cantuarienſi, Diuus Remigius in Rhemenſi, Diuus Fulgentius in Ruſpenſi, Diuus Cæſarius in Arelatenſi, Diuus Ioannes in Alexandrina, in Conſtantinopolitana Diuus Nicephorus: ſexcentos & millenos proferre hic poſſem pietate illuſtriſſimos: his omnibus è meis in Eugubina Eccleſia præceſſoribus addere lege D amoris vnum teneor Diuum nempe Ioannem Laudenſem, poſt diuturna certamina hac ſede donatum: pro mea tenuitate in eius laudes ad ingentis populi coronam meæ facundiæ vires effudi, cum eius corpus, quod à quinquaginta & quingentis annis incorruptum adhuc permanet, in aptiorem ſedem transferrem: de his omnibus ait Diuus Gregorius, quod, *Sancti viri quò inſtantiùs ſuſcipere ordinem prælationis refugiunt, à deuotis plebibus deuotius requiruntur*: tunc enim te dignum dignitatibus præſtas, cum eas fugis velut illis Indignus.

In eius vit. Bar. an. 385 ano. 471. ann. 1393. ann. 24. in eius vit. Bar. an. 806

Author. in eius Panegir. In reg. c. 10

§. II.

HINC apertè omnibus approbàri cenſeo quæ ſuperiùs ſtatuimus, ſecurius ſcilicet, & vtilius eſſe Sanctorum veſtigijs adhærentes, oblatas inſulas modeſtè reijcere, quod ſatis præſtabimus, ſi noſtrarum virium tenuitatem tanto muneri imparem oſtenderimus, vt enim egregiè de ſuo more Gregorius, *Qui digni ſunt, onus tanti ordinis ſuſcipere vehementer expaueſcunt*. (lib 4. in reg. 11.)

Ee Datâ

Datâ autem operâ pronunciaui modeſtè id faciendum; nec enim ratione vlla A
ſuffragari illis poſſum, qui huius Sacerdotij dignitatem non ſine aliqua pertinacis
animi nota rejjciunt, cum præſertim valido quodam Dei inſtinctu ad hæc non per-
moueantur: nec enim decet, vt ſuperbiam redoleat bumilitas, & eorum volunta-
ti, qui nobis ſapientiores ſunt, noſtræ voluntatis arbitrium præferatur: quâ in re
ſerm. 44. de diu. tom. 10 aptiſſima ſunt Diui Auguſtini verba *Seruus Domino non debet contradicere*: quæ non
tantùm verbo docuit, ſed opere Sanctus idem doctor excepit, Hipponenſes infu-
las, vt è ſiomet ſtylo babes, quas fortiter recuſauerat, tandem tranquillè ſuſci-
in 2. Reg. c. 15. q. 5. piens: quapropter, vt teſtatur Abulenſis, in more olim poſitum fuit, vt recenter
authorandus Epiſcopus de ſuo placito requiſitus, bis reſponderet *nolo*, ſed tertia
demum vice interrogatus *volo* pronunciaret, vt ſcilicet prima, & ſecunda reſpon-
ſio eius animum ab omni prorſus ſæculi pompâ fluxaque principatus gloriâ alie-
num oſtenderet, in tertia verò reſponſione eius facilitas, & obedientia eluceſceret,
præſertim cum Pontificia auctoritas *motu* quem aiunt *proprio* intercederet; cum
enim tunc noſtra virtus ſummum & altiſſimum gradum perfectionis obtineat, cum B
diuinæ voluntati, quæ noſtrorum operum lex eſſe debet & regula, voluntas noſtra
conformetur, nullus haberi poteſt, qui cæli voluntatem ſecuriùs nobis aperiat,
quàm qui Dei vicariam poteſtatem agens, hac præcipuè in re diuinus interpres eſt,
& Numinis arcana plena poteſtate diſpenſat; qua propter Albertum ſpectatiſſi-
4. p. ep. 558. mum vndequaque virum ad Treuiſinam ſedem excipiendam Alexander Quartus
obſtrinxit, eo præſertim titulo, ne Diuino reluctaretur arbitrio, & ſuam Numinis
voluntati præhaberet.

Hæc, quam ſignificauimus in reijciendis dignitatibus, modeſtia, nequaquam
diuinæ voluntati officiet: Deus enim, qui nos ad huiuſmodi dignitatem deſigna-
uit, haud faciet, vt bis terque repulſi electores à ſua cogitatione diſcedant, vt
in 2. Reg. c. 10. enim ait Sanctus Gregorios *Electi viri prælationis officium quantum poſſunt fugiant;
ſed ſi à Domino prouiſi ſunt, delitеſcere nequaquam poſſunt*: nec vllum Chriſtianæ
religioni detrimentum infertur, quæ vtique miſerima eſſet, ſi eius honores Sanctis
viris aſpernantibus, improbos & maculoſos ad eoſdem aſſumere cogeretur: ſanè C
Nazian. or. 1. in fin. non leuior culpa eſt, & oblatos à Principe honores nulla æqua ratione reijcere, vt
propriæ tranquillitati proſpicias, quàm ſit, eoſdem malis etiam artibus aucupare;
D. Greg. p. Paſt 5. & 6. in hanc profecto ſententiam doctiſſimi ambo Gregorij conſpirarunt, Sanctorum
ſcilicet virorum non eſſe, poſt ſacras dignitates moderatè reiectis, pertinaciter in
eiſdem reijciendis animum obdurare; maioris namque in ea pertinacia noxæ fit
reus, quàm ſi nullo certamine paratiſſimus eaſdem amplectaris; quæ omnia de
l. qui cum vno. poſt. ff. de re milit. bellicis honoribus verba faciens Arrianus Iureconſultus etiam approbauit, *Gra-
uius autem delictum eſt detrectare munus militiæ, quàm appetere*, ſic ille; licet illici-
tis modis appetantur, vt explicat Gloſſa: hæc ad ſacræ militiæ honores excipien-
dos referri aptiſſimè poſſe, quis non agnoſcat? his autem optimè difficultates illæ
ſuperiùs à Diuo Bernardo appoſitæ diluuntur: ea certe Diui Gregorij Nazianzeni
fuit ſententia, æque ſcilicet perniciosum ſacris rebus fore, & pari deformitate
corpus Eccleſiæ deturpandum, ſi cuncti ſacras ſedes vel appeterent, vel reijcerent,
Aeque perniciosè abſurdèque res babet, cum vel omnes præeſſe & imperare cupiunt, D
vel nemo.

Opiparæ menſæ humanam hanc vitam ſapienter Epictetus conferebat; in hac
enim, quæ exhibentur dapes, reiectandæ non ſunt, quæ vero dapiferi negligentia
non impertiuntur, poſtulandæ non ſunt, nec cupiditatum manus porrigendæ, ſi
non dum ad te acceſſerin., ſed quoaduſque peruenerint, modeſtè, & temperatè
Enchirid. c. 20. expectandum; hac ſi viuendi forma te egeris *Eris aliquando dignus Deorum conui-
ua*, quod ſi oblatas dapes inuictè deſpexeris, non menſæ tantum diuinæ aſſidebis,
at ipſius eris particeps diuinitatis, *Si vero quæ appoſita fuerint non captas ſed con-
temnas, tunc non modo Deorum conuiua ſed collega eris; id enim cum facerent Dio-
genes, & Heraclitus atque his ſimiles, merito, & diuini erant, & vocabantur.*

Qui

§. III.

A

QVI ergo eas in ſe maculas & vitia, quibus tam illuſtre Sacerdotium denigra-gratur, non comprehenderet, poſt leues aliquas pugnas acquieſcere tandem tenetur, humeroſque ſuos impoſitæ moli ſupponere, nec adeò vel à vitæ tranquillitate, vel è propriæ progreſſione virtutis emolliendi ſunt, vel periculorum metù, quibus ſe ipſos obiectant, remouendi, vt omnino illarum pondus excutiant; publico enim bono quis neſciat priuatum incommodum poſthabendum & ad totius corporis ſalutem membrum aliquod flammis, & vulneribus deuouendum? qui ad tam excelſæ dignitatis apicem aduocantur, otio negotium præferant, & ſuæ virtuti regimen animarum oportet, vt enim ſtatuit Diuus Chryſoſtomus, *Perfecta virtus ſibi ſoli vtilis non eſt ſed alijs*: approbauit hæc olim humanæ ſapientiæ Phœnix Diuus Auguſtinus: hic enim ad Eudoxium Inſulæ Caprariæ Abbatem eiuſque Monachos ſcribens, vt habes apud Canones Gratiani, commendatâ prius religioſæ vitę tranquillitate, eos admonuit, quòd ſi ad fidei vtilitatem, laborum in partem ipſi pariter aduocarentur, nec ſuperbè & arroganter onus exciperent, nec voluptate quietis reſpuerent, ſed Deo ſe ducendos faciliter, & modeſtè committerent, hęc demùm addit, *Nec veſtrum otium neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis, cui parturienti, ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inuenietis*: eoſdem tandem poſtea docet, quod ſicut qui flammas inter & vndas medius, nec ad illas acceſſurus nimis eſſet ne combureretur, neque illis ſe immergere, ne ſubmergatur, ſed mediâ quadam viâ procedens ab vtraque ſe temperaret, ſic pariter inter honorum ambitionem, otijque deſidiam, iter itâ noſtrum agendum nobis eſt, vt nec audacis, neque timidi notam ſortiamur, cum ęquè arguendi ſint, qui vel ſuperbiùs, quàm par eſt, audent, vel timidius ab æquo recedunt.

ep. c. 81 vos autem 30. 16 q. p.

B

ep 81. c. vos autem 30. 16. q. p.

Habes hac eadem in ſententia Auguſtino Epiſcopo Pontificem Gregorium concordem: hic enim ad Cyriacum Conſtantinopolitanum Antiſtitem ſcribens, illud Apoſtoli perpendit, nos ſcilicet non tantùm nobis, & alijs, pro quibus Chriſtus Dominus occubuit, eſſe victuros: ad quæ confirmanda verba, quibus Petrum fuit diuinus præceptor allocutus, affert *Simon Ioannis amas me? paſce oues meas*, ex his validiſſima ille eruit argumenta, quibus à nobis eam excutiat ſocordiam, quam quietis amor noſtrique otij voluptas inſinuat: do eius verba, *Ex quibus verbis, quia ſi is qui valet omnipotentis Dei oues renuit paſcere, oſtendit ſe Paſtorem ſummum minime amare*: tranquillitati vtique vacemus oportet, & ad noſtrum bonum deliciemur, ſed ſemper ad alia parati ſimus, quæ publicæ ſaluti opitulantur: ad hæc confirmanda Sanctum Hieronymum & Nazianzenum ſuperiùs à nobis recitatos proſecutus, aduerſantes ſibi inuicem reſponſiones comparat, quibus clariſſimi duo vates Deum allocuti fuere, eos ad gentes diſciplinis cæleſtibus erudiendas aduocantem; Hyeremias enim ſe excuſans ſubducere ſe tanto è labore tentauit, *A, a, a, Domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum*: ex aduerſo Iſaias vocanti Deo promptiſſimè paruit *Ecce ego, mitte me*: eodem è fonte tam diuerſa reſponſa profluere hic ait: Iſaias etenim totus actuoſus ad populorum vtilitatem operam ſuam ſuoſque lacertos exhibuit, ille vero negotijs omnibus omiſſis totum ſe in rerum diuinarum contemplatione collocabat; verum *Et is qui recuſauit plenè non reſtitit, & is qui mitti voluit, ante ſe per altaris calculum purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quiſpiam ſacra myſteria audeat, aut quem ſuperna gratia eligit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbè contradicat*.

l. 6. ep. 4.

C

Ioan. 20.

P. P.

6.

D

Tantis hiſce rerum Sacrarum magiſtris conſonat etiam Diuus Iſidorus nos edocens, parendum omnino Deo eſſe nos ad gentium ſalutem aduocanti, & veteratorias eſſe ſtygij Draconis artes à ſacris dignitatibus ſuſcipiendis nos obduratè auertere, vt nobis ipſis otioquè tantùm noſtro vacemus; *Multis intercipit Sathanas fraudibus eos qui ſenſus, & vita vtilitate præſtantes præeſſe, & prodeſſe alijs nolunt, & dum eis, regimen animarum imponitur, renuunt, conſultius arbitrantes otioſam vitam degere, quàm lucris animarum inſiſtere: quod tamen decepti agunt per argumentum diaboli fallentis eos per ſpeciem boni, vt dum illos à paſtorali officio retrahit, nequaquam proficiant eis, qui eorum verbis inſtrui poterant*.

lib. 5. de ſumm. bon. qu. 23.

de instit. & iust. l. 10 q. 2. art. 2.

Quà propter pronunciauit Dominicus Soto, quod, vt Scitharum mos eſt, maiora vulnera in fugientes inferre, quàm ſi Marte aperto congrediantur, ſic frequentiſſimè ex honorum fuga, deteriori nos ſuperbiæ telo confodi, quàm ſi ad eoſdem faciliter noſtrum animum conuertamus. A

Noxius non raró eſt propriæ quietis appetitus: plerumque enim ſub piæ humilitatis ſpecie vel propriæ ſalutis diligentiâ, glorioſæ illius ſemen latet, quo faſtum Diogenis ſuperbior Plato calcabat, vel propriam ſalutem obtendens totus eſt, vt ſibi indulgeat, animoque ſuo morem gerens, ſuis commodis non aliena vtilitate, omnia metiatur, ad quam comparandam pari virtute fuit à Deo informatus, eodemque authore per ſuos internuncios aduocatus; ſuis emolumentis maximam, qua Deus delectatur, voluptatem poſtponit, ſuique commodi causâ alterius bona detrahit, Deo tantum ſe vacare velle decantans: hoc autem non ſolum caritatem Christianam oppugnat, ſed ipſammet iuſtitiam ferè funditus euertit; ſic certè docuit olim Sanctus Proſper, *Contra vero iuſtitiam faciunt, hi qui merito ſua conuerſationis, vel eruditionis electi otioſum ſtudium fructuoſa vtilitati regenda multitudinis anteponunt, & cum poſſunt laboranti Eccleſia ſubuenire, operoſa adminiſtrationis laborem fruenda quietis contemplatione refugiunt*: hoc autem ſi de eis pronunciatur, qui Diuinarum rerum delicijs allecti, & cæleſtia contemplandi ſtudio ab hominum conſortio ſeiuncti, in ſolitudinem ſe recipiunt, quid profecto de ijs dicendum, qui vel vrbanis officijs implicati, vel inanium litterarum dulcedine otijque pulchritudine deliniti, vel nimis negotioſi, vel nimis otioſi dies ſuos abſumunt? quantis bonorum diuitijs, quas in populos poſſent ſuis laboribus eriuare, defraudant Dei religionem? dum ſibi tantum ipſis viuere conantur, inutilia veluti membra à Chriſti corpore fere reſcinduntur, *Qui enim ſibi ſoli viuit, ille ſuperfluus eſt, & otioſus*: ſic Chryſoſtomus: quid hoc exaggeratius dici vnquam poſſit? quod enim ſint inutiles, ad eos tantum refertur, qui fidei transfugæ ab eius cultu turpiter deſciuerunt *Homo apoſtata vir inutilis*: vides hic, vt operam ſuam ab alijs erudiendis iuuandiſque ſubducere, crimen quoddam ſit, quo deſertoribus Chriſtianę religionis comparamur? Credas, Deum ipſum relinquere eſt, cuius voluptas, & deliciæ in ſalute animarum collocantur. B C

l. 1. de vit. contempl. c. 26.

Prou. 6.

Quàm bene diuino magiſterio inſtitutus hæc omnia præſtitit Diuus Corbinianus! hic enim à Gregorio Secundo Pontifice Antiſtes licet inuitò inauguratus, ad excipiendas infulas promptus eſſe maluit, quàm eas reijcere, ne in eum ſupplicia illa Syonij vatis irruerent, *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.*

pſal. 108.

§. IV.

AEQVE autem pariter ille decipitur, qui ad euitanda ſuæ ſalutis pericula animarum regimini, quod eis exhibetur, opus opemque ſuam denegat obſtinatè: hic enim ſibi omnia quærens, ſuique ipſius amantiſſimus quàm dulciter illaqueatur! inter mollia ſerica ſemper quieſcere, lacteas inter vndas iocari, & aliena naufragia lætus è littore ſpectare arbitratur, abſque eò quod ne digito quidem ad præſidium naufragantium elaboret: paruulum lintrem non ſemel ſpectaui, quo ad delicias & ſolatium ſe quis infidi maris fidei ſe commiſit; ſed obſtrepentium vehementia ventorum repentè iactatus, portu deperdito, inter incerta fluctuum, & pericula procellarum, iam proximè vndarum ingluuie erat deuorandus; ſed ad eius auxilium non paucos feſtinantes, licet inter aperta mortis pericula, videre erat ſe credere tempeſtati, alioſque vel rudentes porrigere, vel proijcere tabulas, quibus eius periclitanti ſaluti remedium opperirent: quàm ferox tempeſtas illa eſt, qua nos inter ſęculi fluctus & vitiorum ſyrtes ſocios noſtros vſque ad æternæ beatitatis amittendæ diſcrimina laborare ſpectamus? an ergo ſociorum voces, ad pereuntium lacrymas, ad periclitantium preces, ad ipſius Dei amantiſſimi vota, noſtræ aures obſurdeſcent? vocati, excitati vt ad opem animabus ferendam aduolemus, deſides ſtabimus, & quieti tantum noſtræ conſulentes laborem aliquem denegabimus, quo ſalutem pereuntibus populis poſſimus impertiri? D

ſic

A ſic profectò ſe res habet iuxta Sancti Clementis Pontificis ſententiam, qui ex Apoſtolorum doctrina nos admonet, grauiori flagitio nos hac de cauſa obſtringi, ſi Dei ſcilicet populum imminenti naufragio deuotandum ſpectantes, auxilium ei præſtare detrectaremus, ne noſtra tranquillitate ſpoliemur: quod ſi ex peccandi periculo ab animarum regimine ſuſcipiendo declines, crimini turpiori reum te facis, *Quia, ſi periculum peccati timens renuis Eccleſiæ gubernacula, certus eſto, quia amplius peccas, quàm ſi populum Dei velut in fluctibus poſitum, & periclitantem cum iuuare poſſis, ſubterfugis, tui tantummodo habens conſiderationem, & non quod in commune in omnibus expedit prouidens*: ſic Pontifex Clemens. ep. p. ad Iacob. ſub init.

Qui ergo, ne ſibi perniciofus ſit, vtilis laboribus ſuis eſſe recuſet, & ne incerta pericula ſubeat, certa omittit incrementa, Dei legibus aduerſatur, diuinam bonitatem obfuſcat, dum ſibi perſuaſum habet, diurnâ nos voce ad regimen animarum accerſiti, vt miſerè nos ipſos æterna inter inferorum ſupplicia perdamus: talentum nobis tam largè impertitum abſcondere, cum acerbo exactore rem nobis B futuram obtendentes, deſidiam noſtram fouere eſt, noſtræque ſocordiæ alimenta ſuppetere: quis enim eius, quem adeò acerbum venditant, exactoris amorem, & tenerrimam benegnitatem ignoret? iſti profectò in conſortium criminis illius accedunt, quo ſeruus ille nequiſſimus ſe fœdauit, qui talentum, quod à Domino acceperat, ei ſine vllo lucro referens, ſic eum allocutus eſt, vt habes in Diuo Matthæo, *Domine ſcio, quia homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij & abſcondi talentum meum in terra: ecce habes quod tuum eſt*: ſed quàm huiuſmodi fracti animi viris formidandum eſt, ne decretorio mortis articulo aſpera illa reſponſione excipiantur, quà ſeruus ille miſerrimus vapulauit, & ne adhuc viuentes eo ſupplicio puniantur, *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta*: iure igitur meritò Dracontium obteſtatus eſt Magnus Athanaſius; cum enim ille ſacras Infulas, ad quas erat accerſitus, conſtantiſſime detrectaret, per litteras, de quibus inferius nobis agetur, eum de tam C palmari labe corripuit; nec enim talentum diuinum ſuſcipitur, vt otio langueſcat, nulloque pretio habitum iterum capſulæ vrnâ tumuletur; non ad noſtra commoda ſed ad vniuerſi bonum nobis Deus illud impertijt: quis arbori credat conceſſa poma tantum ſibi non alijs? non ſibi ſed orbi Sol irradiat; quos Dei largitate ſalutares influxus habent ſydera, non ſibi auara ſeruant, ſed in orbem totum ſplendida liberalitate deriuant: opes ſuas nobis aperiunt elementa non retinent ſibi: ſi nobis lucem denegarent ſydera, ne lux è nimia ſibi largitate deficeret, annon meritò offundenda tenebris eſſent, & caligine obuoluenda? ſic planè qui ad ſuæ virtutis iubar offundendum euocatus, ſibi dona lucis abſcondi putaret, in auaritiæ penum tenebricoſus exiſtat, lucis impertitæ munere ſpoliatus: ſed audiatur hæc clariſſimè deſcribens magnus Gregorius, *Qui habet bona Dei, vt poſſit eſſe Paſtor, ſi vocatus ſuſcipere renuit, plerumque ipſa dona ſibi auferuntur, quia non non pro ſe tantum ſed etiam pro alijs acceperat*: quoniam autem Paſtorum omnium Corypheus Chriſtus ſignificauit, tunc Deum, cui maximo pretio animæ æſtimantur, ardentiſſimè diligi, D cum earum regimen conſtanter ab alijs oblatum promptè ſuſcipitur, quis non videat, ne leuiter quidem diuinæ caritatis igne ſuccendi, qui ſalutem negligit animarum? ſed rurſus audi Gregorium: *Vnde Dominus dicens: Si diligis me, paſce oues meas, clare docuit, quod ſi teſtimonium dilectionis ſacra eſt, ſuſcipere onus paſtorale, qui ſuis virtutibus pollens ipſum ſuſcipere renuit, Paſtorem ſummum conuincitur non amare?* par. p. Paſt. cap. 5.

Matth. 25. 24.

Luc. 19. 24.

A tam illuſtri Sacerdotio ſuſcipiendo pertinaci animo fugiebat Dracontius ex Abbate Antiſtes electus ex ea opinione, quam ei ſui ſocij inſinuauerant, quod ſcilicet ex aliena ſalute comparanda, ſibi perniciem pareret, & è multis peccandi periculis à ſua pietate deſciſceret: inter alia, quibus ad eum ſcribens Sanctus Athanaſius Alexandrinus Antiſtes admonuit, potiſſimum illud eſt, Epiſcopale munus vtpote à Chriſto Pontifice conditum commendatiſſimum eſſe, virtutum incrementa, quibus populos ſibi ſubiectos excolere poteſt, illi deſcribit, plurimorum exempla recitat, qui hac via incedentes Sanctitatis faſtigium attigerunt, demùm, vt omnia ſociorum tela ſui ſermonis vmbone retunderet, addit *Neque vna cum il-* ep. ad Dracont.

lis

lis cauſi feceris, quàſi re ipſa deterior futurus ſis; poteris enim etiam melior fieri; nec
dicas, nec dicentibus credas, Epiſcopatum eſſe cauſam peccati, aut quòd inde naſcan- A
tur occaſiones delinquendi: quæ omnia luculentiùs roborat, plurimos ei Antiſtites
repræſentans, qui religioſos è ſuo aſcęterio viros vigilijs, ieiunijs, precibus, mira-
culis, totaque ſanctitate præſtiterint; non igitur ex indutis infulis Sanctitatis ex-
colendæ occaſio ei deficiebat, ſed potius augebatur, cum non ſibi tantùm, ſed ex-
terorum etiam ſaluti, gentium vtilitati ſuam operam poſſet impendere, *Non enim*
corona pro locis, ſed pro factis redditur.

Athanaſio Epiſcopo Gregorius Pontifex adhæſit; ad Cyriacum enim Conſtan-
ep. 4. 16. tinopolitanum Antiſtitem hac de re ſcribens ait, validiſſimam rationem, quà Pon-
tificij Sacerdotij pondere fulciendo ſe ſuppoſuit, ſibi fuiſſe ſalutem ſcilicet, æter-
namque beatitatem: neque hanc haberi vel è religioſis ſeptis, remotaque ſolitu-
dine, at è diuina beneuolentia: Loth enim media in vrbe nefandis polluta ſcele-
ribus innocens integerque verſatus fuit, ſed inter montium abdita fœdè peccauit;
quæ vnquam ſaluti ſeruandæ accommodatior ſedes, quàm vel paradiſus vel cæ-
lum? in vtroque tamen peccatum irrepſit, ibi vt homines, hic vt Angelos miſerri- B
mà contagione fœdaret.

Vt Clareuallenſis Abbas miniſterium aliorum ſuffragio ſibi impoſitum Faſtaclus
Spec. Magni exempl. dist. 3. exempl. 3. Abbas Carbanenſis excuteret, fugam arripiens ad aliud aſcęterium perrexit igno-
tus omnibus, & ignoratus: hic dum horas omnes inter fundendas Deo preces
diù noctuque tranſigeret, ſenſu mentis abſtractus clariſſima radiorum pom-
pa circumfuſam cæli Reginam inſpexit, filiolum ſuum gloriæ Regem vlnis geſtan-
tem: ad eum ergo conuerſa, quid, inquit, turbaris o homo? tunc veluti recentis
Simeonis manibus, filium ſuum committens addidit, *Accipe filium meum & ſer-*
ua mihi illum: hoc igitur ipſe aſpectu recreatus percepit, quàm ſuauiter in ani-
marum ſalute comparanda delicietur Deus, vtpote quæ illi pretioſiſſimæ ſuo ſan-
guine euaſerunt.

Commendandum itaque eſt, aliquam in reijciendo Sacerdotio Epiſcopali mo-
deſtiam præſerre, non quidem vel quietis & otij deſiderio, vel ſuæ ſalutis metu: C
hæc enim omnia vel fractum & imbecillem animum referunt, vel ſuo nimis amori
indulgentem proprijſque commodis obcœcatum: reijciatur quidem, ſed vt è Chri-
ſti ſchola diffuſam humilitatis doctrinam profiteamur; vt humanæ dignitatis
faſtigia deſpiciamus, vnius tantum Chriſti Domini poſſeſſione gaudentes: quod ſi
noſtras humili animo conceptas repulſas repulerint electores, eòque ardentiores
illi ſint ad infulas nobis donandas, quò nos fortiores ad eas recuſandas, humilli-
limæ voluntatis noſtræ demiſſione, diuino arbitrio nobis adhærendum eſt, eorum-
que omnium, quos ſui adminiſtros diuina ſapientia elegit; quàm imbecilles no-
ſtrorum oculorum acies ſunt ad ea diuinæ ſapientiæ inuadenda arcana, quibus for-
ſitan Deus ſtatuit, eos ad profliganda vitiorum agmina eligere, quos nullæ me-
ritorum, & virtutum vires obarmant? inanibus inſtrumentis vtitur Deus, vt magis
ſuæ potentiæ vis eluceſcat, & è nocte ſuæ Diuinitatis iubar irradiet: hac certe ra-
tione Sancti Gregorij mens ſuæ ſe tranquillitati recepit, metuque omni depoſito,
ep. 31. ad Philipp. Comit. ad Vaticani Sacerdotij diadema ſuſcipiendum ſe generoſus excitauit; ipſemet ad D
Philippum Comitem ſcribens hæc refert his vocibus, *In quantum homo diſcutere*
& inueſtigare iudicia ſuperna non ſufficit, in tantum ſub eis debes ceruicem cordis in-
flectere, & quia id quod ſibi tribuitur quo iudicio diſponatur ignorat, nec ad appeten-
dum locum procax exiſtere, neque ad repellendum contumax debet inueniri: rectâ
ſerm. 58 ſuper Cant. igitur in Deo cogitatione tantum hærentes, vt docet Diuus Bernardus, conceſſum
miniſterium excipiamus, vt populorum ſaluti, quantùm pro noſtra virium tenui-
tate licuerit, gentiumque omnium vtilitati neruis omnibus deſudemus: huic do-
ctrinæ ſe pariter conformauit Diuus Chryſoſtomus, licet hac in re non modicis
conſcientiæ ſcrupulis angeretur, *Oportet ergo timere, & tremere propter conſcien-*
hom. 34. in ep. ad Heb. *tiam, & propter molem ac magnitudinem curæ, & neque dum quis ad principatum tra-*
hitur ſemel recuſare, neque dum non trahitur ſe ipſum præcipitare, ſed conſiderantes
tantæ dignitatis amplitudinem oportet effugere, comprehenſos autem obſequium & re-
uerentiam oportet oſtendere.

Nec

Nec his diſſonat Diuus Gregorius Nazianzenus, qui cætoroquin in ſacras ſedes A inter verborum tonitrua & mentis fulgura ſtyli fulmen intorquet; ad trutinam enim ſuæ cogitationis vtriuſque partis rationibus expenſis, tandem recitatæ ſuperius doctrinæ adhærens ait, *Hac de his rebus mea eſt ſententia: At videte, quàm recte, quàm que iſte inter vtrumque timorem negotium tranſigam, nimirum vt nec minime oblatam præfecturam appetam, nec oblatam repudiem: illud temerariorum hominum eſt, hoc inobedientium, vtrumque autem imperitorum*, ſed audi ab ipſo rationem, quæ confectum ſermonem obuallat; licet enim ingentem formidinem ingerat tam excelſa quæ ſuſcipitur, moles, adhuc tamen piè ſperandum nobis eſt, eas in noſtræ obedientiæ remunerationem impertiendas nobis à Deo vires, quæ tanto oneri fulciendo nos pares exhibeant; quod ſi diuinæ voci reluctatus, eius exequi mandata decreueris, quod dabitur inobedientiæ remedium? quin proh quàm vereor, ne maximè in contumaces indignatus in hæc erumpat, *Quemadmodum repuliſtis me, ne populi mei duces, & principes eſſetis, ita & ego repellam vos, ne ſim vobis in re-* Orat. 3.
B *gem, ac rurſus, quemadmodum non audiſtis vocem meam, ſed dediſtis tergum durum & inobedientes fuiſtis, ſic erit cum inuocaueritis me, ego autem non reſpiciam ad orationem veſtram, nec exaudiam*, qua plane ratione quæſtioni huic præceptor Angelicus colophonem imponit.

Quia tamen nec paucæ nec leues hac de re agi poſſunt diſceptationes, ad eas illuſtrandas & eluendas, ne faſtidioſi lectoribus videamur, proximum caput inſtituimus.

Eadem diſceptatio vberiùs agitur, & dubitationes aliquæ diluuntur. Cap. XXXVIII.

C QVAE huc vſque diximus, multò validiùs pugnant in eos, quos non tantùm ad Epiſcopale Sacerdotium populus vel elegit, vel poſtulauit, ſed etiam ſuimet moderatoris imperium ad idem capeſſendum obſtringit; ſi namque moderatori imperanti, pertinaci obduratoque animo reluctaretur, procul dubio in obedientiam, quam maioribus præſtare tenemur, crimine palmari delinqueret; quapropter, vt docet Angelicus, alijque, quorum ipſe ductor eſt, æquè voluntatis ordinem perturbat, qui in populorum perniciem Sacras dignitates à ſe contumax amouet, quàm qui vltrò ſe regimini animarum admouet; quin, ſi fides Caietano danda ſit, grauiùs hic illo delinquit; quoniam autem Sanctorum geſta ad noſtrum exemplar Deus nobis appoſuit, plura è Sacris litterarum monumentis ſuperius retulimus: his addendum pariter illud videtur, quod de Sancto Othone & Henrico Monacho Galliarum Regis fratribus memoratur; hi enim, cum maxime abhorrerent ab infulis ſuſcipiendis, operamque omnem ad eas non induendas impendiſſent, ad Pontificis tamen mandatum paratiſſimi onus impoſitum exceperunt. 2. 2. q. 185. ar. 2 & ibi Caiet. Vaſquez opuſ. de benef. c. 3. § 6. dub. 2. Baron. ann. 1103. & 1149.
D Sanctus verò Gregorius Nazianzenus ad ſedem Saſſinenſem à Diuo Baſilio electus fieri numquam potuit, vt ad illam implendam aſcenderet, licet non tantum Baſilij precibus ſui perquàm familiaris, ſed ipſius Sancti Gregorij ſui Parentis votis ardentiſſimis ad hoc præſtandum vrgeretur; quapropter authoritatis ſuæ pondere tandem genitor conſtantiâ filij ſuperatâ eum coegit, vt in ſua Nazianzi ſede gubernanda Coadiutor in partem Regiminis accederet. Sur. 4. Maij

Hac etiam formâ Sanctus Petrus Stumedienſis Boneuallenſis Aſcæterij Monachus diù Tarentaſienſi Epiſcopatu reiecto tandem acquieuit, vt publicis ſui Ordinis comitijs Diuique Bernardi conſilio adhæreret: repetitis etiam repulſis Archiepiſcopalem ſedem Cantuarienſem Diuus Edmundus à ſe detrectauit, ſed præceptis, quibus eum ſub mortalis pœna peccati Epiſcopus Saliſburienſis obſtringebat, ad eam poſſidendam coactus, ſe oneri ferendo commiſit. Sur. 8. Maij Sur. 16. Nouemb.

Sed quò me Diuus Federicus aduocat? Cæſareis hic legibus, quibus ſubiacebat, coactus, Traiectenſes infulas, quæ nunc temporis cum Leodienſibus immiſcentur, non tantùm quoad ei licuit recuſauit, ſed Cæſari facultates omnes ſuas vltrò donabat,

nabat,

Digitized by Google

nabat, dummodò honorem illum à ſe ſubduceret: quis hoc non admiretur recens Simoniæ genus, non Diaboli inuentum ſed Dei opus, non odio à Concilijs habitum ſed plauſu exceptum ab Angelis? quis vnquam ad dignitates declinandas, quibus attingendis tanto ſtudio huminum plerique deſudant, ingenium adeo elimault, vt omnium ſuarum facultatum diſpendio illas non emeret ſibi, ſed alijs impertiret: quàm elegans & admirandum in Cæſarea aula ſpectaculum fuit! Cæſaris tamen repetitis artibus, & mandatis vlteriùs reluctari non valens, parauit imperanti. A

Nec ſilentio mihi præterire fas eſt Sanctum Arnulphum, cui numquam cordi fuit ſe Sueſſonienſi ſedi, ad quam fuerat electus, ſupponere, quoad vſque precibus & adhortationibus Hugonis Epiſcopi Dienſis & Pontificij Legati, vt aiunt, à Latere vi ſuæ authoritatis exerta & exercitâ, illud ei in *Sancta obedientia virtute* mandauerit.

Sur. 15. Auguſt.

Quod prorſus idem eſt, qnod olim Sanctiſſimo meo Patrono & Preceſſori Ioanni Laudenſi contigiſſe narratur: hic enim quò magis ſenectæ viribus immaturus, eò Sanctitatis iuuentâ maturior, Eugubinam hanc Præfecturam tunc tantum gubernandam excepit, cùm Cardinalis Ioannis Apoſtolici Legati mandato eam reiectare non licuit. Quin licet moderatoris imperium deficeret, ſi vel Cleri vel Populi ſuffragia in aliquo eligendo conueniſſent, docente Diuo Thoma, capitali piaculo delinquebat, qui ad eorum ſtudia & vota ſuæ voluntatis ceruicoſæ duritiem non inflecteret; cum enim eius miniſterio videretur Eccleſia indigere, ab eius famulatu non poteſt ille ſe ſubducere; quod idem etiam omnino eſſet, ſi probabiliter arbitraretur, nullum ſibi parem ad populi Regimen in ea Eccleſia reperiri. B

in quodl. 5. art. 23. Syl. in verb Elect. 1. qu. 20.

Verùm ſi fortè contingeret, non leui obſtaculo eum, qui eligitur ad tantam dignitatem, præpediri, breuiter, & egregiè Diuus Thomas modum docet, quo ſe moderaturus ille ſit; docet enim, quod ſi in poteſtate ſua ſit obſtaculum illud remouere, exempli cauſa, ſi lethali crimine reum ſe haberet; hoc remouere tenetur; ſi verò non in poteſtate ſua ſit, ſed ſui moderatoris, verbi gratia, ſi vinculis Eccleſiæ, quæ vocantur cenſuræ, obſtringatur, vel indignitate legali prematur ad ſacra obeunda, quæ dicitur irregularitas, tunc impedimenta iſta remouere tenetur ipſe ſuperior, cui pareſacere ipſe debet, vt vel impedimento vel præcepto eum exoluat, cum ſimul vtraque iungi non poſſint; quod ſi huiuſmodi fuerit impedimentum, quo ne quidem ipſius Archiepiſcopi authoritas poſſit eum abſoluere, tunc nullo modo eius præcepto parere tenetur; ad quod referre mihi placet conſcientiam, quam de ſuis inueteratis erroribus, corruptiſque moribus aliquis haberet; hic enim animo perpendens, ſe potius detrimento quàm vtilitati populo futurum, ad eius regimen obſtringi nullo modo poteſt; qua ſententia mihi videtur excipiendus Diuus Gregorius ſic docens, *Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat. ille ſi omnino renititur, caueat ne acceptam pecuniam in ſudario ligans de occultatione iudicetur, &c. iſte cum regimen appetit, attendat, ne per exemplum boni operis Phariſæorum more ad ingreſſum regni tendentibus obſtaculum fiat, qui iuxta ſummi Magiſtri vocem Matth. 23. nec ipſi intrant, nec alijs intrare permittunt, &c.* C

d qu. 185. art. 2. Vaſq. vbi ſup.

p. Paſt. c. 9.

Ea pariter in opinione Diuus Iſidorus eſt, quod qui adeò ſe imbecillem pereipit ad vitiorum certamina retundenda, vt plerumque inter ea turpiter delabatur, eaſque non dum vires induerit, quibus ad illas ſuperandas poſſit animam ſuum erigere, ad animarum Regimen nullo pacto ſe conferat, quoadusque in ijs fortiter repellendis victorem ſe futurum ſperauerit: ad hæc confirmanda conſonant ſimul cum florido ſuo dicendi genere Sanctus Proſper, tum valido ſui ſermonis tonitru Diuus Chryſoſtomus, cuius verba recito: *Decere arbitror, ſi te eo ſexcenti vocent atque ideo cogant, non illos ſpectare, ſed animi tui de te prius examinare, vtreſque tuas omnes exactè perſcrutari, atque ita demum cogentibus cedere*; ad quæ eius exemplum affert, qui ne leuiter quidem Architectonices arenâ aſperſus, haud quaquam palatia, & templa architectari audebit, vel eius, qui nulla medicæ artis cognitione inſtitutus ad medicamenta populis præſtanda numquam accedet. D

in num. 8.

l. 2. de vit. contemp. cap. 13. lib. 4. de ſacerd.

Vt autem ſuperbi ad ſua vitia caligantes ſemetipſos palpant, ſibique nimium blan-

A blandiuntur, ſic qui demiſsè & abiectè de ſe ſentiunt, licet reuera digniſſimi ſint; ſe indigniſſimos arbitrantur, id circo licet electus de ſua aptitudine formidaret, formidine tamen hac ſuo moderatori patefacta, iuxta ſuperius è Canonum & Theologiæ Magiſtris memorata, ei obedire tenetur, quæ tamen tunc ſolum locum habent, cum nulla amicorum, & affinium ſtudia, vel aliæ humanæ artes interceſſerint, ſed eius tantum inſtinctu fuerit electus, qui Diuinam nobis aperit voluntatem: Chriſti Domini exemplo hoc abundè docetur; hic enim à Regia dignitate, quam plaudentes populi ſpondebant, celeri ſe fugâ ſubripuit, ſed cum cæleſtis genitoris ſuffragio in Monte Thabor gloriæ lumine circumfuſus, Dei filius fuit renunciatus, adeoque princeps totius vniuerſitatis, oblatos Regni faſces excepit & alieno vaticinio ſuam de hoc voluntatim explicauit illis vocibus, *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem Sanctum eius, prædicans præceptum eius.*

Innoc. & PP. in c ſi. cut. de iure iur. Sanch. cum reliq. in ſumm. l. 6. c. 3. n. 1.

pſ. 2. 6.

B

§. I.

Breuiter hic perpendendum ſupereſt, an ad huius dignitatis molem adeo grauem tot periculis obſitam, tot vepribus circumſeptam, ſuis humeris perferendam cogi quis poſſit aut debeat: Pontificia enim authoritate numquam ad hoc extorquendum obarmare ſe voluit Sanctus Pontifex Gregorius; quin ne quidem præceptis vti voluit, ne nauigationem adeo aſperam pertæſos, in periculoſos hoſce fluctus conamentis ſuis committeret, ſed inter preces, & vota ſe continens, ſuam voluntatem explicabat, alienam non cogebat: *Sicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendus eſt*: quàpropter cum in ſuum Epiſcopum Florentium Romanæ Eccleſiæ Subdiaconum Neapolitani elegiſſent, & hic ad tantam dignitatem euitandam præ terrore animi fugam arripuiſſet, Sanctiſſimus Pontifex, licet tanto muneri parem eum ad illas infulas induendas agnoſceret, ab incepto C pro propoſito deſtitit, adeoque vt ad alterius electionem accederent, præcepit, Romamque viros, qui eligendi facultatem haberent, tranſmitterent.

l. 6. ep. 4.

l. 2. ep. 15.

Quin ne quidem commendatitijs ſtudijs aliquem, vt in Antiſtitem eligeretur, proſequebatur; tam enim arduum implexumque opus hoc ipſe cenſebat, vt nullo prorſus nexu humani libertatem arbitrij ad hoc obſtringendam exiſtimaret; quæ tamen præ ſua ſingulari modeſtia Gregorius Magnus effecit, non excipienda nobis ſunt, veluti noſtrorum operum regula, cui nos conformemur: quà propter plurimi non defuere Sanctiſſimi Pontifices, qui vim ſuæ authoritatis exeruerunt, ipſiſque diris ſe obarmarunt, vt præ Diuini Iudicij terrore nonnullos cogerent ad Hierarchicum munus adimplendum.

Baron. ann. 598 n. 19. & ſeq.

Ipſi ijdem fidei Chriſtianæ Satores, vt ex eorum canone habetur, à fidelium communione eos abſciderunt, qui ſe Epiſcopali Sacerdotio ſubijcere pertinaciter repugnarent; ipſe etiam Athanaſius Alexandrinus Antiſtes, vt Dracontium Epiſcopum, de quo ſuperius egimus inauguraret, non leuem vim præſtitit, quo pari- D ter violentiæ telo ſe adactum coactumque fuiſſe Diuus Petrus Damianus teſtatur, Pontificem eâ de cauſa pio clamore redarguens, *Tenetis, hæc in me proiecta fuiſſe onera non ſuſcepta, &, vt ità loquar, retiaculum non ingreſſus ſum, ſed violenter expertus.*

Canon. 37. Apoſt. Bar. an. 356

lib. p. ep. 10.

Sanctus verò Auguſtinus ad Donatum ſcribens, vt inter ſacros Canones inuenire facile eſt, quam plurimos eâ tempeſtate fuiſſe narrat, qui carceribus aliſque id genus ſupplicijs torquebantur, vt oblatas infulas, animi duritie depoſita, parati ſuſciperent, *Et tamen tam multi, vt Epiſcopatum ſuſcipiant tenentur, inuiti perducuntur, includuntur, cuſtodiuntur, patiuntur tanta, quæ nolunt, donec eis adſit voluntas ſuſcipiendi operis boni*: ſic ille.

ep. 204 ſub init. c. diſplicet 38. 23. q. 4.

O terque quaterque Beatam Chriſti Religionem, ſi ea verè aurea ſæcula refluerent, quibus non ambientes à dignitatibus, ſed dignitates ipſæ repellebantur; quàm commendanda fortitudo eorum erat, qui virtute ineluctabili ſe illis fatebantur indignos, & vt ſibi Deoque, quem vnicè deperibant, vacarent, totis nitebantur viribus, & ipſa fugâ ſuæ quieti conſulebant, ne in Antiſtites eligeren-

tur: quàm felix ea ætas fuit, qua ſtudijs, precibus, monitis, præceptis, optimi viri vrgebantur, cogebanturque ad ſacra ſubſellia implenda! profectò noſtra hac ætate optare quidem nobis hæc licet, non ſperare, humana nimis pectora vis ambitionis inuaſit, & ad dominium exercendum vecordi impetu præcipites rapimur: nobis nimium blandientes ad noſtra vitia caligamus, noſtris viribus temere innixi noſtras cupiditates palpamus, & quadam inani oſtentatione virtutis ad impares nobis conatus pares nos facimus! A

Non eò tamen noſtræ huius ætatis corruptela graſſatur, vt illi comparari poſſit, qua Petrarchæ ætas miſerè contabeſcebat, adeo vt non abſque lacrymis immanem ambitionem, qua ſacras ad ſedes tenuiſſimi viri reptabant, deſcribens diceret, *O vertigo mortalium peſſima, ad quod olim conſueuerant, & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non poſſunt, & tam praceps ſauit ambitio, vt non Christianus pudor ac modeſtia videatur, ſed ardor & pertinacia paganorum*: poſtremum etiam addit, pareatur vtique Cæſari, ſi ad ſupremum Sacerdotium poſſidendum, vt ſuffragia ſibi coemeret, munera opulentiſſima diſperſerit, & Senatum acceſſurus genitrici dixerit, ſe numquam domum ſuam reuerſurum niſi infulatum; ſed Chriſtianis viris numquam parcendum, dum tam auidè dignitates expiſcantur, eaſque inſanè depereunt. B

> de remed. vtr. fort. l. p. c. 197.

§. II.

SED vt ad noſtra refluat calamus, licet Summo Pontifici, vt Diuus Thomas & Suarez affirmant, è ſuæ poteſtatis virtute ad ſacrum hoc munus imponendum diras aliaque Eccleſiæ vincula, quę Cenſuræ vocantur, vltrò adhibere, cùm omnimodâ authoritate donatus ille à Cælo ſit: poteſt vtique ad Eccleſiæ vel vniuerſalis vel ſingularis vtilitatem eos, quos tantæ dignitati pares exiſtimauit, obligare, nulla licet neceſſitas vrgeat: nec tantum poteſt, ſed debet, licet ille, qui eligitur, ſuſceptis irretiatur votis, quibus a ſacris dignitatibus ſuſcipiendis abducatur: in huiuſmodi enim votis ſeu iuribus curandis, ſemper Pontificiæ voluntatis arbitrium, vt ſacri Canones docent, implicitè, vt aiunt, intelligitur: nec temerè nobis Summi Pontificis mens inuadenda eſt, quamuis enim alij fuerint ad Epiſcopale miniſterium obeundum aptiores, poteſt vtique alios, vt ſapienter docet Suarez, ex ignotis nobis cauſis ſibique tantum notis eligere: Sancti Gregorij ſententia roborat hæc tantus Magiſter, *Tunc humilitas ante Dei oculos vera eſt, cum ad reſpuendum hoc, quod vtiliter ſubire pracipimur, pertinax non eſt*, ſic Pontifex: ſi namque poteſt Rex aut Cæſar maximis pœnis impoſitis ad bellica munera ſubditos cogere, vt ſuperiùs explicauimus, annon hoc idem ſupremo Chriſtianæ Religionis Moderatori ad eiuſdem bonum & decus liceat, cum plenior, & perfectior in eo conſiſtat à Deo donata eligendi poteſtas? C

> D. Th. in 9. q. 19. art. 4. ad 1.
> Suar. de relig. tom. 3. l. 10. n. 19. 20.
> Turrecr. de poteſt. Pap. qu. 17.
> Hoſtien. in cap. ſi Dominus & cap. qui reſiſtit. c. venientes de iuſiur. c. non eſt de voto.
> Suar. d. c. 10. n. 12.
> l. p. Paſt. c. 6.
> l. 28. c. de Decurion.

Quantæ autem vtilitatis ſit, vt identidem hanc ipſe authoritatem in eos exerceat, quos ad gentium Regimen idoneos eſſe cognouerit, perſpicuum fieri poteſt è tanti operis præſtantia, & ex eorum ingenti penuria, qui numeris omnibus abſoluti perfectè velint Epiſcopali Sacerdotio vacare: qua quidem ratione Sanctus Bernardus ad Pontificem Eugenium ſcribens, cum ad Valentinam ſedem implendam quidam poſtularetur, ad Sanctam hanc violentiam inferendam Pontificem acriter excitauit; audi Bernardum, *Si rebus raritas pretium facit, nil in Eccleſia pretioſius vel optabilius bono vtilique Paſtore; Nempe rara auis eſt illa: proinde ſicubi talis interdum reperiatur & occaſio detur, confeſtim inijcienda ſunt manus, & totis viribus ſatagendum, ne qua vi, ne qua arte malitia, fructuoſa promotio valeat præpediri.* D

> ep. 258.

Hoc eodem monito eundem Pontificem in opere *de conſideratione* inſtituit, poſtquam enim affirmaſſet nuſquam eos in Epiſcopos eligendos, qui vel ſuâ vel alienâ operâ ad ſacras ſedes vſurpandas irrepſerint, ſubdit *Itaque non volentes neque currentes, ſed renuentes etiam cogé illos, & compelle intrare*: ſic pariter ad Innocentium Pontificem ſcribens, dignum Pontifice opus eſſe pronunciat, vim eam inferre,

> l. 4. c. 5.
> ep. 165.

Digitized by Google

A re, quâ ad Sacerdotium ſuſcipiendum Bernardum quendam Portum obſtringebat, hoc tantùm in Pontifice poſtulari, ne apud Longobardos adſcribere illum velit Antiſtitem, cum flagitioſiſſimi omnium ſint Sacrorumque hominum, imo Dei ipſius impij contemptores.

Sed & Alexander Quartus hoc idem exercuit: cum enim Albertum ſpectatiſſimum vndequaque virum ad Taruiſinas infulas ſuſcipiendas pertinaci & refractaria vi repugnare accepiſſet, anno à Chriſti ſalute 1255. ad eum ſcribens, Pontificiâ, qua pollebat authoritate, ei præcepit, vt Deo vocanti protinus reſponderet, neque reum ſe ſuperbiæ faceret, voluntatem ſuam diuinæ voluntati præponens; qua propter ſi ſupremi Pontificis arbitrio, ex eâ, quâ ipſe tenetur ſolertia & caritate populorum vtilitati euigilare, ſedes alicui Epiſcopalis offeratur, & ab illa exeipiendâ licitâ ſe excuſatione ſubduxerit, ſi reiectum honorem ſuſcipiendum poſtea mandauerit, tenetur præcipientis Pontificis authoritati parere, dummodo ab eo ritè ſuſcipiendo non impediatur, ea ſibi tacitè ſuggerens, *In verbo tuo laxabo rete*: vo-

B cantem Deum ſequi debet, Diuinæque ſapientiæ ſe committens, per viam, quam illi ſuus Vicarius Pontifex aperuit, vtiliter, & ſecurè proficiſci: ſi ſecus fecerit, non tantùm caritatis, & Iuſtitiæ reus piaculari noxa ſe polluet, vt pluribus tùm hic, tùm ſuperiùs explicauimus, verùm etiam debitæ erga Summum Pontificem obſeruantiæ: contumeliarum loco habentur repulſæ, quibus Principum beneficia reſpuuntur, idemque prorſus eſt munera ab illis impertita nulla de ratione repellere, ac aliquid ab eis poſtulatum denegare; opprobrio ſibi hoc vertent, & minimi ſe fieri æſtimabunt; ſic olim docuit Seneca *Nihil ad rem pertinet, vtrum dare aliquid Regi nobis, an accipere à Rege: in æquo vtramque ponit repulſam & ſuperbè faſtidiri acerbius eſt, quam non timeri*.

[li.p.ep.558. in bibl. Vatic. — D. Th. 2.2. q.186.ar.2. Caiet. Syl. in ſumm. verb. Epiſc. qu.3. Soto l. 10. de iuſt. q. 2. art. p. D. Greg. l. p. paſt. c. 6. — de benef. l. 5. c. 6.]

Quin ipſa humilitatis virtus in ſuperbiæ vitium deſciſcit, cùm Epiſcopale Sacerdotium à ſupremo Religionis noſtræ Hierarchâ impertitum ceruicoſâ duritie detrectas: voluntatis pulchritudinem æque denigrat auide nimis dignitates appetere, eaſque durè reſpuere: pretioſiſſima gemmarum, quibus humilitas redimitur, eſt

C voluntaria animi ſubmiſſione ſe moderatori committere: quapropter iure meritò ad Alexandrum Tertium Pontificem Arnolphus Lexouienſis Antiſtes ſcribens ait, vt Baronius recitat, *Pari culpa tenetur obnoxius, qui vocationem Domini præuenit, vel recuſat oblatam: Tunc enim ante Dei oculos vera eſt humilitas, cum ad reſpuendum hoc, quod vtiliter ſubire præcipitur, pertinax non eſt*; multò autem ſe turpiori labe fœdaret, qui non abs re exiſtimaret, ſe recuſante eligendum poſtea alium, qui longe minori virtute ad oblatum munus inſtructus, longè minus idoneus inſtruendis populis eſſet; in re enim maximâ mirùm quantùm ipſa charitas læderetur!

[tom. 12 an. Do. 1559. pag. 441. vid. D. Gregor. p. paſt. c. 6. Cap. qui Epiſc. in ſcript. d. qu p.]

Qua in re magno ſe illaquearunt errore, mutuâque poſtulatione ſe caſtigarunt Ammonius, & Euagrius Presbyteri: cum enim Euagrius in repellenda Epiſcopali dignitate obdureſceret, vt ſe adhortantis Theophili Alexandrini Antiſtites moleſtijs eriperet, aurem ſibi reſcindens, ad Sacra munera capeſſenda ineptum ſe reddidit; acerbè illum ex hoc inuaſit Euagrius, eò quod moderatoris voluntate contempta,

D ſuam ei poſthabuiſſet; ſed cum poſteà ab eodem Theophilo ipſe Euagrius ad Sedem ab Ammonio reiectam ſuſcipiendam ſtudijs ardentibus vrgeretur, qui rectè olim prudenterque aliorum geſta correpſerat, prudentiâ ſuâ deperditâ, eodem errore ſe maculauit: vt enim ab eodem ſe dignitatis ſacræ pondere ſubduceret, linguam ſibi reſecauit, de quo aſperè fuit poſtea ab Ammonio obiurgatus: vides igitur, quò viri cæteroquin piiſſimi ſuæ voluntatis impetu obcœcati trahantur, & è metu, quo ne infulati pereant, laborant, in quæ vitia reſupini labantur?

[D. Th. 2.2. q.186. ar. p. De eius vita.]

Longè quidem moderatius hac eadem in re ſe geſſit Sanctus Malachias: hic enim, vt habes à Diuo Bernardo, licet è cæleſti internuncio Diuina illi voluntas de ſacris Infulis induendis innoteſceret, ad illas tamen ſuſcipiendas trahi numquam valuit, niſi eâ conditione ſecurus, quâ ſcilicet æthnica illic ſuperſtitione abolitâ, Diuinoque cultù inſtituto, ſuas inde poſſet ad religioſas, & pauperes ædes reuerti; quæ omnia triennalis temporis ſpatio ipſe perfecit.

Haud tamen è viris Sanctitate conſpicuis aliqui defuere, qui præ tenuiſſima, quâ ſe ipſos agnoſcebant, æſtimatione, & præ ingenti metu, quo ex periculis, quibus

ſacræ dignitates obſidentur, correpti fuerant, ſupremi Pontificis præceptis diù repugnarunt, licet poſtea ad eius nutum voluntatemque ſe componerent: ex his A

Scot. in eius vit. 17. Maij

Diuus Antoninus fuit, qui cum conſtanter Florentinam ſedem ab Eugenio ſupremo Pontifice ſibi impoſitam detrectaret Pontifex, tùm, vt Florentinæ Reipublicæ quæ tranſmiſſis Romam Legatis validiſſimè hoc ab eo poſtulabat, tum vt viri Sanctiſſimi lucem ad populorum aſpectum, & ſalutem efferret, ſuis primum Epiſtolis ad thiaram ſuſcipiendam excitauit, tum poſtea arctis eum præceptis obſtrinxit, & horrendas etiam diras fere in illum intorquens: ſic etiam de Sancto Anſelmo Epiſcopo Belluacenſi habes; hic enim tum litteris Pontificijs, tùm mandatis quibus eum, Pontifice imperante, ſuus moderator vrgebat, fortiſſimè reluctatus, Romam accedens, & Pontificios ad pedes ſe deuoluens, quàm plurimis excuſationibus explicatis, ignarum denique ſe eſſe nullaque litteratura excultum, & longe flagitioſum prætendit; ſed apprimè Chriſti Vicario probatus ab eo excepit, vt vocanti Deo parens, eaque declinaret extrema, quæ ſemper virtuti aduerſantur, ad quę facilis, & promptus Chriſti iugo collum ſubiecit. B

Sanctus Gregorius Agrigentinus, licet Pontifex è cœleſti oraculo ſe ad eum illi Eccleſiæ præferendum accedere profiteretur, indignum ſe tanto munere exhibens, numquam dignitati ſuſcipiendæ acquieuit, ſed Pontificijs inde præceptis accedentibus, vt de re tanta ſedulò ſeriòque ſecum diſcuteret, aliquam temporis intercapedinem poſtulans, fugæ ſe dare meditabatur; ſed hanc prohibentibus exteris, irrita eius ſtudia ceciderc.

Sur. 7. Septemb.

In Dienſem Antiſtitem electus Sanctus Stephanus, è Monachis Carthuſianis, ad Epiſtolas, quibus hoc illi præcipiebatur à Pontifice, vires omnes admouit, vt oblatam præfecturam à ſe abdicaret illud afferens, haud ſe votis abſolui poſſe, quibus in moderatoris poteſtate commiſerat ſe: quàm imbecille quàm inane hoc erat! ſuſcepta enim voti vincula poteſtate maxima Pontifex reſcindebat: eius tamen pietatem refregit Pontifex ſuoque Abbati præcepit, vt eum ad obedientiam cogeret: hoc vbi Sancto Stephano innotuit, è ſuo aſceterio fugâ celer euaſit prædolore quo cruciabatur, dum ſe à ſuæ Sanctiſſimis Rachelis amplexibus auelleret; ſed C eius cogitatione ab eum quærentibus deprehenſa, licet inuitus inauguratus fuit Antiſtes: profectò non ab omni porſus labe, repugnantia hæc fuiſſet immunis, ni Diuinâ quadam impellentis numinis virtute deriuaſſet: quàpropter huc ea Diui Bernardi verba Sancti Malachiæ geſta ſcribentis referre licet, *Ego vero iſtud nec in Sancto redarguendum nec vſurpandum conſulo ei, qui Sanctus non fuerit.*

Abſolutè loquendo Epiſcopales ſedes non eſſe abdicandas, præſertim ſi ad ingentes penſiones abdicanti ſoluendas quis obſtringatur. Cap. XXXIX. D

HVmanus animus ad cœleſtia deſtinatus in hoc luteo carcere ſe irretitum agnoſcens, ſuam demiſſionem exoſus, ſimulacris inanibus adhærens, non plena ſed vacua, non vera ſed vana, non pretium ſed colores inſequitur, in naufragio portum, in exilio Regnum molitur, & faſcino ambitionis deceptus, venuſtiſque imaginibus, quas da magnificam pompam repræſentandam res humanæ præſeferunt, tamquam illius pulchritudinis veſtigia, quæ cæleſtia exornantur, in eas amandas toto impetu trahitur, illis adhæret, ea deperit, ingentique laborum pretio, & ſudorum effuſione tandem conſequitur; vix tamen illarum dulcedinem delibat, vt earum caducitatem, & vanitatem agnoſcat, ſyderum loco cometæ ipſi effulgent, & vbi molli velut in culcitra quieſcere deſignauerat, Alcyonis inſtar ſedem ſpinis compoſitam experitur, tranquillitatis in ſinu agendam ſibi vitam ſpoponderat, ſed immaniſſima procelloſaque charybdi ſe ſpectat inuolui, cuius vi reciprocos inter curarum fluctus miſerè deturbatus occumbit.

Hinc

A Hinc igitur eſt, vt plerique, nulla prius ſuarum virium conſideratione habita, nihilque perpendentes ea, quæ ad thiaræ induendæ Sanctitatem requiruntur, ad illa peruenire toto animi conatu contendant; vix autem voti compotes facti ſunt, aureis ſe catenis obſtringi infelices agnoſcunt, curarum, laborum, moleſtiarum iliade inuoluuntur, & eam quam ſpontè reiecere quietem, ſolliciti petunt, & concupiſcunt: quàpropter cogitationibus alijs intenti iugum, cui ſe ſubiecere, excutere ſibi tentant, pondus quod vltro ſibi poſuere, conantur deponere, & quam deperiuerunt dignitatem, cuiuſque amplexus frui tam impensè exoptarunt, iam ſaturi, & faſtidioſi repellant: quid nam hoc aliud ſanè eſt, quàm ad errorem delendum, errorem alium adhibere, & ad mali vnius medicinam grauius malum ſupponere? vituperandum omnino opus, vel non commendandum, vel periculoſum eſt, nulla ſine pugna infulas Epiſcopales induere, vt ſuperius explicauimus, ſed indutas exuere impoſitaſque deponere, maius aliud malum eſt, vitiumque primo deterius.

B Quod inter Epiſcopum & Eccleſiam initur coniugium, prius ad cæli, quàm ad terræ aſpectum ſtatui docet Sanctus Pontifex Teleſphorus, qui etiam ſubdit, Diuino tantum ſpiritui veluti pronubo electionem tribuendam, adeòque, qui libelli repudio tranſmiſſo eam dimittit, diuinæ ſapientiæ iniurioſus euadit.

Quò autem ſanctius coniugium eſt, & perfectus Sacramentum, quo Antiſtes ſimul & Eccleſia deſponſantur, eò etiam illuſtrior obſeruantia requiritur, qua ineundum eſt: tale inter ipſos coniugium agitur, vt in Encicl/ca Epiſtola ad Galliarum Epiſcopos tranſmiſſa, & Canonibus ſacris immixta Sanctus Pontifex Calixtus aſſerat, dimitti ab Antiſtite ſuam non poſſe Eccleſiam, *Quia Sponſa vxorque* Calix. ep. 2 c. 3. c. ſicut 39. 7. q. 1. *eius dicitur Eccleſia*. arctoque adeo & amabili vinculo ſponſos obſtringi, vt ſicut de corporeo coniugio ait Deus, *Erunt duo in carne vna*, ſic ad Florentium Puppianum Sanctus Cyprianus ſcribens dixerit, *Scire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo*: neceſſario hinc habetur, nuptias haſce, ſi earum vis conſide- lib 4. ep. 6. cap ſcire 7. qu 9.
C rerur, ab omni prorſus eſſe diuiſione alienas, & Antiſtitem ad fidem ſuæ ſponſæ ſeruandam conſtanti lege teneri, nec vnquam ſine palmari eius ignominia diuortium ab ea meditandum; ſe alloquentem vnuſquiſque Epiſcopus credat Apoſtolum, *Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem*: ad hoc oſtendendum ſacer Annu- 1 Chor. 7. 1. In Pontifical.
lus Epiſcopo in conſecratione inſeritur, grauibus illis adiectis vocibus, *Accipe Annulum fidei ſcilicet ſignaculum, quatenus ſponſam Dei Sanctam videlicet Eccleſiam intemerata fide illibatè cuſtodias*: arctius hoc annulo animus quàm corpus obſtringitur: quàm egregiè cęleſti Oraculo de his admonemur, cum pręcipiens Iſaię Deus, & acerbè maximum Sacerdotem Sobnam corripiens, mirandis illis eum vocibus deſcripſit, *Vade ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo ad Sobnam Præpoſitum* Iſa 22. 15. ibid. *templi*, vbi Sanctus Hyeronimus ait, à ſeptuaginta Interpretibus loco *tabernaculo* legi *Paſtophorio* hoc eſt *in thalamo*: hic etiam aduertendum eſt, *Paſtophorion* Græco idiomate idem prorſus ſonare ac *thalamum nuptialem*, vt oſtenderet maximum Sacerdotem, & Epiſcopum verum eſſe ſuæ Eccleſiæ ſponſum: quàpropter cum non-
D nullis offenſionibus irritatus Ananienſis Eccleſiæ Regimen Petrus depoſuiſſet, Hie- Baron ann. 1099.
roſolymam profectus, vt ibi totus Deo cæleſtibuſque contemplandis vacaret, Sanctus ei Magnus è ſuis prædeceſſoribus vnus, vrbiſque patronus ſpectandum ſe dedit, & imperauit, vt ad ſuæ ſponſæ amplexus reuerteretur, illud prònuncians. *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*: quid ni ergo, quod de humano connubio dixit Sanctus Auguſtinus, ſpiritali huic aptare poſſimus? *Sicut coniugium à Deo*, tr. 9. in Io. *ita diuortium à Diabolo ſit*: hæc ille.

Hinc autem diſcrimen egregium innoteſcit, quod inter Epiſcopales ſedes & regalia ſolia intercedit, nam commendatiſſimi omnibus illi habiti ſunt, qui regias trabeas generosè ſibi exuerunt: cum Dictaturæ faſces adminiſtrauit Sylla, omnium calamis, omnium linguis mordaciſſimè vt tyrannus ſeueriſſimus impetitus: cum eos ſponte depoluit, omnium inuidiam profligauit, ſcommatum, & ſcriptorum aculeos eneruauit, ipſaſque Satyras in plauſus, & encomia ad ſui honorem conuerti; tunc ab omnibus eo dignus honore creditus eſt, cum ſe ipſe eo credit indignum, & ſcelera omnia, quibus ſuum nomen inceſtauit, hoc vnum opus illuſtri

arte

Digitized by Google

arte deleuit: imperium contempſere Aurelius, & Pertinax Cæſares, & ex hoc contemptu, ipſo maiores imperio ſuum decus amplificarunt: Principes enim inter & A Principarum connubium illud non intercedit, quo Epiſcopus, & Eccleſia obſtringuntur; Nuncium mundo remittit, qui principatu ſe abdicat, at qui Epiſcopali dignitate ſe exuit, ferè dixerim in ſuis ouibus deſerit Deum: cæleſte ſibi diadema molitur qui terrenum amittit, ſed qui thiaram à Pontifice impoſitam deponit, coronam illam deperdet, quam æternis radiantem fulgoribus illi parat æternitas; ſimul cum Regia chlamyde lenocinia, faſtus, ſuperbia, pompa, ſęculi illecebræ abdicantur, ſed Epiſcopale Pallium deſerere aliud non eſt, quàm labores, curaſque ſeponere, ſuoque ſolum otio exoptato gentium ſalutem negligere eſt, terramque cœlo præponere.

Quot periculis obiectatur, ait Sanctus Cyprianus, qui ſacras præfecturas deponit, quæ Diuinitatem ipſam redolent: miſerrimus hoc teſtetur Eſau, qui eum primogeniti ſortem, quæ tunc temporis cum Sacerdotio coniungebatur, germano ſuo relinqueret, ipſius cæli iura imprudentiſſimè obcœcatus reliquit, *Quam periculoſum ſit in diuinis rebus, vt quis cedat iure ſuo, & poteſtate, Scriptura ſancta declarat, cum in Geneſi Eſau primatus ſuos inde perdiderit, nec recipere id poſtmodum potuerit, quod ſemel ceſſit*: ſic penes ſacros Canones habes à Diuo Cypriano. B

C. quia periculoſum 8 7. q. p.

Cùm ſeuere quidem ſed æquiſſimè in Cęſárem Borgiam vltio diuina ſe intulit, quis non animaduertit in eum indignatum numen pręcipuè efferbuiſſe, eò quod Pampelonenſi Eccleſia depoſitâ, ſecularibus iterum ſe rebus immiſcuerit, illud ſapientia diuina diſpoſuit, vt eius ſquallidum cruentumque cadauer eâ in Eccleſiâ omnibus ſpectandum daretur, quam ipſe ambitione obcœcatus depoſuerat.

§. I.

SED hic diluam neceſſe eſt ea, quæ ſplendido eloquentiæ apparatu Beatus Petrus Damianus ad Alexandrum Secundum Pontificem, & ad Hildebrandum C Cardinalem ſcribens legenda poſteritati reliquit; cum enim dignitate Epiſcopali depoſita ſuum tueri opus vellet vir Sanctiſſimus, formidandum illud ſcripſit, nempè illorum pleroſque, qui Regimen animarum ſibi impoſitum ad mortem vſque perferunt, à piorum ſede reiectos, cruciatibus vrgeri ſempiternis, eos verò qui ſanctâ cogitatione excitati ſe eodem abdicaor, probabiliter in optima ſpe ſalutis eſſe: *Dico quod ſentio, quia plerique Pontificatus iura non deſerunt, & de ſiniſtris ſunt quotquot autem legimus recta intentione dimiſiſſe, certa ſpes eſt, eos de æterna cum Chriſto ſocietate gaudere*: eius verba audiſti.

l. p ep. 10.

Quis ad hæc ſane non inhorreſcat? ſed tanti magiſtri verba introſpicienda penitiſſimè ſunt, vt eius mens perſpicuè deprehendatur: primò enim ipſe docet, maximis ſolum de cauſis ad ſacras dignitates exuendas accedendum: *Neque hoc dicimus, vt paſſim deſeri Epiſcopatum liceat, niſi videlicet id fieri neceſſitas magna compellat*: hinc ſuam opinionem multis roborans in eadem, & præcedente Epiſtola ad Nicolaum Pontificem eundemque Cardinalem Hildebrandum triginta trium D Epiſcoporum afferr exempla; horum quatuor praua corporis valetudine coacti ſe à ſuſcepto ſacræ dignitatis onere ſubduxerunt, cœteri verò alij, quibus ſe ipſum adſcribit, ſingulari quodam pietatis motu, Deique vocantis inſtinctu id effecerunt, vt arctiori quodam vitæ genere, inter ſolitudinum nemorumque ſupplicia Deo ſoli vacarent: horum tamen plerique inuiti, & reluctantes illa onera non tantum ſuſceperunt, ſed etiam perferebant, adeoque iure quidem merito leuandi illis erant, cum repugnantes, & mœſtas victimas reſpuat Deus: *Hilarem enim datorem diligit Deus*· quàpropter Eugenium Pontificem enixè Diuus Bernardus poſtulauit, vt quendam è ſuis Monacis, ſua authoritate impoſito ſedis Epiſcopalis
epiſt. 258. onere liberaret, *Alioquin inuitum tenere ad quod inuitus nactus eſt, durum pro illo, fructuoſum nemini eſt*: quod etiam vt fortius euincar, Diui Ambroſij ſententiam afferr ſic alloquentis: *Nemo, vt ait B. Ambroſius, inuitus benefacit, etiamſi bonum eſt quod facit, quia nihil prodeſt ſpiritus timoris, vbi non eſt ſpiritus charitatis*.

Hinc

Google

A Hinc Epiſcoporum Mgiſter Diuus Petrus Epiſcopos ſuos admonuit, vt triſti- p. 5.2.
tiâ omni abdicatâ, hilares, & geſtienres ſe animarum regimini tractando commit-
terent: *Prouidentes non coactè ſed ſpontaneè*: ſi verò ſecus euenerit, Simonis inſtar
Cyrenei illatamCrucem ſummo cum angore perferentes non præmio dignabuntur,
iuxta illud Apoſtoli, *Si volens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpen-
ſatio mihi credita eſt*.

Præterea ea in ætate Beatus Petrus Damianus, & alij, quos ex ipſo retulimus,
verſabantur, qua per ſummam licentiam bellis graſſantibus, militibus inſeruire
cogebantur infęlices Antiſtites, eaqne illis enutriendis adminiſtrare, quæ ſubue-
niendis pauperibus erogare exoptabant: compertum hoc habebis, ſi memoratas
Epiſtolas perlegeris: cæterùm, ipſomet Beato Damiano prohibente, Sanctus Ro-
dulphus Eugubinus Antiſtes Epiſcopales numquam infulas deponere potuit, licet
eremo ſe tradens ſtudere ſolius Dei obſequio vellet, & nullo virtutum progreſſu
cum populis ſibi ſubiectis agere videretur: vt igitur negotijs omnibus omiſſis, ſe
B totum in rerum diuinarum meditatione collocaret, Epiſcopale onus conatu ingen-
ti contendit excutere: abunde hæc à Petro Damiano referuntur in Epiſtola, quam
de pijſſimis Sancti Rodulphi moribus, ſanctiſſimoque eius ad cœleſtem Beatitatem
tranſitu ad Alexandrum Secundum inſcripſit, hęc etiam addens, *Ideoque me vim* ep. 19. l. p.
*ingerente coactus, Eccleſiam quam dimiſerat voto, retinebat officio, in eremo tamen
perſeuerantius habitabat*.

Si ergo ex ingenti tantùm neceſſitate à Diuo Petro Damiano docemur, ſacras
dignitates deponi poſſe, quis nam adeo cœcutiat, vt eius authoritate, & ſuffragio
vtatur ad probandum diuortium, quo ab Eccleſia ſuâ ſe ſubtrahat, vel vt patriæ
commodis fruatur, vel vt inter Romanas delicias otietur? quæ ;eò etiam grauiora
ſunt, ſi derelictâ ſponſâ dotem ſibi eius aſſumat & expendat, tam ingenti penſio-
ne eam onerans, vt vix ſuo ſtatui congrua ſucceſſor poſſideat, pauperumque neceſ-
ſitati ſubueniat; profectò neſcio quî conſcientiæ ſuæ conſulere hic poſſit, cum for-
C midandum illud à Paſtorum Principe ſibi intonuerit, *Redde rationem villicatio-* Luc. 16. 2.
nis tuæ.

Illuſtris ſimul, & pius ætatis huius ſcriptor, quo cum triginta ab hinc annis
peramicè fui verſatus, in huiuſmodi Præſules acutè ſtylum intorquet, eiſque verba Corn à Lapid. in Ezechiel. c 34. 3.
illa, quibus Ezechiellis ore Deus minatur, adſcribit, *Veh Paſtoribus Iſrael, qui paſ-
cebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur, lac comedebatis, & lanis ope-
riebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis*: ſin-
gulis autem horum ſubdit aptari obiurgationem illam, qua olim Deus apud Zac-
chariam increpabat, *O Paſtor, & idolum derelinquens gregem*, dum oues ſuas de-
relinquentes, Eccleſiæ cenſibus ſe ipſos ſaturant: in Chriſtum peccare iſtos quis Zacch. 11. 17.
inficietur, dum gregem eius obliti, ſe patrimonio eius ingurgitant? in Eccleſiam
eam particularem, quæ largis redditibus expers, cum Præſulem ſcientiâ, meritis,
& authoritate ſpectabilem ſortiri nequaquam poſſit, vulgari imperitoque viro
deſponſari cogitur; in populum, quem vir regendum ſuſcipit, non eâ quà par
D eſt virtute ſpectabilis, nec ad ea idoneus, quæ eum decent vel ad alios
inſtruendos, vel ad aliorum violentiam retundendam; in eos qui Eccleſiam
illam proprijs facultatibus ditauerunt, cum in longè diuerſum finem expendantur,
quem ipſi deſignauerint, & ſicut ſi adhuc viuerent, ingentes hac de re querelas
effunderent, ſic perenni imprecatione ad Diuinum Tribunal eos aduocant; in or-
thodoxam Eccleſiam ex ingenti, quo deformatur ſcandalo, & pernicioſo, quod li-
thurgis alijs præbetur, exemplo, & occaſione, quâ fidei hoſtes, hæreſique infecti
ad blaterandum vrgentur; in antiquos Epiſcopos hi peccant, quorum exempla le-
geſque peſſundant, contra Canones, qui ſtatuerunt, tenuiſſimas tantum penſiones,
& tertiam tantum redditnum partem attingentes, nec ſine iuſtis rationibus impo-
nendas, contrà Lateranenſe Concilium, quo iubetur, ad congruos ſumptus facien- Conc Lat. ſub Iuſt. 3. cap. 32.
dos neceſſaria illis impertienda, qui in Eccleſia aliqua gubernanda adlaborant, &
contra Tridentinam Synodum, cuius lex ſanctiſſima eſt, vt ſaltem mille aurei cui- Conc. Trid ſeſſ. 4. de reform. c. 13.
libet Antiſtiti adſcribantur, contrà Apoſtoli doctrinam admonentis illis Eccleſiæ
redditus dandos, qui ei colendæ inſtruendæque deſudant, *Qui in Sacrario operan-* p. Chor. 9
tur

Digitized by Google

tur, quæ de Sacrario ſunt edant, & qui altari deſeruiunt, cum altari participant; & A tandem contrà omnium Magiſtrorum ſuffragium, quibus fides Catholica eruditur; hi enim omnes concordi ore ad eos damnandos feruntur, qui in aliquâ Eccleſia adminiſtrandâ ſuam præſtantes operam illa ſe abdicant, ſi tantùm in eius regimine ſuæ vtilitati, non gloriæ Diuinæ, populorumque ſaluti ſtuduerint: ex omnibus verba Sancti Gregorij referre mihi liceat adhanc rem egregia, & aptiſſima, & quæ, ſi ea quà par eſt animi præſentia perpendantur, non tenuem religionem inijcere meditantibus poſſint: *Penſate fratres, quanta damnationis ſit, ſine labore percipere mercedem laboris, quanti criminis peccatorum pretia accipere, & nihil contra peccatum prædicando dicere.*

hom. 17. in Euang.

Meo de fonte hic nil habes lector, ea tantùm tibi aperui, quæ pijſſimus ſcriptor explicauit; quin aliqua, in quæ ille ardenter inuehitur, datâ operâ omiſi, ne quęſtionis huius arbitrium penes me ſiti addere illud etiam liceat, quod cum Cardinalis Bellarminus Paulo Quinto Pontifici, qui eius operam Romanæ in Aula ſibi præſentem requirebat, obediturus Capuanas infulas exuerit, pręcipienti Pontifici, vt ſucceſſori Antiſtiti mille aureos in annuos redditus iuxta Concilij formam adſcriberet, cœtera octo millia aureorum ad Purpuræ dignitatem & decus fulciendum penſionis titulo ſibi reſeruans, inuictâ voce reſpondit, nefas omnino eſſe, ſponſam iam retentâ dote dimittere, præterquam quod ſucceſſori ſuo res familiaris adeo claudebatur, vt ad inopum ſubſidium, egenorumque opem non poſſet liberalis accurrere: aliaque tam magnus Romani Senatus Princeps aſſerens, liberam Eccleſiam in Pontificis poteſtate dimiſit, Romanâ totâ aulâ approbante, & plaudente. B

Tria reijciuntur Argumenta, quibus Epiſcopales ſedes dimittere non licet. Cap. XXXX. C

NON deſuere longè deuolutis ſæculis è numero Antiſtitum nonnulli, qui tribus præſertim rationibus innixi diuortium ab Eccleſiis approbauerint: eæ autem ſunt, vel vt placidè quieti ſuæ viuerent, vel vt à laboribus, & curis, quibus populorum regimen obſidetur, ſe abſoluerent, vel metu deperdendæ ſalutis ex innumeris periculis, quibus populorum moderatores obruuntur, vel è rigida ratione, quæ de illis reddenda Deo eſt.

Licet autem ex his, quæ in ſuperiori capite attulimus, harum rationum imbecillitas, & nequitia conijci ſatis poſſit; qui a tamen contingere poteſt, vt præſenti hac vel futura nepotum ætate huiuſmodi vota regerminent, accommodatiſſimum duxi ad Sanctuarij ſiclum eas expendere, vt niſi æqui ponderis fuerint, veluti deprauatæ, & adulterinæ reſpuantur. D

Sed iam à primâ ſermonem aggrediamur; è tam vberi ſcriptorum copia ne vnus quidem magni nominis fuerit, qui Eccleſiæ repudium probauerit ex iſta ratione, vt nempè quieti otioque ſuo Antiſtes indulgeat, vt ſibi tantum viuat, illaque tranquillitate, quam neſcius amiſit, iterum perfruatur: quin concorditer hoc ab omnibus reprobatur tanquam Diuinæ, & humanæ rationi difforme.

Hac vel ſimili de cauſa Eccleſiæ onus deponere, conſiderati viri non eſt, vt Innocentius Tertius in ſua decretali docuit, *Cum huiuſmodi poſtulatio videatur non eſſe diſcreta*, qui etiam ſubdit, poſtulationem hanc conſtantiſſimè à Summo Pontifice reiectandam: quis enim non videat, hæc è cœco ſui amore prouenire, qui quò magis totus ſibi vacat, eò magis alijs inſeruire faſtidit? quis non videat, ſe hac via illis occurrere periculis, & vitijs, quibus otium largiſſimè abundat: ſic certè idem Pontifex monuit, & vna cum eo ſacri Canonum Magiſtri.

cap. de renunc.

Hinc eſt, vt ſi aliquis vel importunitatis vi, vel ſtudijs ſuis, & alienis artibus dignitatis deponendæ facultatem obtineat, ab omni protſus peccato non vacet; qui

enim

A enim eâ diſpenſatione, quam non iuſtam eſſe nouerit, vtituri, iuxta Doctoris Ange- p.2. q.95.
lici Doctrinam, peccat, nec iuſta vnquam hæc eſſe valet, niſi cauſa pariter iuſta art.5. ad 1.
fuerit; licet enim Princeps non ſubijciatur legibus, vt ab eis cogatur, ſubijeitur Nau. com.
tamen, vt ab ijſdem dirigatur: omnes ferè Canonum ſcriptores in hac ſententiâ fe- de regul. n.
rendâ conueniunt, vt Nauarrus & Pariſius teſtantur; ſed de hoc poſtea vberiùs & 36 Pariſ.
validiùs. de reſeru.
benef l.5.
Magnum equidem Diuus Bernardus terrorem illis incutiebat, qui ſe animarum q.3.n.215.
regimini ferendo ſupponere anhelabant; pericula, naufragia, procellas, ſyrtes,
quæ vndique illis moliuntur inſidias, obiectabat, ſed poſt ſuſceptum iam onus vi-
res ſuas inuictè exerere adhortabatur, nauique iam ſuæ gubernationi commiſſæ,
vela explicare, tractare remos, ſe vento hilariter dare; magna quidem ſe cupidi-
tate teneri patriam & dignitatem relinquendi, vt Hieroſolymam peregrinaretur,
vbique per annum ſe Deo voueret, ſignificauit & ſanctus Abbas Ioannes Carno-
tenſis: quid hoc ſplendidius, quid ſanctius, quid magis accommodatum poterat
B vnquam exponi? quis Diuini Spiritus vi ad tam excelſa eum excitari non crederet,
quis laudibus tam pia vota non excepiſſet? ſed Diuino lumine informatus Bernar-
dus ſub ea luce agnouit latere Serpentem, & Dœmonis eſſe inſidias, qui Dei ſpe-
ciem præferebat: abſynthio amariores ſuccos eſſe, qui cæleſtem ambroſiam redo-
lebant, nec lucis eſſe adminiſtrum, ſed adſcititiâ, & mendaci luce Draconem ſtygium
coruſcare, *Falſum mel cum vero felle permiſcens, dum promittit dubia pro certis im-* ep.82.
mittit, etiam vera pro falſis, non vt conferas quod fruſtra ſperas, ſed vt auferas quod
fructuoſe tenes: in promptu ratio eſt, cuius vi conatur Dœmon, vt pios probatosq;
Antiſtites ab Eccleſiæ regimine auertat eo titulo, vt moleſtijs & angoribus omni-
bus abſoluti rerum Diuinarum meditationi Deique amori ſe totos poſtea commit-
tant: ingentem vult vtilitatem eripere, quam tùm exemplo tùm eloquio è Sanctis
Præſulibus in populos videt eriuari; pro comperto enim ei eſt, quod Epiſcopali
ſede depoſita pluribus illos artibus obſidebit, & fraudibus irretiet, quibus à rebus
C Diuinis eos amouebit, curas, moleſtias, tentationum aculeos ingeret, aliaque
huiuſmodi, quæ otium, & ſocordia fœcundiſſimâ ſobole parit. his peractis annon
Canis inſtar Aeſopici erit, quem vmbra ipſo corpore maior eluſit? attentè ſunt
hæc perpendenda, vtpote magni momenti, & totius ferè dixerim fulcimenta
ſalutis.
Nec imbecillior alia ratio eſt, quam huic Diuus Bernardus annectit, regimen
nempe animarum deponere, vt ſibi tantum quis viuat, Caritatem Chriſtianam
euertere, exemplaque Apoſtolicæ Sanctitatis profligare: do eius verba, *Denique ſi* Philipp. 1.
propriam quiſque quietem communi pratulerit vtilitati, quis iam veraciter dicere po- Rom. 14.
terit Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum: Vbi erit quod iterum dicit Apoſtolus, 2.Chor.10.
nemo ſibi morietur? & non quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, & qui viuit non iam 2.Chor.5.
ſibi viuat, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt.
Idem ipſe Diuus Bernardus, qui vt vidimus, litem dirimere noluit, an ſaluta-
rius eſſet Epiſcopalem dignitatem oblatam ſuſcipere, an reijcere, Abbati Sancti
D Theodorici per Epiſtolam reſpondens (vt dignitatem hic deponeret vehementer
agebat) intrepidè conſtanterque ad inceptam viam calcandam eum excitauit, bre-
uiter quidem ipſe, ſed grauiter ſic allocutus, *Tene itaque meo conſilio quod tenes,* ep.86.
mane in quo es, & ſtude prodeſſe quibus praes, quia væ quidem tibi ſi praes, & non
prodes, ſed væ grauius, ſi quia preeſſe, metuis, prodeſſe refugis.
Simili etiam modo Canonicum Regularem ingenuâ piaque libertate commone-
fecit: hic enim pareciæ mole depoſita, ſolitudini ſuæ iterum ſe committens, San-
ctiſſimum virum iteratis epiſtolis exorauit, vt viuendi normam ſibi adſtrueret, qua
mores ſuos ad formam ſanctitatis componeret; ea huic ille reſpondit, quæ ſi bene
perpendantur, huiuſmodi roboris, & momenti ſunt, vt quoſcumque ſuæ quietis
cupidos ſectatores ab his deſiderijs amouere ſufficiant: primò autem eum admonet
facultatem, quam ab Epiſcopo obtinuit, vt pareciæ regimine ſe ſpoliaret, non
fuiſſe facultatem ſed violentiam, non facile impetratam ſed vi extortam è nimia
importunitate, qua Antiſtitem laceſſiuerat: non ergo facultatis nomine appellan-
dum, *Benè licentiam quidem quæſiſti, ſed quomodo non licebat, ac per hoc non acce-* ep. 87.

piſti, ſed extorſiſti, extorta autem ſeu coacta licentia, licentia non eſt ſed violentia. Quod ergo tua importunitate victus Epiſcopus fecit inuitus, non fuit abſoluere, ſed A *abrumpere*: item vt omnes eius excuſationes auertat, ſubdit; *Sed reſponde quod verius eſt, quia ſcilicet placuit tibi magis quies tua, quàm vtilitas aliena*: demum ſtatuit vel ab ipſo parcecialem curam numquam ſuſcipiendam, vel ſuſceptam nunquam deponendam: *Aut ergo oportuit te gregem Dominicum minime ſeruandum ſuſcipere, aut ſuſceptum nequaquam relinquere iuxta illud, Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem*: verùm quoniam ad eum errorem tollẽdum non erat remedio locus, apertè obteſtatus vir Sanctiſſimus eſt, non hæc ad illum ſe ſcribere, vt iterùm ad illam parceciam reuerteretur, quam prorſus recuperare amplius non poterat, nec vt ab illo omnem ſpem ſalutis excluderet, ſed vt ſui erroris vim animaduertens, intimis animi ſenſibus angeretur, & dolorem eius acerbiſſimum hauriret: *Sed tantum nolo te illud tamquam nullum, vel paruum malum negligere, imo ſemper timere, ſemper pœnitere, ſemper ſecurum non eſſe, ſicut ſcriptum eſt, Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus*: ſi ergo tot tantiſque Diuus Bernardus eum redarguit, qui ad ſuum aſceterium reuerſurus ſolam parceciam abdicauit, qua dicendi vi in eum inueheretur, B qui vt quieti ſuoque commodo vacet, Epiſcopalem ſponſam repudiare quid in eos, qui libertatem ſuam ſuumque otium alienæ vtilitati immolatum, vt ſibi tantum ſtudeant, ſuſcipere iterum vellent, tempuſque iuuandis animabus dicatum ſibi redonare?

§. I.

HINC pariter eſt, vt nec eorum excuſationi dandus ſit locus, qui laborum tœdio, quibus Epiſcopalis cura ſubiicitur, commiſſum ſuo regimini gregem deſerere vellent; hac de re Epiſtolam vide, quam ad omnes ſuæ ætatis Antiſtites Liberius Pontifex ſcripſit, & Gratianus inter Canones ſacros inſeruit.

ep. 3. c. ſuggeſt. 46.7. q. 1.

Imbecillis animi eſt, nimiumque cœco ſui amore impotentis, pondus ipſiſmet C Angelicis humeris formidandum perferre, moleſtias tamen & labores è ſublato pondere enaſcentes excutere; haud quidem hæc nobis exempla Epiſcopi Sanctiſſimi præſtitere; qui inter angores, inter pericula, & procellas, animo prorſus inuicto numquam à fluctuantis nauigij clauo gubernando diſceſſerunt: qua fortitudine loquatur hac in re Diuus Baſilius audiendus eſt, poſt quam pronunciaſſet ex Epiſcopalibus moleſtijs, & laboribus, tùm corporis valetudinem, tùm animi quietem ſibi diminutam, *Attamen auctore Deo durabimus, ac donec hos ſpiritus reget artus, hanc Chriſto diligentiam debebimus, vt de his, quæ ad Dei Eccleſiæ ædificationem facere cognoſcimus, nihil relinquamus*; quà ratione Archiepiſcopum Calaritanum ſuæ molem Eccleſiæ deponentem reiecit Summus Pontifex Innocentius Tertius; *Propter laboris anguſtias non debes deſerere ſponſam tuam, cui deſigendo manum apud extraneum de fide media poſtulaſti*: quàm ergo aſperè arguendus ille eſſet, qui labores, quibus premitur coniugium ſacrum, exoſus, ſponſam è domo amandaret, qui vt bellicos ſudores decoro imbre fluentes abſtergeret, è bellica palæſtra, D cui ſe iam vouerat, vltrò ſubduceret? quapropter qui Dynaſtarum patrocinio ſuffultus Eccleſias ſibi traditas deponere meditaretur, viſus Pariſio eſt, non ſine lethali labe hoc efficere poſſe, ex ratione, quam ſuperiùs ex Angelico Magiſtro, & è Nauarro attulimus.

cap. niſi cũ pridẽ verũ § 1. de renunc. & ibi Hoſtien. & DD. com.

Non hic tamen meam pronunciare hac de re ſententiam vacat, tùm quia Supremi Pontificis mandato nunc temporis rationes, quibus Epiſcopi ſuas deponere ſedes contendunt, ab Eminentiſſimis Romanæ Curiæ Senatoribus agitantur in Conuentu, quem Conciſtorialem vocant, tùm etiam, quia frequentiſſimæ ſunt eorum Antiſtitum querimoniæ, qui ad ſacras ſedes deponendas anhelant; cum enim aliqui horum nimia facilitate ad aureum ambitionis calicem propinandum acceſſerint, ex eius liquore, qui dulciſſimus primò videtur, maximam ſibi nauſeam procreari, & ingeri faſtidium poſtea percipiunt, eo prorſus modo, quo nil melle dulcius eſt, ſed ſi nullâ adhita moderatione ſumatur, ſtomacho graue eſt, bilem fouet,

Pariſ. de reſi. l. 5. q. 3. nu. 124. D. Th. p. 2. q. 4. ar. 5. ... Nau. cõm. 4. de reg. ...

ſouer, morbos enutrit; quantæ voluptatis, & dulcedinis eſt dignitas, cum primò A poſſedetur, ſed voluptate poſtea euaneſcente, labores angoreſque ſuper ſunt, quibus prima voluptas extinguitur: hoc planè ſenſu cum Caietano illud Sapientis acroama intelligere poſſumus: *Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum, ſic qui ſcruator eſt maieſtatis:* dignitates, & maieſtatem affectans *opprimetur à gloria.* Prou. 25. 27.

Quapropter cum Sanctus Paulinus Nolanus Antſties animaduerteret, quendam Licentium nomine magna ſiti æſtuantem ad hunc Calicem propinandum accedere, & cum pariter prænoſceret laborum tœdio quàm citiſſime affectum ad eam dignitatem deponendam acceſſurum, ad Romanianum ſcribens eum ſapienter admonuit his verbis, *Blandum nomen honor et mala ſeruitus, exitus ager iquem nunc velle iuuat, mox voluiſſe piget:* ep. ad Romanianum. cum Paulino Auguſtinus etiam conſonat, vt eundem Licentium ab huiuſmodi ambirione abduceret, ſacras dignitates inexplicabilibus laqueis irretitas ei proponens; *Aſperitatem habent veram, iucunditatem falſam, cer-* B *tum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem timidam quietem, rem plenam miſeria, ſpem beatitudinis inanem.* ep. 39. ſic tantus Magiſter.

§. II.

TErtia iam nobis ſupereſt profliganda ratio, quà viri etiam ſanctiores armantur, vt ſacras ſedes dimittant: hæc autem tota in eo innititur, quòd pericula quis animaduertit, quibus propria ſalus obijcitur ex innumeris, & grauiſſimis legibus, quibus Præſules ad animarum ſalutem comparandam obſtringuntur: difficillimum enim eſt, vt penitus obſeruentur, & arctiſſima cæteroquin ratio eſt, quam de animarum regimine Deus exiget: opportunè quidem & vtiliter terroribus hiſce ante ſuſceptam dignitatem hi ſubiacuiſſent, ſed eà iam ſuſceptà inutiles omnino ſunt, & importuni: prudentis nauarchi eſt, vt ante aggreſſum iter tranandа maria C meditetur, capita ſuperanda, ſcopulos naui inſidiantes, ventos, procellas, eaq; omnia diſcrimina animo complecti, quibus inchoata nauigatio oppugnatur, an validum omnibuſque inſtructum nauigium ferat, an ſibi ſatis experientiæ, & artis ſit, quibus oppoſita pericula poſſit eludere; verùm vbi ſoluit è portu, datiſque vento velis erupit in mare, meditari hæc inutile eſt, metui locum dare, animo cedere, & à clauo moderando recedere, vel naufragio proximum vel ipſum naufragium eſt.

Inſanientis ea vox fuit *Villam emi & eo videre illam:* quis iſto ſaue dementior? Luc. 14. villam primò emere, & emptione adeò arctè ſtatuta, vt diſſolui nequeat, illam poſtea inuiſere; ſapientis erat, vt prius eam inuiſeret, alioſque ſecum adducens eius ſitum, vim, conditionem inſpiceret, eorumque conſilio ad eius emptionem vteretur: quàm ſapientiùs alter ille, qui primò *conſiderauit agrum*, & poſtea *emit* Prou. 31. *illum*: qui ergo mihi hæc ſcribenti ſimilis fuit in nulla conſideratione adhibenda D ad moleſtias, & pericula, quibus ſacras dignitas premitur, ne maiori quæſo errore implicetur: vela iam fecimus, tenendus fortiter nobis clauus eſt; iam Rubiconem ſuperauimus, præſtemus animo, progrediamur inuicti, Deumque nos alloquentem eo modo cogitemus, quo Moyſen allocutus olim fuit, *Confortare, &* Deut. 31. *eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum in terram promiſſam.*

Qui vt ſe periculis ingentibus obiectaret temerarius extitit, ſit pariter fidus, vt ſuo labore alienæ ſaluti proficiat; qui cùm timendum maxime erat, audaciâ metum vicit, eundem vincat metum ſua animi fortitudine: nil quidem noſtrarum virium imbecillitati fidere valemus, at Deo fidamus, eiuſque amori nos integrè committentes, eius fortitudine noſtram imbecillitatem fulciamus, *Iacta cogitatum in Domino, & ipſe te enutriet:* quàm benè ex Hebrea origine legitur, *Proyce onus tuum in Domino:* ideſt pio ardenti fiduciæ ſpiritu in Dei ſinum tuas curas moleſtias, labores proijce: tuam enim virium infirmitatem miſeratus Deus, tuamque diligentiam blanda fronte ſuſcipiens, te per impendentia pericula manu ſua deducet, & per hoſtiles inſidias incolumem faciet; qui Deo laborans animo cadit,

iniurius Deo eſt ; ſi Dei inſtinctu timemus, magis accurati, ſolliciti, vigiles erimus, non timidi, non incoſtantes ; ſi verò, vt in nobis pietas extinguatur, & inter A
ſcrupulorum vepres cruciati ab incepto feliciter opere diſcedamus, ſtygio ſpiritu ſuggerente timemus, metus iſtos expellere vt Erebi veneficia, & Dæmonum incantamenta debemus; quapropter eum, qui hoc metu correptus ſe animarum onere abſoluerat, ſapienter Diuus Bernardus admonuit, *Oportebat etiam patienter portari onus impoſitum, animo non frangi, puſillanimitate non vinci, & ſemel ſuſceptum deponere non licebat*: hæ pariter timorum nubes facile euaneſcent, ſi cogitauerimus, quòd licet humanæ infirmitatis vitio in multis deficiamus, dùm tamen diuinæ gloriæ amplificandæ, gentiumque ſaluti promouendæ ſtudemus, in partem eorum bonorum vocamur, quibus vel ad leges noſtras vel ad exempla noſtra ſubiecti nobis populi diteſcent: quotnam ſunt ea, quæ Deo gratiſſima patrantur noſtri Sacerdotij miniſterio? præterquamquód inter ſolemnia ſacrificia pro nobis aſſiduè Deus exoratur, & frequentiſſimæ ſunt in ſacris gynecæis piæ fœminæ, quæ ſuarum precum auxilio noſtram infirmitatem obarmant: ſperandum igitur nobis eſt, B
maius fore præ iactura lucrum, maioriſque meriti eſſe opus proſequi, vt Deo magis placeamus, quàm ab eo deficere, vt noſtræ ſaluti ſecuriùs conſulamus: nos ipſi
S.Proſp.l.2 de vit. conten.c. 6. in alieno profectu proficimus, in eorum lucro lucramur, & nos coronamus, dum alijs laboramus, *Qui pro multis occupatur, vt alij proficiant ac Deo vacent, profectus illorum eius fructus eſt, & qui ſollicitudines omnium portat, in ipſis proficientibus proficit, & gloria illorum gloria eius eſt*: Proſperum audiſti.

Quàpropter, qui ſe ab Epiſcopali mole ſubducit, Sacerdotij facultatem, & decus ſeruans ad nullum eorum operum obſtringitur, ad quæ, vt noſtros animos perficiamus, nos Deus adhortatur; vt populos erudiat eorumque ſaluti adlaboret non ipſe tenetur; tenetur tamen, vt docet Suarez, ſanctiorem vitam degere, & præ cœteris pietatem redolere: tot tamen etiam meritis & ſacris opibus ſpoliatur, vt ſi quæ lucratur, & quæ deperdit ſimul comparentur, proficuum ei nequaquam ſit, vt ab Eccleſia ſua diſcedat: meritiſſimè igitur ad Alcinum Genuenſem Epiſcopum ſcribens Sanctus Nicolaus Pontifex ait; *Epiſcopos vero, qui Dominici gregis ſuſce-* C
cap.Pontifices 4. 7. qu. 1. *perunt curam, atque ſollicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet vt accepti talenti pulchritudo deleatur; ſed certamine eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur fructus*.

Candidè fatear; tot onera comprehendens, quibus Epiſcopalis cura laborat, tot implexas difficultates, quæ vndique diuinam gloriam meditanti occurrunt, & eam aſperam rationem, quæ Deo de commiſſis noſtro labori animabus reddenda eſt, metu ingenti perculſus, Romam accedens vt ſacra limina inuiſerem, enixè ſupremum Romanum Hierarcham exoraui, vt Epiſcopalem hanc ſedem licet tot titulis redimitam, eius liberæ poteſtati redditam Pontificia authoritate reſumere dignaretur: renuit omnino ad hæc Sanctiſſimus Pontifex, nec vlla res fuit, quæ meum fluctuantem animum tranquillaret, quàm Epiſtola, quà Diua Virgo Catharina Senenſis cæleſti lumine imbuta Epiſcopum Nicolaum Auximatem, & Pontificis à ſecretis ſimili metu, & cogitatione laborantem magis magiſq; confirmauit, & D
vt ſibi ipſi ſic reſponderet, admonuit: *laborandum mihi omnino eſt, cum otio mentiſque tranquillitate ſim prorſus indignus: in eo ſiſtam gradu ad quem vocatus aſcendi, totuſque aliorum ſaluti, diuinoque honori alacer deſudabo*: ſed illud pariter addit, apertè nos à Dœmone decipi, dum laborum faſtidioſi quietem exoptamus, metuentes ne maiori mole nos crimina, quàm merita onerent; dùm enim ſoli Deo noſtra cogitatio adhæret, illique voluntas noſtra magiſterio Charitatis adiungitur, licet cœleſtibus voluptatibus animus non perfundatur, & extra certâs horas imperatum diuinarum precum penſum abſoluamus, nihil tamen deperdimus, cum tantæ dignitatis, & meriti quicunque labor ſit, qui pro animarum vtilitate, Deique honore impenditur, vt noſtræ mentis capacitatem excellat: vt autem hoc ipſum pariter probet, rem viſam à pia fœmina refert (ipſammet hanc fuiſſe fœminam mihi pro comperto eſt) dum enim Diuinæ Charitati conſiderandæ integramente vacaret, tantoque amori parem amorem rependere anhelaret, cæleſtis ſponſus oſtendit, quod nullo valens bono ſuam diuinitatem augere, ad hominum vti-

litatem

litatem labores ſuos diuini amoris ſtimulo deriuaret: qui enim ad populorum eru-
A ditionem, & ſalutem ſudores effluunt, grati adeo Deo ſunt, vt non tantùm in
eorum remunerationem promptus effundatur, qui recta cogitatione illis iuuandis
vacant, ſed illis etiam qui vel humanis rationibus, vel cœco ſui amore ad eoſdem
inſtruendos incumbunt: demum è Dei alloquentis voce hæc etiam excepit; *Qua*
propter illud ſcias, nullum fore, qui remiſſo licet animo hac in re mihi reuerenter in-
ſerniat, qui ſine pręmio abeat, ęternamque mortem euitet: exaduerſo autem certa illos
ſupplicia manent qui grauiter & eadem in re delinquent.

Si ergo mihi morienti periculum imminet aliquod, eò quod ſacram hanc digni-
tatem non exuerim, ad ſacram hanc Virginem fiducia plenus accedam, vt, ne de
illa æternùm conquerar, mihi periclitanti patrocinetur.

Quia tamen ſacrum hoc connubium non adeo implexum eſt, vt nodo Gordio
ſimile diſſolui aliqua ſaltem ratione non valeat, hinc optime factum reor, ſi de illis
in proſequentibus capitibus inſtituatur oratio.

B

Tres primæ rationes explicantur, quibus Epiſcopalem dignitatem exuere interdum liceat. Cap. XXXXI.

VT inconcuſſa lege Pontifex Innocentius Tertius rationes ſtatueret, quibus Cap. niſi cũ
tum Pontifici liceret Epiſcopales ſedes abdicandi facultatem dare, tum E- pridem de
piſcopis eandem poſtulandi, ea vſus opportunitate, qua ad Epiſcopum Calarita- renunciat.
num per Epiſtolam reſpondit, ad ſex capita ſapientiſſime illas refert, quas acutè 2.2. q. 185.
perpendens Doctor Angelicus maxime probat, cum in vnaquaq; ipſarum ad gen- art. 4. in
tium ſibi commiſſarum vtilitatem ſubmouendam Epiſcopus ineptus videatur; vna corp.
C enim hæc ipſi videtur dari ratio poſſe, cuius vi ſacram à ſe ſponſam poſſit, imo de- Hoſtien. in
beat quicumque reijcere: ſic ab Oſtienſi Cardinali Canon ille explicatur. d. c. niſi n. 3.

Prima igitur ratio eſt *propter conſcientiam criminis*, ideſt vt ille explicat, ſi Epiſ-
copus in aliquod ex illis criminibus lapſus fuerit, quæ etiam poſt perſolutas pœnas
à Iudice irrogatas, omnino prohibent, ne munia Epiſcopalia poſſit explere, & ſa-
cris prouentibus vti, huiuſmodi, vt exemplum afferam, eſt ſacræ rei mercimo-
nium, quod vocatur Simonia: hoc enim flagitium tam deteſtabile omnibus eſt, vt
nullum fere aliud tam enormem & fœdam in Chriſtiana Religione notam poſſit
inurere, & ſacras dignitates impurare, quibus omnino indigni cenſentur, qui eo
ſe crimine per ſummam audaciam impiarunt, nec enim paſtorum inſtar per ianuam,
ſed lupis ſimilis per feneſtram furtiuá ſibi viá ad dignitates ſacras aditum aperue-
runt: quapropter reperiris tùm legibus tùm diris vitium hoc adeo monſtruoſum,
tùm Summi Pontifices, tùm ſacra Concilia fuere inſectati, illudque quodam velu-
D ti oſtraciſmo ab humano commercio expellere & eliminare contendunt: aſperri-
mas igitur pœnas ſtatuentes illam in primis adſcribunt, vt ſcilicet omni penitus
veniæ viá obſtructá, nulla ratione ſacerdotio habito perfruatur, ſed illo exutus à
ſacra dignitate recedat.

Quapropter Nicolaus Secundus plurimos Canones in enciclica Epiſtola refe-
rens, quos Synodus coram ſe acta ſanciuit, ait: *Erga Simoniacos nullam miſericor-* c. erga Si-
diam in dignitate ſeruanda habendam eſſe decernimus, ſed iuxta Canonum ſanctio- moniac. 10
nes, & decreta Sanctorum Patrum eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe Apo- 1. q. p.
ſtolica auctoritate ſancimus: quem poſtea Canonem Alexander etiam Secundus de-
uolutis poſtea temporibus valide roborauit; adeo autem immane flagitium hoc c. tanta 7.
eſt, vt contra communes leges, vel à ſeruis, vel à reis ipſiſque à meretricibus denun- de Simon.
ciari poſſint, vt Deodatus Pontifex in ſua decretali ſanctiſſime ſtatuit; nec enim
terras tantum inceſtare audet, ſed in ipſummet cælum venena torquens, Auguſtæ
Triadis ſinum vitiare per ſummam impudentiam conatur, & diuinum Spiritum ve-
nalem habere; quà in re prætetire mihi nefas eſſet, quod imperante Victore Se-

cundo

Baron. ann. 1055. cundo accidit: hic enim vt malis occurreret, quæ flagitij huius improbitate, per Italiam, Gallias, & Burgundiam, id temporis graſſabantur, ſuum Legatum expediuit in Gallias Hildebrandum Cardinalem, quem poſtea ſub Gregorij Decimi nomine veneratus Pontificem fuit orbis Chriſtianus: Synodum hic in prouincia Lugdunenſi coegit, vbi quidam è Hyerarchis de ſacris infulis fœdo mercimonio coemptis expoſtulatus, poſt corruptos ingenti auri vi teſtes, ad Synodum mane reuerſus, audaciſſime effrons ait, vbinam mei ſunt accuſatores? prodeant nefarij Sycophantæ. A

Ad omnium ſilentium voces omnium audiuit prudentiſſimus Legatus: vt aduertit veritatem defectu teſtium prodi, fraudiſque lenocinio pompam ſui velut in triumpho facere vitium, vt tam audacem vidit Epiſcopum, reum probauit: quapropter ad eum intrepidè conuerſus, anne, ipſe dixit, in Spiritum Sanctum tu credis? quid ni credam, iſte reſpondit: tunc Hildebrandus Spiritui Sancto hoc committens arbitrium, *In nomine Patris & Filij, Spiritui Sancti, cuius donum gratia te comparaſſe audiuimus, vt huius rei nobis veritatem ediſſerat adiuramus, quod ſi amplius, vt capiſti, negare tentaueris, Spiritum Sanctum, donec quæ vera ſunt confitearis, nominare non valeas.* rem ſane admirandam! eloquentiſſimus erat Antiſtes ille, B multaque eruditione illuſtris, cum tamen, mandante Legato, verſiculum *Gloria Patri, &c.* recitaturus eſſet, quò expeditior erat ad Patrem & Filium inuocandum, eò magis impeditior erat, licet enixas ad hoc vires exereret, ad pronunciandum Spiritum Sanctum; quapropter Diuinâ ſententiâ ſe percuſſum agnoſcens, ad Legati pedes ſupplex aduolutus, flagitium ſuum candidè aperiens ſacra fuit dignitate ſpoliatus: poſt quæ Spiritus Sancti nomen nulla cum hæſitatione pronunciauit: tanto ad hæc terrore perculſi omnes fuere, vt ſimul cum viginti ſeptem aliarum Eccleſiarum Præſulibus quadraginta Epiſcopi publicâ confeſſione ſe tanti criminis reos fecerint, & ſponte dignitates ſuſceptas exuerint; his breuiori ſtylo à Diuo

ep. 9 lib. 2. Petro Damiano memoratis, addit Sanctus Doctor, *Merito ſiquidem Spiritum Sanctum dum emit, amiſit, vt qui excluſus erat ab anima, procul etiam conſequenter eſſet*

ep. 44. *à lingua.* De hac ſane ratione egit Petrus Bleſenſis ad Arnulphum Epiſcopum C Lexouienſem ſcribens: cum enim adhortatur, vt ſaluti ſuæ conſulens, eam dignitatem à ſe reijciat, ad quàm furtiuo tantùm gradu conſcendit, *Currite ergo ad conſcientiæ veſtra teſtimonium, & ſi inueneritis vos minus canonicum habuiſſe ingreſſum, ſitis ſolliciti de egreſſu, &c. Nam hic reſignatio habet locum, &c.* quæ vt validius ro-

l. 7. ep. 40. boret, Sancti Gregorij Magni ſuffragium affert.

Ex aduerſo cum in Synodo à Leone Nono Rhemis coactâ, Epiſcopus Niuer-

Baron. ann. 1049. nenſis candidè aperuiſſet, non modicam auri copiam à ſuis conſanguineis erogatam, vt Epiſcopali Sacerdotio potiretur, licet nulla de hoc ad ipſum notio perueniſſet, deponere dignitatem maluit, ſic annuente, cum Synodo tota Pontifice, quàm cum ſalutis æternæ diſcrimine illam induere: miſeratus eius Pontifex & Synodus, cum prius ille iureiurando confirmaſſet, nullam ſe de impertitâ pecuniâ cognitionem habuiſſe, mutatis infulis ad alterius Eccleſiæ regimen eum aduocauit: eadem pariter ætate fuit de eodem crimine abſolutus Conſtantienſis Antiſtes, D qui faſſus eſt, eam dignitatem, ſe prorſus ignaro, à ſuo ſibi fratre fuiſſe coemptam; quod vbi ipſe cognouit, fugæ ſe dare tentauit, ſed eius vi ſiſtere coactus fuit, & ſacris ordinibus initiari.

Eadem quoque ratio à Doctoribus in homicidio voluntario explicatur: ſi namque potiſſimum Epiſcopi decus manſuetudo eſt, ſi ex Apoſtoli lege à ſacra dignitate repellitur, qui aliquem percuſſerit iuxta illud *Non percuſſorem*, pro comper-

1. Tim 3. to erit, ab humano ſanguine manus eius fore penitus impolluras: An mitiſſimi Agni ſectator & adminiſter idoneus ſit, qui ſe tàm temere furori, ferociæque commiſit, vt vel ſuâ, vel alienâ vi vel ad ignominiam cedat, vel ad interitum eos, quos ad Diuini formam amoris diligere tenetur, licet inimico furore ipſum inuaderent? quod crimen eſt, mortalem eis vitam eripere, quibus comparare debet immorta-

D. Hieron. ibi. lem? audi Hyeronimum: *Percuſſorem Epiſcopum ille condemnat qui dorſum poſuit ad flagella, & maledictus non maledixit:* ab hoc igitur illibato, Sanctoque munere meritiſſimè à Sanctis magiſtris, Concilijs, legibus impoſitis arcentur homicidæ, quâ

pro-

A propter Ioannes Octauus ad Vticenſem Epiſcopum ſcribens, vt facilè apud Gratianum inter Canones reperies, ait inſipientis inſanique viri eſſe, perſuaſum id animo habere. vt ſaltèm poſt exactas à Iudice pœnas, poſſint huiuſmodi viri tam venerando Sacerdotio decorari; poſt quæ addit, *Debet ergo Sacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus ſaltem remedijs curatus, ſalutis poſſit inuenire ſuffragium*; Cœleſtinus autem Tertius eos etiam omnino repellendos à tanti Sanctitate ordinis docet, qui non tantum ſuà opera, ſed vel aliena, vel conſilio ſuo alios excitant ad vitam alijs rapiendam. cap min 4. 50. dixt. cap. de fin. Cleric. pugn. in duel.

Deus immortalis! Aethnicus ipſe Philoſophus Seneca fœdiſſimum æſtimauit flagitium vitam homini auferre, quæ diuinum quiddam eſt in Dei quam refert imagine; *Homo ſacras res, homo iam per luſum, & iocum occiditur.* ep. 95.

Ad hoc primum caput referendum etiam eſt Pontificias litteras adulterare & quodcumque aliud facinus capitale patrare; hæc enim omnia, quàm hoſtiliter innocentiæ illi repugnant, quà ſacris initiati viri debent prælucere, quis non agnoſcat? ſic certe olim Concilium Agathenſe decreuit his verbis: *Si Epiſcopus Presbyter aut Diaconus capitale crimen commiſerit, aut chàrtam falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit, ab officij honore depoſitus in Monaſterium retrudatur, & ibi quandiù vixerit, laicam tantummodò communionem accipiat*: hùc etiam ſpectant, hæreſis, ſchiſma, & omnia illa ſcelera quæ tam turpem infamiæ notam inurunt, vt nec doloris vndâ, nec pœnitentiæ ſpongiâ deleri vnquam poſſint, in quorum ſingulis ſi voluerim immorari, nimiùm quantùm mea exundaret oratio: omnia hæc tamen in ſuà Epiſtolà decretali Innocentius Pontifex ſignificat: *Propter conſcientiam criminis cedendi poteſt licentia poſtulari, & forſitan non cuiuslibet, ſed dumtaxat illius, propter quod ipſius officij executio poſt peractam pœnitentiam impeditur.* B cap. ſi Epiſ. 7. dixt 50. c in mem. dixt 19. c. niſi pro- pter conſc. de renuc.

Verum quidem eſt, quod ſi aliquis peracutis ſcrupulis cruciatus, leuiori aliquà noxà adeo ſuam conſcientiam premi aduerteret, vt indignum ſe tam excelſo munere æſtimans, lethali ſe reum crimine faceret, ſi in illo coſiſteret, & tam altè eius animi fibras hæc religio inuaſiſſet, vt nec ad ſacri Moderatoris conſilia, nec ad ipſas Summi Pontificis adhortationes acquieſceret, nec animi fluctuantis æſtus tranquillaret; hæc animi infirmitas, & imbecillitas mentis ſatis vtique eſſet, vt facultatem recipere poſſet, quà ſe eo ſacerdotio Epiſcopali abdicaret, quod implexis adeò angoribus eius animum torquet; ſic ſtatuit Ioannes Andreas vnà cum Abbate Panormitano, qui hoc maxime colligunt ex alia Epiſcopali, quam Decretalem vocant, eiuſdem Pontificis Innocentij Tertij ad Priorem Cantuarienſem; nec his fortè abſimiles illi fuere, qui, referente Diuo Auguſtino, ex aliqua labe, qua leuiter inquinabantur, piæ humilitatis ſtudio, diuiuæque gloriæ ardore, non tantùm abſque vllo vitio, ſed magna cum laude ſacras infulas exuere, *Denique nonnulli ſancta humilitate præditi viri propter quædam in ſe offendicula, quibus piè religioſèque mouebantur, Epiſcopatus officium non ſolum ſine culpa, verum etiam cum laude poſuerunt.* C Io. Andr. & Abbas in d. c. niſi, c per tuas 35. de ſimon. cõtrà Creſc. l. 2. c. 11.

Adnumerare his licet Beatum Petrum Damianum, qui cum Diuino Amori enixè vacaret, totuſque Deum deperiret, diuinis illis voluptatibus, & cæleſtibus gaudijs deſtitutus, quibus inter religioſa clauſtra redundabat, ſe iam, vt ita loquar, in primo inferorum limine verſari arbitrabatur, vt ex eius Epiſtolâ facilè colliges; quapropter ab incepto nuſquam deſtitit, quoad importunis obſecrationibus ab Alexandro Secundo facultatem extorſerit, Oſtienſem, & Eugubinam hanc ſedem (cui nunc temporis indigne præficimur) abdicandi, quam cum adminiſtrandam ei Nicolaus Secundus tradidiſſet, numquam obtinere valuit, vt deponeret: ad eremum, quæ Auellana dicitur, locum in hac mea Diœceſi ad pietatem maximè accommodatum ſe contulit, & quoniam huius repudij causâ in centum annos irrogata fuit ei à Pontifice pena, paratiſſimus ad eam perſoluendam vnico anno eam expleuit, centies in dies ſingulos per annum integrum verberibus corpus caſtigans: & ad alia etiam ſupplicia perferenda ſe alacrem & promptum exhibuit, *Quod ſi parum videtur, vos etiam ſuperaddite vltro etiam, & carcerali ſi placet cuſtodià mancipate.* quis hic non agnoſcat, ardentiſſimo quodam eum virtutis impetu ad ſolitudinem non tantum ductum, ſed etiam raptum? Spiritus ſane cæleſtis, *qui vbi vult ſpirat,* D Baron. ann. 1061. lib. p. ep. 20 l. p. ep. 9. Ioan. 3.

ſpirat, ad hæc eum trahebat, tùm eorum ambitionem proſterneret, qui tunc temporis neſarij mercimonij in Epiſcopalia Sacerdotia audaciſſimi irrumpebant, tum A etiam, vt inter eius ſolitudinis anguſtias Seminarium quoddam Sanctorum Eugubinorum Antiſtitum conſtitueret; primus horum à Diuo Rodulpho, qui Diuo Petro Damiano præceſſit, Sanctus Ioannes Laudenſis, eximiè ab eodem Diuo Damiano dilectus, eiuſque tum in Abbatiæ tum in huius Eugubinæ Eccleſiæ regimine ſucceſſor, cuius corpus poſt quinquaginta ſupra quingentos annos ſolemni cum pompa, & plurium Præſulum comitatu, inter populorum affluentium preces, & plauſus, ingenti cum gaudio, vt ſuperius ſignificaui, digniorem in ſedem tranſtuli: hæc igitur aliaque exempla ab eodem Damiano congeſta, communibus legibus prætergreſſis, ad aliorum mores componendos normam præſtare non poſſunt.

Sur. in vit. 25. Septēb. c. 15. & 16.

Sed illud digniſſimum eſt, quod admiremur non tamen imitemur, quod de Sancto Maurilio Andegauenſi Præſule habetur. hic enim dum Sacro-ſanctam Hoſtiam Deo litaret, à quadam Illuſtri fœmina exoratus, vt morientem filium Sacro B Chriſmate perungens in Dœmonas luctaturum roboraret, ſatius ducens inceptum proſequi ſacrificium, à ſacro Chriſmate obſignando pro eà temporis exigui mora deſecit; ſed pueri morte præuentus, ſua vota explere non potuit; tam ingenti cordis angore hac de re vir Sanctiſſimus perculſus fuit, vt largiſſimis flectibus non acquieſcens, & quaſcumque aſperrimas pœnas, quibus ſe cruciaſſet leues exiſtimans, clam fugæ ſe dederit, veſtibuſque immutatis longoque maris interuallo traiecto, vt labore perenni ſuum corpus affligeret in aſceterio quodam ad horti olera excolenda verſatus ſeptennio fuerit, precibus, ſupplicijs, lacrymis, ieiunijs vires ſuas abſumens: hæc inter per Europam fere totam ab Eccleſiæ Andegauenſis Legatis ſolertiſſime exquiſitus, à cæleſti genio, qui videndum ei ſe dedit, mandatum habuit, vt ſuo populo ſe redderet, ſedemque viduam iterum ſibi regendam ſuſciperet; hanc autem Dei moderatoris virtute gubernatam eo ſeptennio fuiſſe ſignificatum ei eſt, eiuſdemque Dei beneficio agendum, vt tàm effuſis fletibus expetitus puer ad ſua verba reuiuiſceret: innocenter ſane iſte peccauit, & error, quem C patrauit vacans errore, tam ingentes pœnas non exigebat: ſed Deus, cuius inſtinctu Præſul ille Sanctiſſimus trahebatur, hoc exemplo aperire cunctis voluit, quanti habendum ſit ſacri Chriſmatis Sacramentum, quod aliqui non eà, quà par eſt, veneratione proſequuntur.

§. I.

d. c. niſi 5. alia de renunc.

SEcunda ratio, quâ Innocentius licitum ſtatuit Epiſcopale munus abdicare, corporis infirmitas eſt, ætaſque extrema, cuius vi ab Epiſcopalis regiminis laboribus, & curis exercendis Antiſtites remouere ſe facile poſſunt: *Alia vero cauſa eſt debilitas corporis, qua vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit, nec tamen omnis, ſed illa ſolummodo, per quam impotens redditur ad exequendum officium paſtorale*, ſapientiſſimè Magnus hæc Pontifex inter ſe diſtinguit: his enim exceptis, D vt poſtea addit, vires vel imbecilles vel elanguidas habere, Epiſcopi munia exercenda omninò non prohibet, *Cum infirmor, tunc fortior ſum: quia nonnumquam corporis infirmitas fortitudinem cordis augumentat*: ſic hæc Innocentius explicat: tunc enim plerumque conualeſcit magis animus, cum corporis vires elangueſcunt: eò floridior adoleſcit ſpiritus, quò infirmior hebetatur caro: ſpeculi inſtar, quàm fluxa ſint & caduca vitæ huius bona, mala valetudo demonſtrat, & ad immortales delicias anhelandas felici nos neceſſitate compellit; è terrenis hiſce noſtras mentes auellit, cæloque inuehit, ſemperque Præſulem excitat, vt ſuum ritè munus exercens rationes componat, quibus ad Diuinum Tribunal de ſibi commiſſis populis cauſam agat: meritò igitur ad Vincentium Syracuſanum Antiſtitem ſcribens Diuus Gregorius, ingentes ait eſſe animi diuitias, quas è praua corporis habitudine in ſe deriuari aſſerebat: egregia etiam Saluiani Præſulis hæc ſententia fuit,

2. Chor. 3.

l. 1. de Prouid.

Infirmitas enim carnis vigorem mentis exacuit, vt affectis artubus vires corporis in

vir-

A *virtutes transferuntur animorum, non turpibus flammis medulla aſtuent, non malè ſanam mentem latentia incentiua ſuccendant, non varij ſenſus per varia oblectamenta laſciuiant, ſed ſola exultet anima, læta corpore affecto, quaſi aduerſario ſubiugato.*

Illuſtriſſimè hæc approbat ſanctus Aquilinus Ebrolcenſis Antiſtes: hic enim oculorum luce captus, quò obſcurior medià die caligabat, eò ſplendidius illi mentis lumen radiabat: Argum dixeris ex oculatiſſima vigilantia, quà tùm in erudiendis populis tùm in legibus inſtituendis ſe paratiſſimum exhibebat: illius igitur ſolum infirmitatis vi, quæ ſimul cum corpore mentem opprimit, adeò vt aptus Antiſtes eſſe non poſſit ad ſuaspartes in regimine populorum explendas, licet Antiſtiti ſuam dignitatem iuſtà ratione deponere. Ariminenſi Epiſcopo, permittente Diuo Gregorio, ex iſta cauſa hoc licuit, vt ex einſdem Pontificis duabus litteris patet; ſi tamen Antiſtes ipſe ſpontè hanc facultatem non efflagitet, non poteſt ritè ſuâ Eccleſiâ ſpoliari: quapropter cum Anatolius eidem ſancto Gregorio ſigni- Sur. in eius vit. 29. Octob.

B ficaſſet, exorari à Cæſare Pontificem, vt Epiſcopo Salenſi continuo dolore capitis fatigato ſucceſſorem conſtitueret, reſpondit Sanctus Pontifex, nullo pacto faciendum hoc eſſe iuxta Canonumleges, *Et omnino iniuſtum eſt, vt ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus*: vnum tantum concedi Cæſari poſſe, ſcilicet vel coadiutorem, vel alium Prouincialem Epiſcopum ei deſignare, niſi tamen ſpontè ſibi ſucceſſorem flagitaſſet; quo eodem etiam modo præcepit, vt cum alio Epiſcopo ageretur, qui præ capitis doloris vehementia frequenter mente deficiebat, *Quia viuente Epiſcopo, quem ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco eius, recuſante eo, nulla ſinit ratio ordinari*, ſic ſuam ſententiam ipſe confirmat: ſi tamen identidem ſui compos fieret, priſtinæque menti redderetur, eoque tempore ſe ſua dignitate ſpoliare poſtularet, eius votis faciendum ſatis eſſet, dummodo è ſacris cenſibus ea portio illi adſcriberetur, quæ ad eius vitam decorè, & honeſtè ſuſtentandam, congrua maxime videretur. l. 9. ep. 41. c. 1. q. 1. l. 2 ep. 7. & 8.

C Idem forte dicendum planè eſſet de eo, qui morbo comitiali corriperetur; ea enim morbi huius nequitia eſt, vt omninò à ſacris faciendis excludat; ſic Gelaſius Pontifex de Epiſcopo Foroliuienſi ſtatuit, cuius poſtea legem Innocentius Tertius memorauit, cum petitionem cuiuſdam recenſeret, qui eadem morbi calamitate non rarò laborabat. c. nuper 7. qu. 2. Innoc. ep. 96 l. 5. in bibl. Vat.

Mihi tamen ea ſententia eſt, vt licet piiſſimæ Matris Eccleſiæ amor nullâ lege ad ſacras dignitates abdicandas obſtringat, qui decumana, & nullis ſuperanda remedijs infirmitate laborantes, ad ſacra miniſteria exercenda inepti prorſus exiſtunt, ipſi tamen vt ſuæ conſcientiæ, ſaluti que proſpiciant, abdicaturi eas ſponte ſunt, dummodo congrua illis ad vitam alendam ſuperſit ratio facultatum; immania enim ſunt incommoda, quibus premuntur populi, cum ad eos inſtruendos, & gubernandos ſit Antiſtes inutilis: hæc tamen ratio deficeret, ſi ſuas partes pari pietate, & fide Vicarius aliquis vel coadiutor expleret; Diui Hyeronimi verbis hæc mea ſententia fulcitur: hic enim reſponſum perpendens, quo cæleſtis Magiſter

D eum redarguit, qui pecuniam ei impertitam otioſam ſeruauit, *Serue nequam, &c. quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem illam*: ſic eam exponit *Ideſt, quare non depoſuiſti ad altare quod ferre non poteras, dum enim tu ignauus negociator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupaſti?* Luc. 19. 23. D Hier. ep. p ad Heliodor.

Me miſerum! quàm enim ſonorè ſedes hæc ad mei cordis aures exclamat! licet enim florida virium valetudine fruar, quot tamen & quanta illa ſunt, quæ meæ dignitati congrua per ſummam deſidiam mihi negliguntur? remiſſo animo otioque langueſcens religioſa officia obeo, ad mei populi vtilitatem ſubmouendam hebeſco, nec tantùm mores meos populis imitandos expono in normam Sanctitatis, at meorum criminum vmbris, & errorum caligine eos inuoluo; dicam verbo, ſeruus inutilis ſum, eamque ſedem, quæ piiſſimo Præſuli locum daret, deſes ego ineptuſque poſſideo: quàpropter lectorem ſupplex obteſtor, vt imbecillitati meæ precibus ſuis opitulari dignetur.

Verum de ijs, quæ ad ſenectutem ſpectant, clariſſimè ſermonem habuit Ponti-

fex Innocentius: eam nempe ſolùm ab Epiſcopali dignitate repellit, quæ omnino Præſulem inutilem reddit: hoc enim ſi exceperis, opportuniſſima ætas illa eſt populis moderandis; *Cum interdum non plus hortetur ſenilis debilitas aliquem cedere, quàm moralis maturitas (quæ in ſenibus eſſe ſolet) ipſum in ſuo ſuadet officio permanere*: eò vegetiores in ſenibus adoleſcunt animi vires, quò corporis infirmiores hebeſcunt: eius opera canities non deſtruit, imo perficit & coronat, cum conſilio magis quàm manu tractanda ſint; prudentia, ratio, experientia, quæ potiſſima ſunt ad optimum regimen ſtatuendum, ſenilem ætatem comitantur: ad annorum magiſterium didicere ſenes vel prouidendi vel diſſimulandi artes, & vt de hoc erudiremur, naſcentis Religionis principatum non adoleſcenti Ioanni, quem Chriſtus diligebat, at ſeni Petro ſapientia Chriſti commiſit: ipſemet Plato ad politicum Regimen inſtituendum aptiores ſenes præ iuuenibus æſtimauit; *Conſtat ſeniores imperare oportere, iuniores autem ſubeſſe*: quam poſtea legem Reipublicæ fere omnes vt ſaluberrimam vſurparunt; naturæ ipſius inſtinctu hoc idem edoceri pronunciauit Ariſtoteles, vt in quodam è meis paradoxis in ſecunda parte vberiùs oſtendi, ibi enim ſenilem ætatem ad magiſtratus gerendos iuuenili aptiorem eſſe non paucis probaui.

C. niſi cum pridem. — l. 3. de leg. — Ariſt. polit. l. 7. c. 14. — A — B

Merito igitur cùm ab Alexandro Tertio ſuas Infulas exuendi facultatem exoraſſet Londinenſis Antiſtes, eò quod ſenili iam ætate maturus ad Epiſcopalia munera obeunda ſibi impar videretur, Sapientiſſimus Pontifex eò conſtantius illam negauit, quò eum adhuc idoneum agnoſcebat, imo ea temporum calamitate perquam illi populo neceſſarium; *Si tuam autem ſenectutem aut inſufficientiam forte conſiderans, te tanquam emeritum poſtulas relaxari, ſcito nos credere, quod ſatius ſit hoc tempore, ſi commiſſa tibi Eccleſia ſub vmbra tui nominis gubernetur, quàm ſi alteri noua incognitaque perſona gubernanda in tanto diſcrimine committatur, maxime quia in te vigor deuotionis ac fidei etiam corpore ſeneſcente non deficit, ſed vergente deorſum conditione corporea, feruor ſpiritus in ſublimiora conſcendit*, ac ſi diceret, ad populorum vtilitatem comparandam maioris momenti eſſe vel Epiſcopi ſenis vmbram, vel eius adminiſtros notæ fidei & pietatis viros, quàm ſi fuerit adoleſcens: narrat Pariſius, Regij in Brutijs Antiſtitem fuiſſe, qui multa cum prudentiæ laude ſuo populo præfuit, licet tertium ſupra nonageſimum annum ageret; duoſque ego oculatus agnoui, quos extrema fere ætate confectos ſibi populus vtiliores agnouit, quàm poſtea illi fuerint, qui virili ætate florentes ſubrogati eis fuere: non ergo eidem Pariſio docenti ſuffragari fas eſt, Epiſcopum, qui plurium annorum interuallo ſua præfectura functus eſt, tuta conſcientia poſſe illam deponendi impetrare facultatem, quietique veterani inſtar militis ſe dantem, locum alteri dandi: inepta autem ſunt, quæ ad hoc comprobandum è ſcriptoribus affert; quin in memorata Alexandri Epiſtola decretali hæc potius Pontifex deſtruit, cum Londinenſi Antiſtiti poſtea hæc ſubdat: *Monemus te igitur, vt ſuper hoc diutius iſtis nulla te facias importunitate moleſtum, quia indecens animo probatur prius ſoluere militiæ cingulum, quàm cedat victori aduerſitas præliorum*: in infernas acies anteſignani & duces Epiſcopi ſunt; an igitur ſacræ militiæ ſacramento ſoluere ſe poterunt, niſi iuſto titulo compellantur?

C. p. de renunc. — de reſign. benef. p. 5. cap. 3. — C — D

Hinc pariter cum Moguntinus Hierarcha Bonifacius deficiente ætate à Zaccharia Pontifice dignitatem abdicare poſtulaſſet, renuit Pontifex his verbis, quæ inter Canones habes, *Nos vero adiutore Deo conſilium præbemus tuæ ſanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium fautore Chriſto ſedem, quam obtines Moguntina Eccleſia nequaquam relinquas*: vt tamen ſibi coadiutorem eligat ei permittit, qui tùm ad inſtruendas ſacris ſermonibus gentes, tùm ad alia munera obeunda vacaret; hic etiam ſcitu digniſſimum eſt, & quod vſu ab omnibus Epiſcopis habeatur, adhortationem addidit, ſcilicet, vt cum iam in extremo vitæ limine verſaretur, perennibus Deum precibus fatigaret, vt eum ſuo populo ſucceſſorem impertiret, qui in quo ipſe defecerat, compenſaret, *Vt quandiù te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum irreprehenſibiliter regere valeat*: quàm igitur à Chriſtianæ Charitatis legibus deſciſceret, qui Tiberium humana prudentia imitatus

c. petiiſti 17. q. 1.

A tatus, ſucceſſorem optaret, qui ad improbos in regimine mores comparatione fa-
cta, ſuum regimen decoraret; vetus illa apud Hiſpanos hac de re fertur paræmia,
Malo vendrà que bueno me hara hoc eſt, malus veniet, qui me bonum oſtendet.

Nec ab Honorio Secundo impetrare vllatenus potuit Sanctus Hugo Gratiano-
politanus Antiſtes, vt ſedem ſacram deſereret, licet non tantum ſenectâ, ſed mor-
bis etiam fere confectus exiſteret: Cantuarienſis etiam Archiepiſcopus Alexan-
drum Secundum Pontificem poſtulaſſe memoratur, vt Prouinciali Epiſcopo facul-
tatem concederet, qua ſuam dignitatem excuteret, eò quod licet ad illius populi
beneficium vtiliſſime labores ſuos impenderit, ab illis tamen præ annorum pon-
dere, & ægritudinum moleſtia àbſtinere cogeretur, *Sed iam ſenili ætate prolixaque* Baron. ann. 1128.
ægritudine confectus, debitam officio curam impendere vlterius non valeo: neſci-
mus tamen quid Sanctus Pontifex reſponderet, nec ſacri annales referunt im-
petraſſe.

Referr Crantzius quod cum inuitus ad Rotemburgenſem ſedem ſenili ætate l. 8 Metrop. cap. 40.
B Corradus euectus eſſet, non paucis elapſis annis, vt eam abdicaret, adhortati eum
plerique fuere, cum alij eidem munere pares adeſſent; ſed mortis tantum vi à po-
puli ſui amore auelli ſibi decorum æſtimauit.

Ex aduerſo Bartholomæus de Martiribus Bracharenſis Antiſtes, morum Sancti-
tate, fideique ardore clariſſimus, cum poſt viginti annos, quibus ſanctiſſimè Spar-
tam ſuam excoluit, ſuam prouinciam obire non poſſet, ad ſui populi res inſpicien-
das, metuens ne digniori, & vtiliori diuinæ gloriæ adminiſtro locum, quem imple-
bat, eriperet, ab illo ſe vltro remouit.

§. II.

SED ad tertiam rationem progrediamur oportet: hæc autem ignorantia eſt, d. c. niſi pro defect. de renunc.
quæ ſi probroſa omnibus eſt, in Epiſcopis certe eſt maxime indecora, cum ad
C ipſos erudire gentes ſpectet, eaſque ad virtutis ſtudium oratione conuertere: au-
diatur iterum ex eadem Decretali Pontifex Innocentius *Pro defectu quoque ſcientiæ*
plerumque poteſt quis petere ceſſionem; valida hæc tùm ratione confirmat: *Quia cum*
ipſa circa ſpiritualium adminiſtrationem ſit potiſſimum neceſſaria, & circa curam tem-
poralium opportuna; Præſul qui commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere, in vtriſque
ſalubriter ei renunciat, ſi ſcientiam in qua ipſam regat, ignorat: Tu enim (inquit Oſe. 4.
Dominus) ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi: adhuc
tamen probandus Antiſtes erit, ſi tenui ſcientia polluerit, nec enim exigitur, vt in c. cum nobis 19.
ea quis nimis excellat: *Quanquam & ſi deſideranda ſit eminens ſcientia in Paſtore,*
in eo tamen ſit competens toleranda: quod idem poſtea ad Capuanum Collegium
ſcribens, ſuo etiam decreto probauit: non illi hoc reijciuntur, qui nulla pene lit-
teratura aſperſi iuxta mentem Cardinalis Gambaræ ſunt monſtra fidei, & Chriſtia- Gamb. de off. leg l. 5. num. 157.
næ Religionis opprobria, & è Pij Secundi ſententia, Platina referente, iumentis
D inſipientibus comparantur: huiuſmodi enim viros ad ſubſellia ſacra conſcendere, c. fin. de æt. & qualit.
nullatenus Apoſtolicæ Sedis vigilantia permittit: quin hac de cauſa Honorius Se-
cundus Calinenſem Antiſtitem ne Grammaticæ quidem rudimentis imbutum, ſa-
cris Infulis, quas iam induerat, vt eis indignum ſpoliauit: videas eius hac de re
Decretalem Epiſtolam inter Canones immixtam: ſcientiæ porrò defectum nullâ fa- Turrecr. in c. ſi in Laicis. dix. 39. Rebuff. de pact. poſſ. n. 26.
cultate compenſari poſſe viri doctiſſimi Cardinales Turrecremata, & Rebuffus af-
firmant: cum enim in Epiſcopis ſcientia ſit *de iure diuino*, non poteſt quiſpiam hu-
ius legis vinculis eximi, & huius honoris immunem ſe habere.

Nulla igitur de idiotis hiſce habetur ab Innocentio Pontifice ratio, ſed de his
tantùm ſermonem habet, qui neceſſaria ad hoc Sacerdotium exercendum ſcientiâ
ſpoliantur: hi porro in Lateranenſi Synodo, Alexandro Tertio imperante coacta,
ab Epiſcopali Sacerdotio reiecti omnino fuere: illud etiam in ea decretum fuit, quod
licet aliàs in ea ſcientia exigenda non fuerint, ea qua par eſt vigilantia, accurati
Pontifices, accuratiſſimi impoſterum ſint nullaque prorſus ſimulatione ad hoc v- c. omnes 6. dix. 3. 8.
tantur: ſeptima item Synodus præcepit, vt apud Gratianum inter Canones videri

poteſt, vt nullus enunciaretur *Antiſtes*, niſi Pſalterium memoria teneret, adeòque
Conc. Tolet. 4 c. 25. c. 1, 38. dix. in ſacris litteris verſatus fuiſſet, vt populum abunde poſſet inſtruere: admiranda A
verè ſunt ea verba, quibus ad hoc ſignificandum ſuam mentem aperit Synodus
Toletana, *Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in Sacerdotibus Dei vitanda*
eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt; Sacerdotes enim legere ſanctas Scrip-
p. Timoth. *turas frequenter admonet Paulus Apoſtolus dicens ad Timotheum, (Attende lectioni,*
exhortationi, & doctrinæ) & (ſemper permane in his); ſciant igitur Sacerdotes Scri-
pturas ſacras & Canones, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtat,
atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina: meritiſſimè iſta
docentur; ſi namque profani ipſi viri, ſi litteris omnino deſtituantur, inepti ad om-
nia cenſentur, & riſu excipiuntur, præſertim ſi Iudices populorum fuerint, quan-
tò magis damnandi Epiſcopi ſunt, qui prælucere alijs debent, tantâque opulentiâ
veluti ſcientiarum æraria doctrinas poſſidere, vt in alios concionibus & adhorta-
tionibus illas poſtea eriuare poſſint, & veluti Dei adminiſtri populos illis infor-
Malach. 2. 7 mare; *Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent in ore eius:* B
quia Angelus Domini exercituum eſt; ſic è Malachiæ vatis ore Diuinus alloquitur
Spiritus: cuius rei magnitudinem vt maturè populus, & Clerus Conſtantinopoli-
tanus perciperet, hoc argumentum Pontifex Leo Sanctus adhibuit, *Si in laicis vix*
tolerabilis videtur inſcitia, quantò magis in ijs qui præſunt, nec excuſatione digna
c. ſi in Laicis 38. dixt. *eſt, nec venia*; præcipites agantur populi neceſſe eſt, ſi qui illos ad viam ſalutis
ducturi ſunt, omnino cœcutiant; quia tamen hac de re ſuperius, cum de electione
egimus, ſatis diximus, & vberius in ſecunda huius operis parte dicendum pari-
ter eſt, hæc tantùm delibaſſe ſufficiat: vnum addo, doctrinæ tenuitatem, morum
ſanctitate, & experientiæ vi compenſari ſatis poſſe; quàpropter ex equorum cu-
ſtodia ad Trimiſtenſem ſedem in Cyprio Regno euectum fuiſſe conſtat Sanctum
hiſt. imperl l. p c. 10. Bar. an. 351 Spiridionem Antiſtitem, vt refert Caſſiodorus, cum tamen nulla verborum elo-
quentia præditus ſolaque Apoſtolici Symboli recitatione, in magna Nicena Sy-
nodo celebris Sophiſtæ ingenium retunderet, cuius peracutis cauillationibus do-
ctiſſimi qui in Concilio aderant viri, validè vexabantur; Sanctus item Auguſtinus, C
c. quæ 5. 38. dixt. teſte Poſſidonio, habuiſſe Coepiſcopum fertur, qui loco ignobili natus, tenuique
litteratura exceultus, egregia morum Sanctimoniâ maculas illas illuſtrabat; quin
ipſemet Auguſtinus docet, ſcientiæ tenuitatem ſatis in Antiſtite tolerandam, dum-
modo vitæ Sanctitas, & præſtantia in eo virtutis excellat; octo tamen ipſe enume-
rat, quæ neceſſario ſciantur, quorum vel vno ſi deſtituatur, ne nomine quidem
Epiſcopi, ne dum munere decorandus ei videtur, *Quæ ipſis Sacerdotibus neceſſaria*
ad diſcendum, idest liber Sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptiſte-
rium, Computus, Canon pœnitentialis, Pſalterium, Homiliæ per circulum anni
Dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus apta. Ex quibus omnibus ſi vnum
defuerit, Sacerdotis nomen vix in eo conſtabit, Quia valde periculoſa ſunt Euangeli-
ca mina, quibus dicitur, ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt, hæc
Auguſtinus.

Ne moroſus hic videar alias rationes enumeraturus, quibus Epiſcopatum ab- D
dicare liceat, proximum caput inſtituo.

Cauſæ reliquæ afferuntur, quibus liceat Epiſcopatum abdicare. Cap. XXXXII.

EX Epiſtola Decretali, quam capite ſuperiori ab Innocentio Tertio ſcriptam
attulimus, quarta etiam ratio ſubminiſtratur, quæ potiſſimum in populi im-
probitate verſatur, ſi nempe ceruicoſus adeo & contumax fuerit, vt in eo erudi-
endo, & emolliendo operam omnem perdat Antiſtes, vel ſi eo odio Antiſtitem
ſuum inſectetur, & laceret, vt ex eius præſentia, non tantùm nihil commodi erua-
tur, ſed incommoda & mala maiora proueniant, hæc ſi contigerint, quis ignoret
non tantum permittendam Eccleſiæ abdicationem eſſe, ſed neceſſariam maximè
futuram

Google

futuram? *Propter malitiam autem plebis cogitur interdum Prælatus ab ipſius regimi-*
A *ne declinare, quando plebs adeo dura ceruicis exiſtit, vt proficere nequeat apud ipſam,*
ſed propter eius duritiam, quò magis ſatagit, eò magis iuſto iudicio deficere permittitur,
dicente Domino per Prophetam, Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia do- c niſicum prid. 10. 3. propter malitiam de renunc.
mus exaſperans eſt, ſic Pontifex: verùm nequaquam ad id ſufficit, ſi priuatis tan-
tum odijs, quibus immunis nullus eſſe poteſt vexetur Epiſcopus, ſed illud requi-
ritur, vt ſimili æſtu omnes illum inuadant, & veneratione obedientiaque deleta,
maledictis illum, & inculationibus vnanimi impetu eius nomen oppugnent; annon
ſi hæc euenerint, vt Cardinalis Hoſtienſis, alijque eius Epiſtolæ interpretes do-
cent, cogendus Epiſcopus videtur, vt ſua dignitate ſe abdicet, aliquam remune-
rationem accipiens, vel ad aliam ſedem aduocandus, vt ſuo loco luculentius diſ-
putabimus? Sapientiſſime igitur Pontifex hæc alia ſubnectit, *Non tamen pro qua-*
libet culpa Paſtor debet gregem deſerere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum
venientem, & dimittit oues, & fugit, ſed de Superioris licentia tunc demùm poteſt
B *non tàm timidè fugere, quàm prouide declinare, cum oues conuertantur, in lupos, &*
qui debuerant humiliter obedire, tam irreuerenter contradicant.

His adnumerandus Martinus Antiochenus Patriarcha videtur; in hunc enim fla-
gitioſi cuiuſdam viri eam dignitatem affectantis fraude & impudentia, tam imma-
nis procella graſſata eſt, vt Zenone etiam Cæſare Geneto eius ſcelus patrocinan-
te, Epiſcopatum abdicare cogeretur, elata hæc voce ad totius aſpectum Populi
pronuncians *Clero immorigero & populo rebelli & Eccleſia contaminata renuncio, ſer-* Bar.an.971
uata interim mihi Sacerdotij dignitate. Theodorum Scirotam Martino pariter ad-
damus; hic ob egregiam morum ſanctitatem ex aſcæterij clauſtro ad Anaſtaſiopo-
litanam in Galatia ſedem adductus, cum ſuæ caritatis ardore tam acerbo in ſe po-
pulum odio aſſurgere perpendiſſet, vt venenata potione, cuius vim magnæ Virgi-
nis patrocinio eluſit, è medio illum tollere tentauerit, inutilem ſe ad eius bene-
ficium & ſalutem comparandam expertus, ſic Deo imperante, ex eius ſedis tu-
multu, ad vitam in priſtina ſolitudine quietè traducendam profectus eſt.

C Id etiam Sanctus Adalbertus Pragenſis Hierarcha teſtetur; cum enim ad ſui po-
puli bonum, cui *voluptas pro lege erat* inutilem ſe operam dare animaduerteret,
Apoſtolica ſede permittente, Eccleſiam illam abdicauit, & Monaſticæ vitæ ſe com- Sur.23.Ap Bar.an.919
miſit: quia vero, vt aſſolet, Antiſtitum probitas tunc magis populorum oculis in-
noteſcit, cùm ipſis, vel eò quod obierint, vel dignitatem abdicauerint, carent,
vix quinque anni fuere elapſi, cum Ciues illi iacturam de tam pio Antiſtite factam
meditantes, in meliorem frugem ſe è vitiorum licentiâ reuocantes, Ioannem De-
cimum-Quintum Pontificem ſupplices adiere, vt ſuum ſibi Antiſtitem reddere
dignaretur; eâ qua par erat modeſtiâ tum precibus tum lacrymis Pontificia man-
data Adalbertus reiecit, illis tandem ſe demiſsè ſubijciens, iterum ſuæ ſedis mo-
lem regendam ſuſcepit; verùm quia diuturnâ ſcelerum exercitatione populi ani-
mus obcalluerat, inutiliter admodum ad eius bonum labores omnes impendens
eos iterum fugâ reliquit, & Pannonios populos tunc temporis Aethnicos vtiliori
D labore excolendos adijt, fidem orthodoxam propagaturus.

Huius veſtigia imitatus Sanctus Edmundus Cantuarienſis Antiſtes, nullum è Bri- Sur. 16 Nouemb c. 19. lib. 2.
tanniæ ſolo poſt longa laborum exercitamenta colligens fructum, ſuperfluam ibi
ſuam præſentiam agnoſcens, puluerem excuſſit, & ſponte exul aufugit in Gallias,
& celebri Pontinianenſi aſceterio ſe dedit.

Sic etiam Mattheus Agrigentinus è Sancti Franciſci Ordine, quem Minorum Chron. S. Franc. p.3. l.2.c.44.
Obſeruantium vocant, Patriæ infulis decoratus, licet erga Deum piiſſimus, & exi-
miè beneficus in pauperes eſſet, immani tamen odio habitus, apud Pontificem de
varijs flagitijs fuit expoſtulatus; Romam ergo profectus aduerſantium calumnias
retundens, ſuam innocentiam illuſtrauit; ſuam inde ſedem reuerſus, odiumque
acerbiori ſemper æſtu feruere animaduertens, dignitate abdicatâ in Religioſum
ſuum Ordinem, Pontifice annuente, denuo ſe recepit.

Celeberrimum diuini verbi præconem, nomine Guglielmum Deſprocatam, ea- Ead. Chro. p.3. l. 6.
dem Religio Corſicæ Inſulæ Epiſcopum dedit, qui profligatos mores, quibus ſe
lithurgi corrumpendos dabant, ad priſtinam Sanctimoniam reuocare non valens,

poſt

poſt multos in ea labores exantlatos, dignitatem in Sixti Quinti Pontificis pote- A
ſtate depoſuit, ſuæque Religioni ſe reddens, ſuſceptam concionandi prouinciam,
cum vberrimo fructu quoad vixit, excoluit.

Tunc igitur Eccleſiâ ſe abdicare Epiſcopo licet, cùm populorum nequitiam ex-
pertus, nullam è laborum ſemine ſpectare valet pietatis meſſem; ab Angelico Ma-
2. 2. q. 185. art. 3. in corp. giſtro de hoc rationem excipies, quæ in eo nititur, vt ſcilicet qualibet in lege finis
eius ſpectetur; cum igitur Antiſtites ad munia Epiſcopalia eo tantum fine ſe ob-
ſtringant, vt ſaluti conſulant animarum, fine iſto deficiente, lex etiam ipſa, qua te-
netur, deficiat neceſſe eſt; hinc fit, vt circumſcripto eo rerum ſtatu, quo Epidaurij
verſantur Epiſcopi, ſi probos habuerint viros, quorum virtuti excolendæ opem
ſuam præſtare valuerint, non licet ipſis, vt improbos euitent, probos deſerere;
quapropter cum Sanctus Laurentius Antiſtes Britanniam relinquere meditaretur,
vbi Idolorum ſuperſtitionibus imbutus Rex inceſtuoſo thoro detinebatur innu-
Bed. l. 2. hiſt. Angl. cap. 5. meris flagitijs inuolutus, nocte quadam immani verbere ab Apoſtolorum Princi-
pe vapulauit; quàm enim deſes & ſocors ille eſſet, qui lupis voracibus commiſ- B
ſum ſibi gregem abſumendum relinqueret, immemor exemplorum, quibus de
fortitudine debita tùm ipſe Petrus, tùm tot alij fortiſſimi Antiſtites nobis imitan-
da dederunt: ex allatis Innocentij verbis colligere hoc licet & apertè in Enciclica
Epiſtola, quam Gratianus affert, Sanctus Liberius Pontifex ſignificat; totus enim
is eſt, vt ab adeo timidis conſilijs mentes Epiſcoporum auertat, illa demum A-
c. ſuggeſtũ 46. 7. q. p. poſtoli verba recitans, *Attendite itaque vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus
Sanctus conſtituit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine,
vt non ſit qui vos decipiat, aut ſeducat in ſublimitate ſermonis, vt plebes vobis com-
miſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum, quieti vos trada-
tis, & vt vos ſolummodo ſaluetis, & filios orphanos relinquatis*, ac ſi diceret, quàm
remiſſo demiſſoque animo ſunt, qui omnium fructum non colligentes, aliquorum
fructus aſpernantur; annon tot alij ſuperſunt, pro quorum animabus poſt tot
iniurias, pœnaſque conſtantiſſimè ſublatas, cruentum ſpectaculum edidit Deus?

Validè hæc roborat Sanctus Gregorius Pontifex, qui Sancti Benedicti facinus C
referens, cum, in eius vitam propinato veneno conſpirantibus Monacis, eorum re-
gimen excuſſerit, eremoque arctiori lege ſe clauſerit, Petrum Diaconum ſic diſpu-
tantem affert, an ſcilicet ritè Diuus Benedictus fuerit operatus, illorum regimen
quod ſuceperat vltro deponens; ac eadem diſtinctione allata, ſibi ipſe reſpondet,
l. 2. Dialog. cap. 3. *Vt ego exiſtimo Petre, ibi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, vbi inueniuntur
aliqui, qui adiuuentur boni. Nam vbi omnimodo bonus fructus deeſt, fit aliquando
de malis labor vacuus, maximè ſi è vicinò cauſæ ſuppetant, quæ fructum Deo ferre
2. Chor. 11. Act. 9. valeant meliorem*: Apoſtoli ad hanc rem vtitur exemplo, qui licèt pro Dei gloria
amplificanda comparandaque animarum ſalute, paratiſſimus ad fundendum ſan-
guinem fuerit, vt Romam pergeret, vbi colligenda ipſi meſſis vberior erat, Da-
maſcum reliquit, vbi tot inſectationibus agebatur.

Quandò igitur de aliquibus benemereri poteſt Antiſtes, licèt alij contumaci in
eum odio ferociant, non idcò diſceſſuri à ſuo populo ſunt, cum probi adhuc ſu- D
perſint, quos nefas eſt ſuo ſubſidio ſpoliare: inuictum potius animum exhibere
fortiter in improbos pugnantes debent; quàm in hac re fuit omnibus admirandus
Sanctus Ioannes Chryſoſtomus! licet enim in eum Eudoxiæ Cæſariſſæ improbita-
te ſæuiſſimus malorum imber irrueret, numquam tamen è ſui nauigij clauo, quem
moderabatur, decedere voluit, fructu, quem ex aliquibus vberi ſegete colligebat,
admodum recreatus: quin cum à nefarijs Epiſcopis bis ſimul coactis damnaretur,
ſuaque de ſede abigeretur, præcipienti Cæſari, vt infulas ſuas exueret, fortiter
Sur. in eius vit. 27. Ianuar. elatoque animo reſpondit, *Ego cui Deus, & Saluator Eccleſiam tradidit regendam,
ab ea mea ſponte vereor recedere: ſin autem hoc tibi uidetur, Imperator, tu me ex ea
ui expelle, ut me poſſim omnino defendere*, hoc eſt ad Dei Iudicis Tribunal, *quod or-
dinem tua vi deſeruerim*.

Bar. an. 803 Hunc imitatus Sanctus Anaſtaſius Neapolitanus Antiſtes, Sergio eius Vrbis Du-
ci ſuoque nepoti, qui tunc ab incepto furore ſe deſtiturum affirmauit, cùm Neapo-
litanas Infulas ipſe deponeret, reſpondit, ſponſam mihi à Deo commiſſam

num-

A numquam quoad vixerim deſeram, nec vnquam patiar alijs eam nuptijs ſociari.

Inclytus etiam Cantuarienſis Vrbis Epiſcopus Diuus Thomas, cum Britannici Regis furore vexatus, à Vintonienſi Præſule audiret, tunc Regiam iram ſedandam, cùm Cantuarienſem ſedem deponens alteri Epiſcopo à rege eligendo locum daret, reſpondiſſe intrepidè in hæc verba ſcribitur, *Non ea conditione Epiſcopatum ſuſcepi, ut eum Regi tradam, ſed ut pro illo etiam me ipſum impendam.* Sur. 25. Decemb.

Validiſſima tamen ratio mihi occurrit, qua tribus hiſce poſtremis exemplis edoctus, exiſtimem licere aliquando nobis à communi via diſcedere; ea autem eſt, quòd vexati tam acerbè illi Præſules fuerint, eò quod ſacra iura tuerentur, adeòque, ne Principes viri in res ſacras audaciâ procaciores irrumperent, optimè ab illis factum in retinenda dignitate, cuius abdicatio commendanda vniuerſali lege non eſt, niſi aliquo alio titulo comprobetur: quapropter eum Diuus Thomas ſuperius memoratus, Epiſcopalis ſedis honorem Alexandro Tertio reſtituere vellet, obſtitit ei Pontifex ſuaque auctoritate prohibuit, ne indutis infulis ſpoliaretur:

B duo certe mihi Præſules in Italia innoteſcunt, qui eiuſdem rationis vi numquam ſuarum illuſtrium Vrbium infulas exuere voluerunt, licèt Principum potentia, & vi perpetuò exules ſuis à Sponſis abire cogerentur; hoc tamen incertum mihi eſt, an in eo rerum ſtatu diuinæ penitus voluntati ſe conformarent.

Lanfrancus hic mihi obijcitur Cantuarienſis Antiſtes, qui prolixè ad Alexandrum Secundum ſcribens, vt Cardinalis Baronius refert, facultatem ab eo poſtulauit ſuam dignitatem exuendi: ad impetrandum duo Epiſcopus affert, primò ſcilicet, quòd inuitus ad tale Sacerdotium fuerit electus: tot inde vitia, & ſordes eſſe, quibus pertinaci quadam duritie populus adhærebat, vt ingenti angore vexatus non ibi poſſet amplius immorari; his etiam hæc addit: *Nullus eſt enim aut per me in hac terra animarum profectus, aut ſi ullus exiſtit, tam paruus eſt, ut detrimentis meis comparari non poſſit*: obſurduit ad hæc Sanctiſſimus Pontifex, eumque excitauit, vt ad tenuem hunc fructum colligendum, vineam ſuam laboribus ſuſceptis Bar. an. 107

C excoleret.

§. I.

AD quintam rationem explicandam progreditur Pontifex Innocentius, quæ in ſcandalo graui verſatur: non hic Phariſaicum ſcandalum intelligas velim, ſed quod, cùm vocetur actiuum, graui ſemper noxæ coniungitur, vt egregiè Magiſter Angelicus diſtinguit: ſi nullum igitur aliud graui ſcandalo remedium præſtari poſſit, non tantùm licet, ſed neceſſariò requiritur, vt ſuam dignitatem Antiſtes abdicet, ne pernicioſus ijs ſit, quibus eſſe debet ſalutaris: *Pro graui quoque ſcandalo euitando, cum aliter ſedari non poteſt, licet Epiſcopo petere ceſſionem, ne plus temporalem honorem quàm æternam uideatur affectare ſalutem*: de illo autem teſtatur ſcandalo ſe habere ſermonem, de quo his verbis apud Diuum Matthæum 2.2. q. ?. art. p. ad 4. C. niſi cum prid. §. pro graui de renunc. Matth. 18.

D Diuinus Magiſter loquitur, *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, &c.* & hoc ſcandalum vocatur actiuum: cùm econtrà quod paſſiuum dicitur, & nequitiæ alienæ tribuendum eſt, illis etiam verbis ex eodem Matthæo deſcribatur, *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum*: ad hoc mandatum euitandum frequentiſſimè à communi lege deflectimus, nec alia de ratione, non publica ſed ſecreta pœnâ Aaronem Deus corripuit poſt vitulum aureum populo adorandum exhibitum, quàm vt doceret, occultò arguendos eſſe peccantes Præſules, ne populi eorum crimina agnoſcentes, quos tantæ dignitatis Sanctitate, immunes ab omni crimine æſtimabat, ſcandalo afficerentur; ſed de hoc in tertia parte nobis agendum. Card. Iacobat. de Conc. l. 9 art. 13 n. 114 D. Tho. in 4 dist. 16. q. 2. art. 2. ad 3.

Vt Canonum Magiſtris hæreamus, in triplici rerum genere verſari poteſt hoc ſcandalum, hoc eſt in ijs, quæ verſantur ad mores, ad doctrinam, & ad iuſtitiam, vt ſi Epiſcopus publicè cum pellice verſetur, & ſimili alio flagitio communi ſententia damnetur, vel ſi prauæ doctrinæ dogmata diſſeminet, vel ſi ſacros prouentus, ſententias & leges venditans, publicam infamiæ notam incurrat. Hoſtien. & DD. d. c. niſi.

Qua

Qua propter ſi ratione ſcandali poteſt quis licitè pro quocumque euentu, qui
Pariſ. cum rel. de reſig. benef. l. 5. q. 3. n. 167. alioquin Canonum præceptis prohibeatur, à ſacræ dignitatis regimine remoueri, A
vt apud Flaminium Pariſium nonnulli Magiſtri docent, multò magis probatur poſ-
ſe ab Epiſcopo facultatem peti & obtineri ſuæ dignitatis abdicandæ, adeo vt licet
ipſe Antiſtes hoc nollet, cogi à Pontifice poſſit, vt ſe vel inuitus deponeret, vel
Card. Iacobat. de Conc. l. 9. art. 12. ad aliam ſedem transferretur: ſic communiter ex eodem Pariſio Doctores: ſed vl-
terius etiam Cardinalis Iacobatius progreditur, & inquirit, an idem Pontifex, cui
nullus in terris eſt, qui præcellere illum valeat, ſi ſcandalo Populis fuerit, cogi poſ-
ſit ad Pontificale Sacerdotium abdicandum; ſi enim, ſic ille ratiocinatur, in ſupe-
riùs memoratis euentis ſuas non exuerent dignitates Epiſcopi, omnibus in con-
temptu & odio haberentur: hoc autem tanti momenti eſt, vt non tantum probet
dignitatem deponi poſſe, ſed ad eandem induendam omnes excludat: habes hæc
à Diuo Leone Pontifice, qui Epiſtolam ſcribens à Gratiano inter Canones relatam,
præcipit, ne vrbi alicui præficiatur Antiſtes, qui aſpero, & acerbo animo ab ea ex-
c. ſi forte 56. 63. dix. cipiatur, *Ne Ciuitas Epiſcopum non aptum aut contemnat, aut oderit*, ſic Pon- B
tifex.

Verùm quia ſcandalum, etiam quod vocant paſſiuum, vt egregiè docet Magiſter
2. 2. q. 43. art. 3. Aquinas, etiam ex his prouenire poteſt, quæ licet flagitioſa & fœda non ſint, ali-
quam tamen labis ſpeciem præferunt, & prauum ab his exemplum haberi poteſt,
ideoque lege caritatis ab eis abſtinere tenemur, hinc eſt, quod ex his etiam poteſt
aliquis licitè Epiſcopatum abdicare: ad huius confirmationem Sanctus Clemens
D. Clem. ep. 1. Pontifex in Epiſtola, quam ad Sanctum Iacobum Apoſtolum ſcripſit, refert, quod
extremis ſuæ vitæ diebus Sanctus Petrus coram omnibus Chriſti fidelibus Romæ
adſtantibus manu eum apprehendens, Pontificem ſibi ſucceſſurum eum renuncia-
Io. 3. epiſt. vnic. c. 2. q. p. 8. uit; Ioannes autem Tertius ad Epiſcopos, tam Germanos tùm Gallos ſcribens ait,
Linum, Cletum vt Vicarios, & Coadiutores Sancti Petri ſe geſſiſſe, *& miniſtra-
bant exteriora*, ſed Diuo tantum Clementi ſuo veluti Succeſſori Pontificale Sacer-
dotium donaſſe: compertum nihilominus nobis eſt Sanctum Clementem primùm
Lino, inde Cleto ſuam Pontificiam ſedem ceſſiſſe, quam tunc ſolum Pontifex ipſe C
poſſedit, cum pro Chriſti fide generoſe illi occubuerant: plurimi piæ eius humi-
litati hoc tribuerunt, ſed Canonica gloſſa & Mediolanenſis Præpoſitus ſeù Cardi-
nalis Alexandrinus docent, Pontificiam Dignitatem à Clemente ideo abdicatam,
ne huius ſubrogationis exemplo à Principe Apoſtolorum factæ, futuri Pontifices
prauè vterentur; hinc enim plurima incommoda, & mala in Chriſtianam Reli-
gionem effluere poterant ex ambitione, & diſcordia animorum.

in eius vit. Hinc etiam eſt, quod licet Diuus Gregorius Nazianzenus verus eſſet Conſtanti-
nopolitanæ ſedis Hierarcha, plauſuque ingenti ab Oecumenica Synodo in eadem ſe-
de confirmatus, & licet amantiſſimus ſui populi eſſet, mutuoque amore redama-
retur à populo, quia tamen Aegyptij Præſules, alijque è Macedonia in ipſum ſę-
uiſſime indignati, eò quod ipſe iniuſtam Flauiani electionem oppugnaſſet, quem
Meletio vero Antiochiæ Patriarchæ ſuffecerant, in priuata Synodo eius electio-
nem euertere perfidè conabantur, ac ſi per eum in Conſtantinopolitanam ſedem D
irrupiſſet; & quia econtra plures tùm doctrinâ tùm Sanctimoniâ Illuſtres Antiſti-
tes ſibi adhærentes cum illis contendebant, vt graſſantes has diſſenſiones, & in-
genti detrimento toti orbi Chriſtiano futuras, ſi magis excreſcerent, componeret,
Ionæ inſtar tempeſtatem hanc ſedaturus, ſe in mare immittens, ſuam deſerere na-
uim ſtatuit, hoc eſt vt Diuinæ Gloriæ inſeruiret, animarumque vtilitati ſtuderet,
æmulantium furori cedere, & tot illuſtrem ſedem titulis abdicare: quàm autem
reluctanter hoc ipſe confecerit, ſatis ipſe poſteritati reliquit, referens ſuum ani-
mum in diuerſa iactatum diutius fluctuaſſe; quantò enim hilarior portui ſe com-
mittebat, & decumanas illas procellas nequidem aſpectu dignabatur, tantò etiam
triſtior erat, cùm vineam ſuam tot laboribus excultam, & ſudoribus irrigatam
deſerere cogeretur, eoſque á ſe remouere filios, quos fidei puerperio cælo, Deo-
que genuerat; ſanè triſtis adeò de hoc ipſe fuit, vt quoad vixerit, nunquam ex
animo triſtitiam hanc poſſet excutere: quin eo narrante habemus, quod in eius
animum cogitatio hæc potenti adeo tyrannide ſæuiuit, vt ore, mente, animo,
calamo,

Digitized by Google

A calamo, & vel ipſa noctis quiete ſuam ſedem præ oculis ſemper haberet, ſuamque mentem in ea defixam ſeruaret.

Cum à Concilio quodam Saocienſis Antiſtes damnatus eſſet, eò quod Clericum, quem humanâ cæde fedatum nouerat, ad ſacros Ordines ſubmouiſſet, pœnitentia ſui ſceleris tactus, ſponte ſedem Epiſcopalem deſeruit; ſed rurſus hanc abdicationem pertęſus ad Pontificem refugit, & Innocentium Tertium adijt, vt ſe illi reſtitueret: ſed ſapientiſſimus ille Pontifex, vt ſcandalum euitaret, reddere illum ſuæ ſedi noluit: maximum enim futurum omnibus ſcandalum erat, ſi tanti criminis reus ea iterum dignitate decoratus incederet. Innoc. 3. l. 2. ep. 171. Baron ann. 1199.

§. II.

B EXtrema iam ab Innocentio ratio affertur; & *irregularitas* dicitur, quæ tamen delicto vacet, & ſolum vel è bigamia vel alia ſimili labe proueniat; hæc autem non eius momenti eſt, vt ſemper vrgeat ad vel petendam vel concedendam Epiſcopatus abdicationem; exempli cauſa ſit, ſi aliquis dum renunciaretur Antiſtes, tacuerit ſe ſpurijs natalibus ortum (hoc enim iuxta Canones ad ſacras dignitates induendas impedimentum eſt neceſſarium) in hoc enim euentu, ſi ſe optime in munere ſuo exercendo geſſiſſet; & ſi in hac labe reticenda patrata noxa non innoteſcat, poteſt vtique Pontifex ſtatutæ legis nexus relaxare, ſalutarem pęnam ad hunc delendum errorem imponens; *Perſona vero irregularitas, vt forte ſi bigamus, vel viduæ maritus, eſt cauſa, propter quam petere poteſt licentiam aliquis reſignandi, &c. Non tamen propter quamlibet irregularitatem perſonę debet ei, qui regulariter miniſtrauit, cedendi licentia indulgeri, vtpote ſi de legitimo matrimonio non ſit natus, quia licet irregularitatem huiuſmodi non potuerit ſubticere, ſi tamen, & culpa latet, & cauſa cum eo qui laudabiliter ſuum impleuit officium, iuncta* C *ſibi pœnitentia competenti, poteſt non minus vtiliter, quàm miſericorditer diſpenſari*, ſic Innocentius, qui hæc omnia ratione adiecta confirmat, nam *In illis qui paterna vitia non ſequuntur, propriæ poſſunt in talibus ſuffragari virtutes*. c. niſi cum prid. de renunc.

Huic innixus doctrinæ Sanctus Carolus, qui religioſiſſimè tùm quæ ad Canones, tùm quæ ad Synodum Tridentinam ſpectabant, obſeruabat, Ioannem Baptiſtam Caſtellum notæ ſibi fidei, & pietatis virum, vt ad infulas Ariminenſes ſubmoueretur, legum vinculis quibus obſtringebatur, exſoluendum curauit; dum igitur ſuæ Antiſtes ſanctè riteque præfuerit Eccleſiæ, cum facillimum ei ſit, vt diſpenſatorio diplomate ſuam habeat libertatem, vt in quadam è meis deciſionibus ſtatui, nulla ei iuſta ratio eſſet, qua ſuam dignitatem exueret; arcana potius ſui pectoris Sanctiſſimo Pontifici reſerare deberet, vt ei lex huiuſmodi remitteretur: verum ſi ex aduerſo non tantum natalium ſordes in ſua creatione ſilentio obuelaſſet, ſed in ipſius ſedis regimine deliquiſſet, non tamen poſſet, ſed etiam deberet nuntium dignitati remittere, quin imo ad hoc præſtandum cogendus à Pontifice eſſet. Auct. in deciſ. 175. nu. 110. & ſeq. p. 2. Pariſ. de renunc. l. 5. c. 3. n. 173. & ſeq.

D Si verò quis de natalibus ſuis fuerit incertus, cum ipſe non teneatur ſe ſpurium æſtimare, & ad dignitates poſſidendas præpeditum, non iuſtè poteſt Epiſcopatum dimittere; nec enim de vitio tenetur quis remiſſionem legis exquirere; communi hæc ſuffragio ſtatuunt, tùm Theoſebiæ tum Canonum Magiſtri, quibus nos pariter in ſignificata deciſione adhæſimus. vide deciſ. 167. p. 2.

§. III.

LICET autem ad iſtas tantum ſex rationes Innocentij ſtatuta referantur, alias tamen non ille reiecit, quæ tùm honeſtæ tùm ſalutares exiſtant; eius verba recito: *Quia verò in poſtulando concedi licentiam inſtitiſti, tibi te duximus relinquendum, vt diſtinctis cauſis propter quas cedere oporteat, ſi propter aliquam cauſam vtilem & honeſtam in huiuſmodi propoſito perſeueres, de licentia noſtra cedas*: his oſtendit has ab ipſo ſex rationes allatas, quia cæteris frequentiores ſunt: quæ

autem aliæ ſint honeſtæ & vtiles cauſæ, quibus hoc idem ſit præſtandum, tùm ad
Romanum Pontificem, tùm ad ſacrum Cardinalium Conuentum, qui Conciſtoria- A
lis dicitur, iuxta locorum, & perſonarum diuerſitatem ferre ſententiam ſpectat,
vt docet Nauarrus: ex his cæli inclementia à Canonum magiſtris recenſetur: ali-
quando enim iniurioſus adeo aer eſt, & in valetudinem Pontificis efferatus, vt ad
Epiſcopalia munera exercenda præpeditus, luæ ſolum ſaluti conſulere medica in-
ter officia teneatur; quapropter ſi nulla fuerit in eius Diœceſi regio, quæ ſaluta-
ris ei ſit, & à valetudinis periculo eum eximat, ſi à tam immiti cœlo diuortium
facere contendat, in nullo prorſus ipſe delinquit: iuſta hæc cauſa poteſt eſſe Pon-
tifici, quà ſuam illi benignitatem aperiat Diuum Gregorium imitatus, qui ſimili
titulo Syracuſano Antiſtiti præcepit, vt ad aliam curiam quendam ſacerdotem ae-
ris intemperie vexatum tranſmitteret, quam ad rem confirmandam, rationem af-
fert digniſſimam, quæ omnium moderatorum animis adhæreſcat: *Quia tales ergà
ſubiectos noſtros debemus exiſtere, quales nobis ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros voluera-
mus eſſe Præpoſitos.* B

Naua. com. 4 de regul. num. 36.

Gloſſ. & Hoſtien. in cap. ad ſupplicationē de renunc. Pariſ. cum rel de reſig. l 5. c 3. n 144. D. Grego. l 12 ep. 39. c. quondam 6. 74. dixt.

Noſtris autem rebus ſiſtentes, de Beato Syluano Philippopolis Antiſtite exem-
plum habemus; hic enim cum aſperrimas Thraciæ hyemes præ ſua imbecillitate
pati non poſſet, biennio inter illas exacto, ſedem ſuam dimiſit: hæc pro ſe Diuus
Damianus refert, cum ipſe etiam Romanum cælum ſibi iniurium pateretur; mihi
etiam cognitus apprime vir eſt, qui præ aeris prauitate articularibus doloribus aſ-
ſiduò laborans, lecto ſemper decumbere cogebatur: ſua autem dignitate abdica-
ta incolumis Romæ ferè per totum annum verſabatur: optandum tamen mihi in-
eo erat, vt tot aulicis officijs omiſſis, ſeruitute ſedis exemptus in ſe ipſum maius
imperium exerceret.

Aequa etiam cauſa ad deponendam ſedem Cardinali ſemper magis magiſque
commendando Bellarmino viſa fuit, Romæ Summi Pontificis mandato teneri: cum
enim diù hanc Romanam manſionem protrahendam agnoſceret, licet ab eodem
Pontifice Capuanam ſedem ſibi ſeruandi facultatem habuiſſet, dimittere eam om-
nino voluit, tùm ne duabus ſimul dignitatibus frueretur, tum etiam quià ſaluber- C
rimam populis præſentiam Antiſtitis aduertebat: licet autem tam ritè ſancteque
inſulas Epiſcopales exuiſſet, adhuc tamen magna cum breui moriturum religio
inceſſit, atque ſe conſcientiæ angore non tenui vexari, eò quòd vtilior ſui præſen-
tia ad populos erudiendos fuiſſet, quam Romanà in aulâ vbi otiosè dies traduxe-
rat: mihi autem ea mens eſt, non tantum eo temporis articulo, ſed diù anteà
remordentis animi aculeis eum cruciatum: eum enim ego tunc temporis adoleſ-
cens, ad ipſum in palatio Vaticano inuiſendum, vbi Gregorij Decimi Quinti man-
dato degebat, officij gratia acceſſiſſem, ab eo inter alia excepi, ſe multùm angi,
eò quod duorum Pontificum operâ ſuam ſponſam Capuanam ſedem dimittens,
Romæ ſiſtere cogeretur eo titulo, vt eius operâ vterentur, cum reuera ſemper ibi
fuerit otioſus: ſic de ſe humillime ſentiebat Purpuratus ille vere magnus, licet ad
maxima quæque pro Religione orthodoxa conficienda à Summis Pontificibus in
partem conſilij & operis vocaretur. D

Idem omnino dicendum, ſi Epiſcopus, eò quod capitales rixas cum alijs con-
traxerit, non valeat tutò ſuo cum populo immorari; quis enim in hoc rerum ſta-
tu inficietur, ſibi iuſtam dignitatis abdicandæ occaſionem non deeſſe? quod qui-
dem, vt frequentius Magiſtri docent, in quadam eiuſdem Innocentij decretali ſi-
gnificatur, qui id circò abdicationem, quam Archiepiſcopus Epidaurius de ſua
ſede confecit, libenter approbauit: vt Epiſcopalis Sacerdotij decus maieſtatemque
ſeruaret, Eboracenſi Antiſtiti dedit in mandatis, vt ſacros quoſdam cenſus hoc
titulo ei donatos in ſua Diœceſi fruendos ei permitteret; hac ipſa de ratione eiuſ-
dem Epidaurij Antiſtes alter familiaris meus ad Archiepiſcopalem ſedem Naza-
reth in Neapolitano Regno ab Vrbano Octauo translatus acceſſit: verum tamen
eſt, multos adhuc in Neapolitano Regno verſari Antiſtites, qui perículoſiſſimas cum
Dynaſtis rixas nihili facientes, in eos intrepidè aſſurgunt, nec à ſuis ſedibus diſcri-
minum metu meditantur abſcedere.

C. ad poſtular. 9. de renunc.

Si tamen aliquis rixarum prætextu ab Eccleſiæ regimine ſubducere ſe vellet, vt
pri-

A priuatas vel cum Collegio vel cum Clero diſſenſiones declinaret, probro ſibi eſſet, tam effœminatum mollemque animum aperire, ſuæque magis quieti, quàm ſuæ ſponſæ ſaluti addictum.

Si autem, vt ſuo loco dicetur, nec licet alicui hoc titulo diutius à ſuâ reſidentia abeſſe, quantò minus illa ſe ſpoliari licuerit; profectò quantis remordentis conſcientiæ ſtimulis angeretur, ſi ſe illa abdicaret! quam ad rem Arnulpho Lexouienſi Antiſtiti conſilium de hoc ab eo petenti reſpondens Petrus Bleſenſis hæc pronunciauit, *Quod ſi Principis indignationem, aut Capituli veſtri vexationes, aut alias huius vitæ moleſtias formidatis, & ideo pacem eligitis, & quietem, hominem degeneris & abiecti animi decet hæc facere, non vos, quem conſtat præ cæteris cor magnificum habuiſſe. Sane in hac requie non inuenietis requiem, Et ecce in pace veſtra eſſet amaritudo amariſſima, dum recoleretis cum anguſtia ſpiritus gementes vos ibi defeciſſe, vbi fortius erat ſtandum, abiectoque ſpiritu conſilij, & fortitudinis, videretis vos à puſillanimitate ſpiritus, & modica tempeſtate ſubmerſum: Ad reſignationem Epiſcopatus nulla, ſi mihi creditis, uexatio vos inducet, &c.* p.3.c.45. epiſt.44.

B Alius adhuc euentus ſupereſt, in quo nefas eſt, ſub rixarum velamine ſedem ſuam dimittere: ſi enim Præſulem ſuum populus odio habuerit ex prauis moribus, ex auaritia & flagitioſo ſuæ poteſtatis exercitio, vel quià aſpere indignetur in populos, eorumque cauſas audire recuſet, annon vt ſuæ conſcientiæ leges ſequantur, incompoſitos componere mores ipſi tenentur, immoderatos voluntatis æſtus compeſcere, ab errorum via deflectere, & arctiſſimo charitatis nexu gentes ſibi ſubditas amplexari? non ſedem deponat at aſperitatem, non infulas exuat ſed vitia, nec ſponſæ libellum repudij præſtet, at effrænatos æſtus, quibus miſerè inſeruit, è cordis ſede reijciat; ſi namque regiminis formam immutet, ſeque ad meliorem frugem conuertat, Dei opera, cuius præſidio noſtra bona tribuenda ſunt, ipſi etiam Populi, vt frequentiſſimè docuit experientia, odium in amorem conuertent, in officia rixas, in obſequium furorem.

C

§. IV.

ARdenter Canonum Magiſtri inter ſe decertant, an ad Religioſum Ordinem ſuſcipiendum, vt ibi Diuino obſequio totos ſe mancipent, Epiſcopalem abdicare ſedem deceat: potiſſimi ſunt, qui id inficiantur, & contendunt, numquam licere, vt ſe religioſæ militiæ Sacramento obligent, ab Epiſcopali Sponſa diuortium inſtituere: ex eodem Innocentio Tertio hoc apertè colligitur; ait enim, quod licet Magdalenæ munus ſecurius ſit, vtilius tamen Marthæ exercitium eſt; pulcherrimam quidem eſſe Rachelem, ſed eius pulchritudinem ſuâ fœcunditate à Lia compenſari: nefas igitur eſt, vt fruituri Diuinarum rerum contemplatione, quibus adhuc infulati vacare commode poſſunt, ab animarum regimine ſe ſubducant. c. niſi eum prid. 10. verſ quippe qui de renunc.

D Hac in re ſatis ſe eruditos præſtitere nonnulli è Traiectenſis Vrbis ciuibus: hi namque, vt Surius refert, validiſſimè Sancto Remaclo ſuo Antiſtiti obſtiterunt, ne Epiſcopale munus abijceret, & vt ſe familiæ religioſæ daret, ad quod conficiendum, Theodorum ſpectatiſſimum virum ſibi in ea ſede ſufficere contendebat: nullam ſibi eſſe parem ad id peragendum rationem ei doctè oſtenderunt, eaſque omnes illas cauſas, quas poſtea Pontifex Innocentius in memorato ſuperius Canone explicauit, eruditè illi recenſuerunt. 3.Septemb.

Suffragatus his etiam eſt Sanctus Liberius Pontifex, dum encíclicè ſcribens ſonorè conqueritur, nonnullos dari Epiſcopos, qui *Relinquere velint eas quas tueri debent Eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſſis laborare negligunt ac Monaſteriorum ſe quieti tradere feſtinant*: vt autem cogitationem hanc excutiant, ſumma contentione laborat: ſane facultatem huiuſmodi Humilfrido Morinorum Antiſtiti Nicolaus Pontifex denegauit, licet maximè è Normannorum incurſionibus acerbe vexatus, ex illis procellis ſuæ quietis portum appellere in religioſa familia auidiſſimè exoptaret: potiſſimæ autem rationes, quibus veluti cardinibus inconcuſſis hæc Liber.ep.2. c.Suggeſtũ 4.6.7. q.1.

doctrina conſiſtit, maximæ ſunt, tum Sacrum connubium cum ſua ſede contra- A
D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 4. ctum, tum charitas quà Deo coniungimur, & gentium ſaluti proſpicimus, tum
quià abſolutam virtutum perfectionem Epiſcopi magis quam religioſi viri poſſi-
dent; licet enim ſuæ ſaluti comparandę ſecurior eorum ſtatus quàm illorum ſit, ad
publici tamen boni augmentum ille huic eſt præferendus.

Illuſtria illa verba ſunt, quibus Maurelius Rothomagenſis Antiſtes Anſelmum
Sur. in vit. 21. Apol. tunc ſui aſceterij Archimandritam, & poſtea Cantuarienſem Epiſcopum allocutus
eſt: cum enim hic è diſtractionibus nimijs, quibus ſuum animum illa præfectura
implicabat, ſe ab ea auertere conaretur, obſtitit hic mandauitque, vt ab incepto
deſiſteret; profectò enim, ſic ille, de multis accepi deque alijs oculatus ego vidi,
qui vt ſuæ quieti vacarent, ſacris præfecturis abdicatis, turpi ſocordiæ ſe dantes
in transuerſa ruerunt: vt igitur proſequeretur, ipſi pro ſua poteſtate præcepit, &
ad alia illuſtriora munera efferendum vaticinatus illi eſt.

Hic idem Diuus Anſelmus, cum in hac Cantuarienſi ſede maxima incommo-
da, ærumnas, odia, ipſiusque regis furorem ad Romanæ Religionis Sanctitatem B
tuendam fuiſſet intrepidè diù perpeſſus, tandem vt è tot motibus, & tumultibus
emergeret, Rachelis amplexibus, & Dei voluptatibus allectus validiſſimè ab Vr-
bano Secundo poſtulauit, vt ſuſceptas illi infulas auferret: ſed effici numquam po-
tuit, vt tam inuicto propugnatore ſuam Eccleſiam Pontifex ſpoliaret.

Paſqualis etiam Secundus Hidelberti Cenomanenſis Epiſcopi preces reiecit, qui
Baron. ann. 1107. ſacræ libertatis defenſor fortiſſimus, Henrici Germaniæ Regis iram paſſus Romam
adijt, vt Pontificis authoritate de Epiſcopo ſe Monachum exhiberet.

Haud tamen inficiamur, plura quoque ex aduerſo præſertim è Diuo Petro Da-
miano ſuppeditari virorum Sanctitate Illuſtrium exempla, quibus nefas eſſet re-
fragari, quia hæc de illis habenda fides eſt, vt inſtinctu tantùm Diuino hæc illi
præſtitiſſent, vt in illos populos Deus animaduerteret, qui probatiſſimos Antiſti-
tes ſuos debitâ obſeruantiâ fraudabant: digna tamen hæc ſunt, quæ nos admira-
tione potius, quàm imitatione excipiamus. C

Conforme huic etiam eſt, quod præter Diuum Petrum Damianum, de quo ſu-
ann. 491. petius egi, Purpuratus Sacrorum Annalium ſcriptor de Ioanne Coleniæ in Arme-
nia Antiſtite refert; hic enim in ſuæ ſedis regimine, transacto decennio, ſacras Pa-
læſtinæ oras inuaſurus acceſſit; cum autem nocte quadam Hieroſolymitana in Vr-
be inter vberes fletus Deum exoraret, vt locum eum aperiret, vbi timore omni
ſublato ſuæ ſaluti conſuleret, ſydus in Crucis formam expreſſum ſpectandum ei ſe
dedit, è quo pro luce vox, & verba pro radijs in hunc fere ſenſum erupere, ſi Cæ-
lum aſſequi cupis, ſequere hoc ſydus: alacer hoc ille perfecit, eiuſque ductu ad
Sancti Sabæ Laurum peruenit, vbi ſe tanti moderatoris magiſterio committens,
illique familiæ religioſe cooptatus, ex integerrimi ſilentij cuſtodiâ, cui ſe deuo-
uit, Silentiarius fuit appellatus: eremo forſan colendæ quàm populis excolendis
aptior hic erat: iſti perſimilis Ioannes etiam Aldobrandinus fuit è meis in hac Eu-
gubina ſede præceſſoribus vnus: hic enim diu eius præfectura adminiſtrata, anno
1378. Vrbano Sexto illam reſtituens, ad Diui Dominici religioſas ædes Floren- D
tiam reuerſus eſt, vbi exiguo ab hinc tempore ſanctam Vitam morte peregit: piiſ-
ſimus quoque ſenex tum Neapoli tum Romæ mihi cognitus fuit, qui ex Oratorij
Neapolitani cœtu, quem ſpectatiſſimis moribus, & ſaluberrimis concionibus il-
luſtrabat, ad Larinenſem Epiſcopatum traductus, quieſcere numquam in ſuſcepta
dignitate potuit: nimis enim eius muneris maieſtas cœlique illius inclementia tum
eius valetudini tùm humilitati repugnabant; quapropter facillimè ab Vrbano Octa-
uo Pontifice impetrauit, vt ſua recenti ſponſa dimiſſa veterem ſuam, quam impen-
sè diligebat, Oratorij ſedem cito greſſu repeteret; hanc tamen Pontifex ſapientiſſi-
mus conditionem appoſuit, vt nempe ad Epiſcopalis notæ, ſibi inhærentis argumen-
tum, auream crucem pendentem è pectore præſeferret; Sanctiſſime hic ea, quæ ſu-
perfuit, ætate traducta, tranquilla tandem morte quieuit: quia tamen permoleſ-
tis, & perennibus conſcientiæ ſtimulis de peracta abdicatione vexabatur, denuò
Pontificem adijt, vt eum abſolueret, &, ſi quid lex obſtrinxerit, relaxaret: ex ad-
uerſo eodem ferè tempore contigit, vt illuſtris Dynaſta, quem ſibi tùm è vigilan-

tia

A tia & pietate, tum è liberalitate vtiliſſimum ſibi populi habebant, vt Deo ſe arctius deuoueret, facultatem à Pontifice accepit, qua inſulas exueret, & veſtes religioſas indueret: ſed tepeſcente in dies primo illo pietatis ardore, non eo profectu excelluit, quem ad ſui decus, & ad gentium beneficium collecturum ex eo vnuſquiſque ſperauerat: quis ergo nunc etiam temporis veriſſima non agnouerit, quæ olim Diuus Bernardus Abbati cuidam ſignificauerat, qui vt animum ad religionem excolendam in Hieroſolymitana Vrbe acriùs intenderet, animarum præfecturam deponere moliebatur; leuibus hiſce cogitationibus Dœmonum latere inſidias, & blandò lucis aſpectu ſtygia monſtra celari: *promittit dubia pro certis, immittit etiam vera pro falſis non vt conferat quod fruſtra ſperas, ſed vt auferat quod fructuoſe tenes*: dedi ipſius verba Bernardi: hac de cauſa vſitatiſſimum dictu ſancto Philippo Nerio erat, quod ſicuti commendanda maxime eſt è prauo ſtatu ad probum conuerſio, ſic maturè recogitandus tranſitus eſt, quo quis è probo ſtatu ad alium æquè probum, qui etiam melior videatur, ſe traducat; nulla enim datur viuendi B ratio, quam ſua pericula non obſideant: quapropter iure merito difficillimi Pontifices ſunt, vt huiuſmodi tranſitus approbent, ni cæteroquin ex alijs adiunctis rationibus optimi videantur. epiſt. 82.

Si ergo ad religioſum ordinem ſuſcipiendum, Epiſcopalem dignitatem Pontifici reſtituentes, nec noſtræ vtilitati nec famæ noſtræ conſulimus, quantò periculoſius erit, ſi quis ad alterius, quem ipſe elegerit, beneficium dignitatem dimiſerit, quod ipſiſſimum eſt, ac ſua ſibi opera ſucceſſorem eligere? non ego hic loquar, ſed Theutonicus ille ſacerdos nomine Bruno vir ſpectatæ probitatis: hic, vt Cantipratenſis refert, cùm iam ſenio laboraret, vt Epiſcopalium curarum ſarcina ſe ſubleuaret, & reliquos vitæ dies in religioſa æde tranſigeret, nepoti, quem doctè ſimul & pie ad hoc munus educauerat, parœciam impertiuit, & religioſæ vitæ ſacramenta dixit: eo iam extincto in excolenda parœcia, quam Vicario cuidam commiſerat, ſocordiſſimus Nepos erat; quapropter Bruno ter ei videndum ſe dedit, eique non ſine gemitu ſignificauit, eius negligentiâ ſæuiſſimis ſe inter purgantes C flammas cruciatibus vexari: elato dein pallio, quo videbatur obnubi, flammas eum vndique depaſcentes aperuit: his autem numquam liber euaſit, donec negligentiâ illa dimiſsâ, in ſuo munere exequendo diligentiſſimi munia proſequeretur. l. 1. c. 10. p. 3

Si tamen antequam Antiſtes Epiſcopali Sacerdotio decoraretur, ſe religionis voto obſtrinxiſſet, non tantùm poſſet, ſed omnino deberet dignitatem Sacram exuere, & ordini religioſo ſe dare: licet enim Epiſcopalis vitæ ratio in maiori virtutis perfectione verſetur, adhuc tamen perſoluenda ea promiſſio eſt, quâ ſe Deo ille obligauit: ſic Angelico referente, Epiſcopo Gebennenſi Innocentius idem Tertius reſpondit, licet in id ſcribendo, nominé Eccleſiæ aberrauerit, cum Gratianopolitanum appellet; ſed addit idem ibi Innocentius, ſi iam expleto voto Gebenenſis Collegij ſuffragijs iterum illi ſedi donaretur, poſſet vtique eius electioni hærere, & eius præfecturam ſibi impoſitam excipere: non hæc ab illis diſcrepant, quæ Concilium Conſtantinopolitanum Epiſcopis Trecentis octoginta tribus, Ioannis O- D ctaui Pontificijs Legatis approbantibus ſtatuit, quod ſcilicet, qui Epiſcopatum deponens religioſam viuendi normam iniret, ab Epiſcopali repetenda ſede prohiberetur: hoc enim decretum intelligendum de ijs eſt, qui flagitio aliquo inquinati ab Epiſcopali ſede reiecti, religioſas ſedes adeunt, vt voluntarijs ſupplicijs ſua ſcelera expient: ſecus tamen dicendum eſt de alijs, qui vel pietatis ſtudio, vel perſecutionum vi, vel aëris iniuria, vel ex inſcitia ſacras dignitates abijcientes in ædem religioſam ſe adſcribebant: ſi namque hoc impedimentum defecerit, iterum eligi in Epiſcopos poſſunt, & rurſus à Pontifice confirmari: Canonem illum ſic ad electum Archiepiſcopum Rauennatem Innocentius Tertius ſcribens in Decretali ſua declarat. D. Th. 2. 2. q. 89. ar 5. ad p. c per tuas 10. devoto. act 5. c. poſt tráſ. 8. de renun.

Nec illud extremò reticendum arbitror, quod Epiſcopus, cui iam facultas à Pontifice Eccleſiam dimittendi eſt impertita, haud ab impetrata abdicatione reuocare ſe valet, ne Chriſti Vicarij mentem videatur ſua leuitate deludere: ſic habes ex eodem Innocentio in quadam è ſuis decretalibus; hæc autem licet dum de minoribus Sacerdotijs agitur, ob irrepentes fraudes nequaquam vſum abſtineat, c. quidem de reſign.

de reſig. benef. l. 5. q. 18 num. 43.

neat, adhuc tamen dum de Epiſcopatibus res eſt, in ſuo robore & virtute perſiſtit; ſic è rationibus allatis à Flaminio Pariſio, communi calculo docent Magiſtri A Canonum, & Sixti Quinti ætate exemplum de hoc habitum in Epiſcopo Tropeæ narrat idem Pariſius; pleriſque etiam alijs contigit, vt ex Eccleſiæ abdicatione, tamquam ingentis ſceleris rei acerbiſſimè vexati, velut Titij vulture ſibi adacto, conſcientiæ morſibus angerentur; quapropter ſedulò ſeriòque ante faciendam abdicationem perpendendum cuique eſt, & conſilium à viris pietate doctrinaque ſpectandis de eo perquirendum: immunis inde ab omni perturbatione animus eſſe debet, vireſque etiam & moleſtiæ tranquilla prorſus mente librandæ ſunt, quas abundè vel conſcientia vel ſtygius veterator poſt abdicationem factam Inſinuabit: enumerantur iſtæ à Diuo Petro Damiano, & ad hæc capita rediguntur; quod remiſſi animi fuerit ab eo gradu deficere, vbi gentium beneficio ſuam operam poterat impendere: quod ſuæ inconſtantiæ vitio ſeruo illi inutili ſit comparandus, qui talentum in ſudario celauit, adeoque vt culpæ conſors fuit, ſic particeps pœnæ futurus ſit: quod cæleſtem alijs lauream conceſſerit, quam ſibi poterat promereri: B quod ineptiſſimi ingenij fuerit otio ſe dare, & ſe obſequijs, commodis, & poteſtate habita viduare: quod ſibi commiſſos populos deſerens, eos prodiderit, & materiem gaudij eis præſtiterit, qui odio in eum exardeſcent: quod pergratum ſucceſſori erit, leges à ſe factas vel euertere vel corripere, vt priſtinum eius regimen probris, & vituperationibus habeatur.

Nefas eſſe, ex vna Epiſcopali ſede ad aliam rationibus humanis transferri, & tria profligantur argumenta, quibus id aliquibus probatur. Cap. XXXXIII. C

HOminem vni tantum amando fruendoque Numini natum quis ignoret & in eo tantùm quieſcere, in eo conſiſtere poſſe? quælibet dignitatum faſtigia abiecta & humillima præ illo ſunt; humanum quidem animum occupare hæc poſſunt, implere non poſſunt: quo ad igitur ferri inſtar, quod ſit à magnete contactum, Syderum conditori tamquam ſuo ſideri ſe conuertat, irrequietus agatur oportet, ac ſi mundum incolat leuiſſimo Mercurio compactus: omnium ſuarum cupiditatum in vno Deo metam aſſequi ipſe poſſet, ſed immemor ſui in varia diffunditur, ſibique diuiſus, integer Deo ſiſti non poteſt: egregiè admonentem audi Diuum Cyprianum, *Homo cuius Deus eſt, quid quærat amplius? ſi ſufficit tu Deo, ſufficiat tibi Deus.* hoc grauiter vitio laborare Præſules illi videntur, qui ſuam viuendi rationem dedignati, ſolertiſſimi in hoc tantùm ſunt, vt ex vna ſede ad aliam aduocentur. D

Qui hoc morbo premitur, irrequieto ſpiritu agitur, quo inſtar Euripi fluctuat & curis moleſtijſq; ſemper inuoluitur: ſtatum, in quo verſatur, miſerrimum ei repræſentat, ſuis impar viribus pondus, moleſtos acerboſque Populos, & Vrbem, quam ſortitur moderandam omnino ei ingratam, & incommodam: ab Epiſcopali munere mentem eius hæc cogitatio auertit, animarum ſaluti opportuna officia negligit, odium in reſidentiam acuit; aulæ Romanæ ſe dat, vt quæ apud Pontificem ad ſuam abdicationem impetrandam aguntur, præſentiâ ſuâ foueat, & tum ad digniores alias ſedes acceptandas accurrit, eius ipſius quam fruitur, poſſeſſione indignum ſe oſtendit; nam retia Petri non ad trahendos populos explicat, ſed nobiliores infulas expanſis ambitionis retibus expiſcatur: quid aliud hoc eſt, quàm eidem infortunio ſe ſubijcere, quo olim Epiſcopus quidam laborauit, qui vt ad ſedem Linconienſem è Sancti Vgonis interitu Antiſtite vacuam, ſe è ſuo Epiſcopatu transferret viribus totis incumbens, Sanctiſſimum eum virum ſpectandum ſibi à cælo habuit, qui vehementer eum obiurgans, eò quod non ad populorum vtilitatem

tem

Digitized by Google

A tem, ſed ad ambitionis explendam inſaniam, maiores alias infulas induere medi- Sur. in vit.
taretur, Epiſcopali Lituo, quem manu gerebat, humeros eius ea vi verberauit, vt 17. Sept.
nulla intericcta mora ſpiritum Deo reddiderit. c.90.

A primis vſque fidei naſcentis crepundijs morbus hic Eccleſiæ corpus inceſſit,
ipſorumq. Apoſtolorum Canonem, quem Conſtantinus Cæſar ad Euſebium ſuum
Chronologum ſcribens memorat, habemus, quo illum euertere per ſummam vim Euſeb. in
machinati ſunt: irrito tamen omnia conatu proceſſere: quò enim magis ab inte- vit. Conſtan.
gerrimis Apoſtolorum moribus Antiſtites illi diſcedebant, eò magis ad ſuarum l.3.c.47.
actionum prauitatem, & ambitionem honeſtandam, eo tranſitu vtebantur, quo
Apoſtolorum Coripheus Petrus ex Antiochena Sede ad Alexandrinam, ex Ale-
xandrina ad Romanam mutato gradu proceſſit; quàm profectò hi caligabant: quæ
enim Apoſtolorum Princeps conſilio ſalutari confecit, vt ad nobiles adeò Pro-
uincias ſummis laboribus ſuàque præſentia Chriſti fidem porrigeret, porrectam
firmaret, firmatamque ad Tyrannorum & Principum oculos explicaret, ipſi adhi-
B bebant ad propriæ fortunæ incrementum, ad priuatas opes amplificandas, ad ſu-
perbiam, & ambitionem maiori pompâ excolendam, ſuaſque deſerentes paupe-
res ſedes, opulentiores alias, & illuſtriores alias inquirebant, vt auaritiam & fa-
ſtum redditibus amplioribus ſaginarent.

Quapropter Sanctiſſimi Nicenæ Synodi Patres decreuere, vt Antiſtites, qui ad
alias ſedes tranſitum fecerunt, ad priſtinas ſuas reuerterentur: ſed ad torrentis Conc. Nic.
huius impetum retundendum leuiſſimus hic fuit obex, ea potiſſimum ætate, quâ c.15.
Arianæ Hereſeos adminiſtri Sacris plerumque ſedibus aſſidebant: ex his ſuâ famâ
infamis præ cæteris fuit Euſebius, qui ſuam Beriti Sedem tanquam anguſtum ſui
nominis arcum dedignatus, ad Nicomedienſe ſolium progreſſus eſt, quod pari-
ter inde faſtidiens, ad Conſtantinopolitanam primariam Sedem ſe eligendum cu-
rauit: in eum validè Alexandrina Synodus inſurrexit, Epiſtolam Synodalem ſcri-
bens, vt Diuus Athanaſius narrat, in qua alienæ dignitatis inuaſor, & tanquam
C adulter arguitur, ſuique munere Sacerdotij deturbatur, *Aut ſi vnquam ius Epiſco-* Apolog. 2.
pi habuit, id ipſum neſciat, &c.

Quàpropter cùm poſtea ad Conuentum Sardicenſem cogendum ſimul conue-
nirent Sapientiſſimi fidei Patres, cum Iulij Pontificis Romani Legatis, Oſius celeber- Cōc. Sard.
rimus Cordubæ Antiſtes graſſanti morbo remedium aliquod allaturus ſic eos O- c.1.an.347.
ratoria grauitate allocutus fuit. *Non minus mala conſuetudo, quàm perniciosa cor-*
ruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat Epiſcopo de ſua Ciuitate ad aliam tran-
ſire Ciuitatem: manifeſta eſt enim cauſa, quâ id facere tentant, cum nullus hactenus
inuentus ſit, qui de maiori Ciuitate ad minorem tranſiret: ſuffragati vnanimes ei
Patres omnes reſponderunt, *placet:* vt magis etiam hæc ſanctio roboraretur ſtatuit,
quòd qui leges illas inuertere fuiſſet auſus, non ſolùm Epiſcopale Sacerdotium
exuere cogeretur, ſed ſacros quoſcumque ordines deperderet, & ab ipſa Sacra
Sinaxi remoueretur, abſque eo quòd ne in extremo quidem vitæ articulo parti- ep. 84. c.8.
ceps eius eſſe valeret, cuius exemplo ſanctus Leo poſtea Pontifex adhæſit.

D Sed illud ea ætate viris huiuſmodi accommodari aptiſſime poſſe videtur, quod
de Aſtrologis olim Tacitus ait, *Genus hominum, quod ſemper in Vrbe vetabitur,*
& ſemper retinebitur. eò quarto ſæculo res peruenere, vt aliqui inſidias etiam in
illuſtres Epiſcopos molirentur, vt eorum ſedibus ipſi poſtea donarentur.

Quia verò ſimulatè & callidè aſſerebant, populorum votis eos in Antiſtites ar-
denter optantium obſtari non poſſe vel prouinciarum Epiſcopis, qui eos ad alias
ſedes transferebant, ideo ſubiecto Canone Antiochena Synodus hæc omnia vali-
diùs roborauit, *Epiſcopus ab alia Parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſpon-* Conc. An-
te ſua prorſus inſiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Epiſcopis neceſſitate com- tioch.c.21.
pulſus.

Verùm quià aſperum nimis hoc aliquibus videbatur, Carthaginenſis poſtea Sy-
nodus mitior aliquantulum fuit: ſicut enim ambitionem eiuſq. verſutias deteſtatur,
ſic Epiſcopis eiuſdem Prouinciæ permittit, vt ad populorum vtilitatem & Myſta-
rum preces transferre alios ad ſedes alias valeant, quæ tamen authoritas vni po-
ſtea Pontifici, Deique Vicario meritiſſime fuit adſcripta; *Non enim homo, ſed Deus*
ſeparat

ſeparatisquibus Romanus Pontifex (qui non puri hominis ſed veri Dei vicem gerit in terris) Eccleſiarum neceſſitate vel vtilitate penſatâ, non humana ſed diuina potius auctoritate diſſoluit: ſic Tertius Inoocentius: ad maiorem igitur gentium vtilitatem non ad pleniorem Epiſcopi opulentiam licet Pontifici ex alia ad aliam ſedem, maturâ conſideratione adhibitâ, transferre Hyerarchas, eiuſque ſacri connubij nexus abſoluere, de quo ſuperius capite trigeſimo nono diſſeruimus, aliaque plurima hoc eodem capite diſcutienda ſuperſunt: nec vna fuit Alexandrina Synodus, quæ adulterij notam in huiuſmodi tranſlatione deſignat; Callixtus enim pariter ſupremus Orthodoxæ fidei moderator ad omnes Galliarum Antiſtites ſcribens hoc idem perpendit ratione nuptiarum, quæ Epiſcopum inter, & Eccleſiam intercedunt: *Si ille alteram ſponte duxerit, adulter exiſtimabitur, & communione priuabitur.* A

tit. de tranſ. Epiſc. per tot.

ſ. quart. de 11. de tráſ. Epiſc.

ep. p. c. 3. c ſicut 38. 7. q p

Quin in quâdam è ſuis decretalibus aſſerit, multò difficilius opus eſſe, quòd ſacra hæc connubia, quàm cętera profana diſſoluantur; quapropter cum abſque Sedis Apoſtolicæ facultate ex Ildeſemenſi ſede ad Herbipolenſem migraſſet Antiſtes quidam, Pontifex ſtatuit vtraque eum eſſe ſpoliatum; rationem, quàm in alia decretali explicat, accipe ab ipſo, *Cum ſecundum traditiones canonicas, qui ad maiorem ſe plebem tranſtulerit, a Cathedra repelli debet aliena, & carere propria, vt nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſpreuit, nec illis, quos per auaritiam concupiſcet*: quia tamen facultatem neſcio quam à præceſſore Pontifice ille præferebat, qua permittebatur, vt ad dignitates maiores tranſitum facere poſſet, rurſus decretalem aliam ſcripſit, quâ docet, non idcircò poſſe ad aliam paris dignitatis emigrare: verba, quibus eam exorditur, digniſſima profectò ſunt, quæ ſeriò perpendantur, *Sicut legitimi matrimonij vinculum, quod eſt inter virum & vxorem, homo diſſoluere nequit, Domino dicente in Euangelio. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet: ſic & ſpirituale fœdus coniugij, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in conſecratione intelligitur conſumatum, ſine illius auctoritate ſolui non poteſt, qui ſucceſſor eſt Petro, & Vicarius Ieſu Chriſti.* B C

Cap. inter corp. 2 de tranſl. Præl. vbi gloſſa, & DD.

cap. fin. de tranſ. Præl.

Iure autem meritò decet, vt infauſtis euentibus ſuam abſolui vitam ambitioſæ mentes agnoſcant, & dum vrbium illuſtriorum, populique amplioris præfecturâ nominis pompam, & gloriam principatus amplificare meditantur, illud Salamonis approbantes, *In multitudine populi dignitas Regis*, ignominias, & opprobria offendant, quibus eorum nomen obſcuretur.

Prou. 14. 18

Tam igitur arctus eſt connubij huius nexus, vt ſicut, niſi grauiſſima ratione vrgeatur, à ſuæ Eccleſiæ abdicatione excludit Antiſtitem, vt copioſiùs diximus; ſic à facultate ad aliam migrandi eum remouet, ne adulteri notam ſubeat, animique deprauati ſpecimen ferat, eamque diuini patrocinij virtutem à ſe auertat, quam nuptias primò habens Deus illi promiſerat, vt eam non tanquam ancillam ſeruans, ſed vt ſponſam, non ſuo commodo, & ambitioni, ſed eius amori, & vtilitati inſeruiret: quod ſi Deo ſe Antiſtes pro ſuo populo vadem dedit, abſque Diuinæ voluntatis ſuffragio, quam Dei Vicarius interpretatur, ſe hoc vinculo nequit abſoluere, licet alio obſtringatur: accedere ad ſacras ſedes ei non licet, qui duabus vxoribus profano connubio adhæſit; qui ergo ſacras duas ſponſas habere eidem liceat, niſi magna religionis vtilitas, vel alia neceſſitas, quæ ab Apoſtolica ſede probetur, hoc adſtruat, vt eius opus Diuino Iudici rectum videatur? D

Aliquorum ſententiam adhanc rem Diuus Hyeronimus refert ea verba Apoſtoli recitantium, quibus Epiſcopum eſſe contendit *vnius vxoris virum*, hoc eſt, vt eâ ſponſa, quam Diuino conſilio ſortitus eſt, contentus ad alterius amplexus ſponte non adeat: *Quidam interpretantur vxores pro Eccleſijs, viros pro Epiſcopis debere accipi, & hoc in Nicæna quoque Synodo à Patribus eſſe decretum, ne de alia ad aliam Eccleſiam Epiſcopus transferatur, ne virginalis paupercula ſocietate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus.*

p. Tim. 3. [illegible] ep. ad Oceã.

Non aſtris, at ſtellis comparati in Apocalipſi fuere Antiſtites; errare namque vago gradu non debent, ſed eâdem ſemper ſede conſiſtere, quâ ſemel eos Chriſtiana Religio collocauit.

Letha-

Leihalis culpæ notam in eos Medina, Nauarrus infligunt, qui præ ambitione
A vel præ opum præſtantia ſedes excelſiores aſcendere moliuntur, licet ad eos tam grauiter arguendos mitius Homobonus & Diana procedant; mihi certe obſcurum eſt, quonam pacto excuſari hi valeant, cum duo hæc vitia fœdâ nimis labe munera ſacra deturpent, præterquamquod Angelici Doctoris ſuffragio, & aliorum prior opinio roboratur, & ex eo etiam magis illuſtratur, quod ſuperius in eos ſcripſimus, qui in ſacra munera poſſidenda ambitioſè feruntur.

Quid enim boni referre ad illo valeas, qui ſub Præſulis nomine Mercatoris munus obuelans, dignitates non meretur ſed mercatur; illud equidem ab eo habeas oportet quod de huiuſmodi Antiſtite vaticinatus olim prudentiſſimè fuit Sanctus Gregorius Nazianzenus his verbis, *Tantò grauius malum fuerit, quantò pluribus imperauerit*: ſi vt populorum ſaluti proſpiceret, ſacras ille nuptias iniuit, quorſum voti poſtea compos otio, languore, inertia animum hebetare, niſi quia, *Non bonum opus, ſed bonas opes deſideras*? prima cui ſedes vota non expleuit, nec explebit,
B ſecunda: hoc enim ambitionis potiſſimum vitium eſt, numquam de poſſeſſis acquieſcere, ſed ad alia ſemper maiora auidè anhelare, & ſolum infinito, ſi detur, omnimode ſaturari.

Nauar Miſcell. 41 de orat n. 2. Med in ſum. 1. p. c. 16 nu 2 Homobon. exau Eccl. p. 3. tract. 15. c. 7. q. 2 & reſol 1. Aerian p. 4 tract. 4. in c. 32. & ſequ. orat. 2.

Quæ in nobis à natura deſideria inſeruntur, explentur pariter à natura, ſed quæ vi ambitionis in nobis enaſcuntur, nullo limite definiuntur, cum limite nullo definiatur ea cogitatio, cuius vi pariuntur: *Maiora cupimus, quo maiora habemus; ambitio non patitur quemquam in ea menſura honorum conquieſcere, quæ ſemel fuit adeptus, ſed vltrà ſe cupiditas porrigit, quia non reſpicit ambitio unde venerit, ſed quò vadat.*

Senec. de benef l. 2. cap. 27.

Noſtram etiam aptius ad rem Sanctus Bernardus ad Sauonenſem Hyerarcham ſcribens, ambitionis inexpletam famem explicans ait, *Cum primos gradus meruerint in Eccleſia, non ideo corda quieſcunt duplici ſemper æſtuantia deſiderio, quæ vtique magis ac magis dilatentur in plura, & ad excelſiora ſublimentur*: quid mobiles inſulas decantet Plinius, quid Euripi varios adeo, & mean-
C dricos anfractus Græcia referat? vtrumque ab ambitione repræſentatur, virum inde Sanctus Magiſter calamo exhibet velut in ſcenam, qui per multos agglomeratos honorum gradus ſedi tandem Epiſcopali donetur: quid autem de hoc dixerit, ab ipſo audi? *Factus Epiſcopus, Archiepiſcopus eſſe deſiderat, quo forte adepto, rurſus neſcio quid altius ſomnians, laborioſis itineribus, & ſumptuoſis familiaritatibus. Romanum ſtatuit frequentare palatium, quæſtuoſas ſibi quaſdam exinde comparans amicitias*: elementarem materiam imitantur, quæ poſſeſſæ formæ non acquieſcens, recentem aliam concupiſcit, ex qua facile corrumpitur, & vitiatur: ſed profecto ad cœlum enati cæleſtem imitari materiem deberent, cuius appetentia è ſuæ formæ poſſeſſione ſatis expletur, adeoque nulla cæleſtes ſedes corruptione laborant: quià autem ambitionem qua æſtuant, publicæ ſalutis zelo hi frequenter obuelant, Deique obſequium maius, quàm ſeuera ſit oſtentant, pergit eadem in re Sanctus Præceptor, *Si lucri Spiritualis gratia hæc faciunt, laudandus eſt zelus, ſed præſumptio*
D *corrigenda.*

epiſt. 42.

Præterquamquod non rarò fit, vt qui ad illuſtriorem ſedem migrat, eius maieſtatem, & opulentiam tot rigeſcere moleſtijs, & aculeis cruentari experiatur, eò pondus excreſcere, pullulare angores & tot inter diſcrimina quodam veluti vallo curarum obſideri, vt ad primas appetat reuerti nuptias, & identidem illud Tobiæ vxoris ingeminet, *Sufficiebat nobis paupertas noſtra*: nec leue illud incommodum eſt, quod hac in re Diuo Bernardo conſiderandum occurrit; hoc autem maxime eſt, quod hoc prauum exemplum præbentes Antiſtites ſunt in cauſa, vt alij ſuarum virium imbecillitatem non perpendentes, vt aſpiciunt hos non tantùm ſub impoſita tanti Sacerdotij mole non laborare, ſed ponderoſiorem & moleſtiorem optare, in partem eius ipſi etiam vocari deſiderent, licet illi perferendæ ſint impares, & ſine ingenti populorum pernicie haberi non poſſit, *Videntes quippe illos qui proprios humeros capitæ ſarcinæ ſubmiſerunt, non ſolum non gemere tamquam ſub onere, ſed inſuper appetere plus onerari, non deterrentur periculis, qui cupiditate cæci non vident, ſed fauoribus amplius, quos illis inuident, prouocantur.*

Tob. 5.

§. I. A

VERVM quidem eſt, non ſemper ratione vel ambitionis vel auaritiæ abdicationes huiuſmodi vſurpari, ſed frequenter etiam ad has mutationes habendas vrgentur Antiſtites, vt moleſtias, quibus in ſibi ſubiectis gentibus gubernandis cruciantur, excutiant: illud enim animo perſuaſum habent, alteri addictos ſedi, maiori cum quiete ſui populi commodo profuturos, remotiſque eis difficultatibus, totos ſe tùm Diuinæ Gloriæ, tùm animarum ſaluti dedituros. Diuino inſtinctu ſibi hanc cogitationem inijci viri huiuſmodi arbitantur, ſed profectò aberrant, cum potius ab impatientiæ æſtu pariatur, ſi Boethio credimus ſic alloquenti, *Quis eſt ille tam felix, qui cum dederit impatientiæ manus, ſtatum ſuum mutare non optet:* Diuinæ prouidentiæ munus eſt, voluptatum melle moleſtiarum abſinthium per omnes vitæ rationes immiſcere: Spinis Roſas præcinxit, eodemque in ſolo ſaluberrimis herbis locum dedit & ſimul aconito: hæc ſunt duæ illæ Vrnæ deliciis alia, altera moleſtijs referta, quas ad commentitij Iouis fores locatas cæcus Græciæ vates inſpexit; vel illis, qui ſibimet ipſius viuunt, integra curarum agmina ſuperanda occurrunt, *Quis eſt enim tam compoſitæ felicitatis, vt non aliqua parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur*; quapropter qui in populis gubernandis nulla ſine tempeſtate velificandum arbitratur, profectò caligat, ignorans Epiſcopatum perennem eſſe cruciatum, & incruenti genus Martyrij, vt ſuperiùs enucleatè diſſeruimus: increpare iterùm eos poſſet Lucretius, B

de conſol. Phil. c. 2. proſ. 4.

Hom Iliad. l. vlt.

ibid.

l. 3.

vt nunc plerumque videmus
Quid quiſque velit, neſcire, & quærere ſemper
Commutare locum, quaſi onus deponere poſſit.

Muneris Sanctitati ſanctitas ambitionis reſpondeat: incrementa affectet at virtutum, & pietatis ditiorem opulentiam, clariorem tituli nobilitatem, frequentiorem populi copiam nulla ambitione deſpiciat: nobilitari quidem à ſancto Hyerarcha vulgaris Epiſcopatus poteſt, ſed prauum Antiſtitem nobilis ſedes nobilitare non poteſt, quin imò è ſedis ſplendore magis eius maculæ & vitia eluceſcunt: quàm illuſtribus, quàm opulentis, & aureis Sacris ſedibus Gallia abundat! hac tamen extrema ætate omnium præconia plauſuſque in pauperem Gebennenſem Antiſtitem referuntur, tot alijs nobiliſſimis, & doctiſſimis viris illaudatis. C

Hipponenſem ſedem magis olim Auguſtinus illuſtrauit, quàm Africæ Imperio fuerit olim Carthago commendata: *Nos qui præſumus, non ex loco vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus, nec urbium claritate, ſed fidei puritate.* ſic Magnus Gregorius.

c. nos præſum. 40. dixt.

Hinc autem fit, vt proximè ſignificaui, quòd frequentiſſime maioribus implicentur difficultatibus in nouo ſuſcepto regimine, quàm fuerint in veteri irretiti, adeo vt aptiſſimè ad eos ille ſpectet apologus, quo iumentum fingitur varios immutans Dominos, peiores ſibi ſemper inueniſſe; dum enim olitori inſeruiret de tenui victu laboreque immani conquerebatur, figulo inde venditum ad lutea perferenda onera ſe deſtinari acerbiùs ingemebat; è figuli officina ad fullonis coriarij manus progreſſum, miſerrimum ſe eſſe dictitabat, cum inter fraternas, & conſanguineas pelles ſordeſcere cogeretur: quapropter ad priſtinam ſedem reuerti ardenter optabat: ipſiſſimum ferè dixerim hoc eſt, quod non raro Præſulibus contigit, cùm ſuas Epiſcopales ſedes immutant: ex his non paucos compellare ego poſſem, & ex amicis meis non neminem, niſi debita eis à me reuerentia eorum nomen obuelaret: hi enim dum toti ſunt, vt ſaxa confragoſa Charybdium euitent, in Scyllæ tempeſtates incurrunt, ibique naufragio perierint, vbi velut in portu quieſcere meditabantur. Præſules enim quò maiori ſtudio quietem per lubricas vias inquirunt, eò magis ab ea diſcedunt, & ex eorum numero videntur de quibus Seneca, *Tot millia hominum inquieta, qui vt aliqui peſtiferi conſequantur per mala nituntur in malum:* comparantur hi à Plutarcho illis, qui naui aliqua per mare vecti, decumanis fluctibus acti concuſſam, & fluctuantem aſpicientes nauim, migrare ad aliam ſtudioſè contendunt, ſibi animo reputantes, quod vel validiùs in tempeſtates in- D

Senec. ep. 118.

ſtructa

A ſtructa fuerit, vel in eam non tanto impetu, procella deſæuiat; ſi autem voti compotes eſſent, vtique experientia dignoſcerent, in omnia nauigia furore pari pelagus inſanire: AEgrotis conferre hos etiam liceat, qui vt morbi rabiem aliquatenus alleuent, lectum identidem immutant, ſed cùm viſcerum fibris inſita febris ſit, vbicumque fuerint, eodem ſemper igne torquentur.

Nos ipſos, noſtrarumque affectionum æſtus vbique geſtamus: Sapientiores eſſemus, ſi non ſtatas ſedes, ſed faciles mentes mutaremus; ideò autem alienæ appetimus, quia ſpeciem aliquam boni in eis effulgentem amamus, & præſentes nobis moleſtias acerbo nimis animo excipimus, & ſeruamus: quàm egregiè hoc ipſum Lyricus nobis vates expreſſit. 1.p.epod.14

Rure ego viuentem tu dicis in Vrbe beatum,
Cui placet alterius: ſua nimirum eſt odio ſors,
Stultus vterque locum immeritum cauſatur inique:

B Satis quidem nos temporum vices affligunt, ſatis fortunæ motus & temporum, eatumque vertigines: quid ergo alia, vt magis cruciemus, appetimus? quælibet mutatio, ait Philoſophus, habet aliquid de non eſſe: ne ergo nos eò noſtra mens amens perducat, vt nihilo proximiores ſiamus: non rarò cæli inclementiam damnamus, populorum mores arguimus, dum morbi ius è nobis prodit, regnat in nobis: nos ipſos cenſoriâ virga notemus, qui noſtro genio indulgentes, ea ſupremi Paſtoris amore perpeti recuſamus, quæ potiſſimè ſpectant ad paſtorem: quàm vtiliùs, & ſalutariùs, cum nobis, tum populis eſſet, ſi non ſedibus, at animis immutatis, non vrbes alias, ſed mores alios excolamus: *Quid prodeſt mare traijcere, & vrbes mutare? ſi vis iſta, quibus vrgeris, effugere, non alibi ſis oportet, ſed alius.* ſic Seneca. ep. 104.

Ad hoc roborandum luculentiſſimum præſtitit Sacræ fortitudinis exemplum Franciſcus Saleſius, ad Epiſcopalem dignitatem illuſtrandam orbi natus: hic enim Gebennenſis Epiſcopi Coadiutor, & futurus in eadem ſede ſucceſſor, cùm C Pariſijs verſaretur, ſuæ ſapientiæ, pietatiſque fulgore, non totius Aulæ ſolum, ſed ipſius Henrici Quarti amorem ſibi compararat, vt enixè fuerit eum tantus Rex deprecatus, vt diuite priuâ cenſu ſtatuto ibi degeret, quoadusque ad illuſtrem aliquam è Gallici Regni ſedibus eum efferret: quid ad hoc vir Sanctus? inuictus repulit, quæ regia benignitas exhibebat, non cenſus, non pompam, non titulos affectans, ſed vni populorum ſaluti Deique gloriæ ſtudens, quæ primo deſponſata ei fuerat, Gebennenſi Eccleſiæ conſtanter adhæſit, licet tenui dote diues, laboribus, & curis ingentibus premeretur.

Nec illaudatum hic omiſerim Rhegienſem Archiepiſcopum de Afflictis, qui cùm regio nomine, tum Senatus & populi ſuffragijs ad Meſſanenſem ſedem vocatus, nulla vi fieri potuit, vt à ſua prima ſede diſcederet, licet duo qui ad eum Meſſanâ acceſſerant Proceres, validiſſima rationum & precum vi vterentur, quin eis reſpondit, ipſammet Meſſanenſis Sedis opulentiam, quam tàm magnificè commendabant, eſſe in cauſa, cur eâ neglectâ, Rhegienſi ſuâ conſtantiſſimè frueretur; illud deD mum addidit, nullam ſibi eſſe rationem, qua conſcientiæ angores de ſponſa immutata poſſet vnquam extinguere; ſic eos dimittens in hæc erupit, *hic habitabo, quoniam elegi eam.*

§. II.

EX alia ratione frequentiſſimè vidi, vires omnes à nonnullis ad Sedes Epiſcopales immutandas exeri, vt nempè ad ſuæ patriæ ſedem implendam progrediantur: cupiditatem hanc fucatis coloribus Dæmon eis exornat, amorem exhibens, quo patriam primum proſequi nos debemus, omneſque in eam, quas liceat, vtilitates refundere: compoſitæ enim caritatis lex ea videtur, vt quæ alijs tùm ex opibus erogatis, tùm è muneribus impertitis bona concedimus, noſtris potius conciuibus ſint primariò concedenda, *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Luc.4.23.

D.Th. 2.2. q.101. Naturam non deſtrui, ſed perfici à gratia Theologiæ Magiſtri docent; quapro- A
pter cum erga patriam & conſanguineos amor naturæ magiſterio in nobis ipſis in-
ſinuetur, Diuinis amoris legibus non videtur excludendus: quapropter, ſi Deum
exceperis, primò nobis patria, & parentes amandi ſunt, quorum operâ tùm ſpi-
ritum tum educationem excepimus, & hoc ad pietatem ſpectare docet Angelicus:
eodem igitur vitio laborat, qui patriæ immemor eſt, ac qui parentis deſertor, ip-
ſique Bianti è ſeptem Græciæ Sapientibus vni vſitatum dictu erat, eadem plane
menſura damnandum, qui neglecta patriâ in exteros beneficus eſſet, ac qui pro-
prium ſolum omittens, alienum tantum colere omni ſtudio conaretur.

Verùm ſi hæc, quæ tam magnificè iactantur ad Sanctuarij lancem ponderentur,
nullum Charitatis pondus habebunt, & ſui ſolùm cœco amore graueſcent: ſi Ly-
dio veritatis lapide iſta probauerimus, nobis innoteſcet, non aurum ſed plum-
bum illis ineſſe, vanas ſcilicet cupiditates, quibus nepotum incrementa, ſuorum
blanditias, patriæ obſequia, auide nimis, & inſolenter affectant: quapropter iu-
re merito Cardinalis Bellarminus, cuius memoriam cum beneuolentia frequen- B
In vit. Bell. c.37. tiſſimè vſurpamus, cum rei domeſticæ præfectus nomine Petrus eum hortaretur,
vt omiſſa Sede Capuana, cuius cœlum inclemens, & aſperum illi erat, Sedem aliam
impetraret, reſpondiſſe fertur, *O Petre, caro, & ſanguis reuelauit tibi.*

Sed plura adhuc conſideranda hac in re ſuperſunt; ſicut enim ratio hæc nulla
lege commendabilis eſt; ſic nullâ grauiori poteſt pœna puniri, quàm ſi ſuam cu-
piditatem expleuerit; cœli videtur beneficium at reuera ſupplicium eſt: ſi namque
vbique locorum tot curis, aculeis, & periculis Epiſcopale munus obſidetur, vt
diximus, multò vberiora hæc omnia in patria congeruntur; patriæ quidem nos ob-
ſtringimur, ſed illa æquè vt mater obſtringitur nobis vt filijs, adeo vt præ omni-
bus exteris amorem ſuum debeat nobis impendere: ex quo Philoſophi rationem
colligunt, cuius vi tellus in herbis illis educendis, & educandis, quæ naturali vir-
tute in ea egerminant, feracior, & facilior fit, quàm in illis, quæ ex alieno ſolo
illuc transferuntur, adeò vt perenni labore in illis euellendis hortorum cultor exu- C
det, cùm èconrà tota diligentia in eis excolendis vtatur, ne pereant, & exareſ-
cant, quas tellus aliena conceſſit; verumtamen hominum improbitas efficit, vt
frequentiſſimè illud accidat; quod ſapientia Chriſti Seruatoris admonuit, *Nemo*
Luc.4.24. *Propheta acceptus eſt in patria ſua*: innata quadam propenſione, è conciuium ſuo-
rum felicitate, moleſtia potius afficiuntur homines, qui ea potius delectari debe-
rent; eorum magnitudo ſuam abiectionem increpare quodammodo eis videtur,
eorum lucem liuido oculo ſpectant, ac ſi ſuum lumen obſcurent, qua plane ratio-
ibid. ne verba ſuperius è Sacro interprete allata Diuus Hieronymus confirmat, *Quod*
propemodum naturale ſit Ciues ſemper Ciuibus inuidere; non enim conſiderant præſen-
tia viri opera, ſed fragilis recordantur infantiæ, quaſi non & ipſi per eoſdem ætatum
gradus ad maturam ætatem venerint, hinc igitur eſt, vt eorum dominatum effu-
giant, qui vel ſibi pares vel ſe minores agnouerunt; ſeruitutis ſpecimen credunt
obſequium, quod eis præſtare tenentur, & ſuo probro ducunt laudes, quibus eo-
rum nomen effertur: clariſſima eorum opera verbis obfuſcant atque vt eorum lu- D
cra diminuant, & ſuam iacturam aliquo modo redimant, cenſoria virga caſtigant;
quàm illi ad infulati conciuis aſpectum cruciantur, non tantùm ad imperium, ſed
ne quidem ad ſalutationis officia beneuolas aures præſtant, ad leuem eorum vo-
cem ſibi vim credunt inferre, & ad quodcunque licet tenue præceptum eorum ty-
rannidem execrantur, & ſuam conqueruntur ſeruitutem: propinquis ipſis, quis
credat? eorum gloria pœna eſt: *Inter ſuos poſſe, morſus eſt, adinatio eſt inter ciues*
ſerm.48. in fin. *eminere, proximus proximorum vrit gloria, propinque propinqui, ſi honorem debeant,*
computant ſeruitutem dedi. Chriſologum.

Ioſephi principatus vel inter ſomnia aſpectus annon ad vitæ periculum eum ad-
duxit? cum Deus Moyſen elegit ſui Legati vices ad Pharaonem, & ad Hebræam
gentem acturum, partes ad regem faciendas promptus excepit, ſed eas detrecta-
uit, quas ad populum faciendas Deus illi mandabant; *Non credent mihi neque au-*
Exod.4.1. *dient vocem meam*: maioris momenti ſe fore apud Regem cultorem Idolorum æſti-
mabat, quàm apud ſuos: vim & potentiam ferociſſimi Regis haud quaquam for-

A midabar, ſed amicorum inuidiam, & propinquiorum odium timebat, vt Pharao-
nis violentiam oppugnaret, cumque è ſede Regia deturbarèt, ſe promptiſſimum
præſtitit, ſed ne populo, quem libertate donaturus erat, exoſus eſſet, maxime ve-
rebatur: audi iam Euſebium hæc ingenioſe perpendentem, *Moyſes quantum ad li-
bertatem Iſraelis ex Ægypto pertinebat, prompto animo mandatum Dei non recuſa-
bat, quantùm vero ad populi ſui perſuaſionem id inuitus recuſabat.*

Præterquam quod in more hominum eſt, vt exteros potius licet notæ mediocris
viros, quàm conciues maiori pretio habeant: florum herbarumque germina, quæ
Indicis ex oris ad nos aſportantur, pretioſiſſima nobis ſunt; licet illis pretioſiora
è noſtris viridarijs babeamus: pretium illis nouitas facit, quæ cæteroquin ſi noſtro
germinarent è ſolo, pede iniurio premerentur: exteros magis medicos quàm
noſtrates nobiliori loco habemus, *Alienum amamus, proximum contemnimus* ſic lib. 3.
apud Atheneum Alexi Pſittaci apologo hæc nobis veteres explicarunt: hic enim
noſtrates ad oras ex Orientis Regionibus adductus carceri datus eſt ex ebeno com-
B pacto argenteis reticulis intexto, ſelectiſque dapibus enutritus: ad hæc tam blandi
amoris argumenta Pſittacus obſtupeſcens hiabat, ſed illud à Turture audiuit,
non ei admirationis hæc fore, ſiquidem iam vſus obtinuit, vt paterno in ſolo deſ-
piciantur omnia, ſed omnia, ſi peregrina fuerint, ſuſpiciantur; Dei ipſius impe-
rio Iudeæ ſolium Saul aſcendit, Samuel Dei vate admonente totoque populo ſuf-
fragante: eius electio ſortilegio commiſſa fuit, beneficium ſortis in Saul illabitur,
perquiritur, & vbi latebat, non ſine labore reperitur? quis in eo eligendo Dei con-
ſilium ignoraret, & tamen eò quod ſub priuati viri ſpecie prius eum agnouerint
filij Belial dixerunt Num ſaluare nos poterit iſte, & deſpexerunt eum: quæ nam Iſu- 1. Reg. 10. 27.
dum tributa à Populis, quibus perficiuntur, conciues exigunt? negliguntur, dam-
nantur.

Sciat igitur, Theophilacto docente, electus Antiſtes, nullum ſibi beneuolen-
tiæ, & gloriæ locum in patria dari, quo cæteroquin extra patriam frueretur, *Con-* in Luc. 13.
C *ſueuimus contemnere quæ valde familiaria ſunt, ſemper magis attendentes alienis &
inſolitis*: ex quo etiam oritur, vt inutilior in patria ſit labor Antiſtitum, eoſque
fructus non ferat, quos alibi fœcundior protuliſſet, vt etiam optimè Sanctus Cy-
rillus, *Prædicatio ibi fructum facere non poteſt, vbi prædicator contemnitur.*

Ipſemet Beatus Petrus Damianus tantæ Sanctitatis gloria inclytus, tantæ Sapien- lib. 5. ep. 11.
tiæ lumine ſpectatiſſimus, vt ex eius monumentis litterarijs patet, fatetur nullo ſe
pretio habitum Rauennæ, quæ patria eius erat, nulloque ibi profectum ſuam ope-
ram impendiſſe, cum ècontra multiplices & ingentes fructus fuerint, quos inter
vnius Eugubinæ Diœceſeos fines, eius Eremus, quæ Auellanæ dicitur, vbere ſe-
gete colligebat.

Verum quid Sanctos Viros hic proferam, ſi Sanctorum ipſe ductor & Magiſter
ipſe Sanctitatis, in paterno Nazareth ſolo deſpectus adeò fuit, vt Diuus Marcus
dixerit, *Non poterat ibi virtutem vllam facere?* non poterat; hoc eſt nolebat, nec
enim pretium operis ducebat, in inuidos, ingratos, peruerſoſque conciues ſuæ
D theſauros benignitatis effundere, adeòque addidit, *Et mirabantur propter incre-* Marc. 6. 5.
dulitatem eorum; omnes vndique vrbes agminatim ad eius obſequia fide duce ad-
uolabant, ſed inter exterorum honores ſua patria adeo eum dehonorabat, vt admi-
rationem ipſimet Deo inferret: beneficam eius dextram ſuæ patriæ peruerſitas ob-
ſtringebat, ne ad eius vtilitatem opera admiranda, quibus alibi affluebat, exhi-
beret: rationem de hoc habes à Victore Antiocheno ea Diui Scriptoris verba ex- ibid.
plicanti, *Quia enim ad impetrandam ſanitatem vtrumque coire debet nimirum eorum
qui cura egent fides, & illius rurſum qui curaturus eſt virtus; ſi alterum horum de-
fuerit, non temerè ſanitatis beneficium obueniet*: populorum omnium ore Iudeæ Rex
& promiſſus Abrahæ Deus ſalutatur, ſed negligitur à ſuis, & verbis ad contume-
liam compoſitis, per iocum & dedecus illuditur, *Nonne hic eſt filius Ioſeph? nonne* Luc. 4.
hic eſt fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria? & frater eius Iacobus & Ioannes Matth. 13.
*& Simon, & Iudas, & ſorores eius apud nos ſunt? Vnde ergo huic ſapientia, & vir-
tutes, vnde ei omnia iſta, & ſcandalizabantur in eo*: quid autem ex his? *& ſcanda-
lizabantur in eo*: obſtupeſcere potius ex illis, & admirari debebant, & hæc animo

phi-

philoſophantæ deducere, ergo eius ſapientia, eius potentia non ad humanas referenda vires eſt, ſed ad Diuinam poteſtatem; verùm ad hæc caligantes in eius operibus ſcandalum patiebantur; adeò inuidentiæ nubes oculum eorum obduxit, vt iubar Sanctuaris, quæ, teſte Diuo Hyeronimo, eius vultum irradiabat, ignesque in c.9 & 12 Matth. faces in animos inferebat, eorum oculos non attingeret; *Certè fulgor ipſe & maieſtas Diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex prima ad ſe venientes trahere poterat aſpectu*: an igitur propitio nos curſu inceſſuros in patriâ ſperamus, qui homunculi ſumus, omnique animi bono deſtituti? A

Neque hic ſuſpiciones omiſerim, in quas conciuium animi temerè ſe effundunt: quàm facile hi pronunciabunt, omnia Epiſcopum rerum ſuarum incremento veluti Lesbia regula metiri: ad conſanguineorum arbitrium beneficas manus vel reſerare vel claudere, in ſupplicijs inferendis priuatis rationibus agi, nepotum licentiam ſua authoritate foueri: pergamus vlterius & perpendamus, omnem operam à Conſanguineis inſumendam, vt ſuis in rebus eum irretiant, ſuis ſemper moleſtijs, neceſſitatibus, precibus eius aures occupabunt, iniqua ab eo extorquere beneficia contendent, & quæ ipſis negantur munera, ab eis veluti aperto furto rapi æſtimabunt: annon ad hæc omnia labyrintheis ſe implicari cognoſcet ambagibus, ſe populorum vtilitati inutilem ſentiet, Deo non gratum, populis deſpicabilem, ſibique ipſi moleſtum, illud demum veritati conſonum eſſe pronunciabit, quod Philo ſermonem Iacob cum Ioſepho deſcribens ait, cum eum ad ſua ſomnia reticenda admoneret, *Nam ſperare & expectare Principatum inter domeſticos, res abominanda eſt, me iudice, nec aliter iudicare cæteros puto, quibus æqualitatis & cognationis iura nota ſunt*: mihi certè non pauci innoteſcunt, qui fuerunt ſuæ patriæ Epiſcopi, ex eis tamen nec vnus, qui ſuo populo gratus ibi vitam traduxerit. B

Sanæ igitur vir mentis erit, qui ſuis conciuibus præfici recuſauerit, qui profanis hominibus hos patriæ amores, has conſanguineorum illecebras concedens, ſuæ tantum laudi duxerit cœleſti patriæ adhærere, & ad illam vota ſua, ſuam orat. 18. mentem, ſuas cogitationes efferre, vbique ſe peregrinum agnoſcens, *Magnis & excelſis viris patria eſt nempe Hieruſalem, quæ mente percipitur non &c. quas hic anguſtis finibus circumſcriptas eſſe atque ab alijs aliiſque hominibus ſubinde incoli videmus*, ſic habes à Nazianzeno Gregorio: vberius inter iſta verſari operæ pretium duxi, eo quòd in hos illidere ſcopulos Nauarchos peritiſſimos non rarenter aſpexerim; pro reſponſione hoc etiam ſit illis, qui me olim arguerunt, eò quòd ad Aſſiſienſem ſedem fortiter migrare conſtantiſſimus recuſauerim, licet enixis me precibus, tùm Baglionius eius vrbis Epiſcopus, tum plures ex eiuſdem patritijs ad hoc agendum impellerent, cùm, licet Romæ natus, educationem in ea Vrbe ſuſceperim: ex his igitur apertum cuique erit, me non è torpore in patria amanda, non ex ambitione Eugubinam Sedem Aſſiſienſi Illuſtriorem mihi retinendi, tàm conſtanter ab illa me remouiſſe, ſed è cupiditate tantùm, quà tenebar, tum vt ſacrum hoc diuortium euitarem, tùm ne mihi dedecus, & moleſtiam pararem, ſed illud præcipuè animo volutabam, ne à Dei voluntate diſcederem, eiuſque patrocinio me ſpoliarem, quo multo vberiùs extrà patriam meæ ſaluti proſpectum D exiſtimabam.

Recenſentur cauſæ, quibus ex vna ad aliam ſedem migrare aliquando liceat.

Cap. XXXXVI.

EX vna ad aliam ſedem nulla propoſita ratione procedere iam ſuperiùs, ni fallor, oſtendimus non licere; ſupereſt iam, vt rationes, quibus hoc idem ritè iuſtèq; fieri poſſit, explicemus: nihil enim inter mundanas rerum vices datur, quod ſi ea, quæ circumſtant immutentur, non pariter immutetur, legeſque omnes pari conuerſione perturbet.

Tres

Tres illæ igitur ſunt, quibus Pontifex Antherus ad Toletanæ & Prouinciæ Epiſ-
A copos Enciclicè ſcribens, iuſtam rectamque ex vna ſede ad aliam fieri poſſe mi-
grationem affirmat; hæ ſcilicet ſunt, vel ſi Epiſcopus ſua de ſede expellatur, vel
ſi neceſſitate aliqua ingenti ad hoc impellatur, vel demùm ſi non ſponte, ſed alie-
na operâ ad populi vtilitatem hoc ipſe conficiat: *Non ambitu, nec propria volun-
tate, ſed aut vi de propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut vtilitate loci aut
populi non ſuperbe, ſed humiliter ab alijs translatus, & inthronizatus*: ratio tamen
qua hæc innituntur, ex Epiſtola deſumitur, qua Pelagius Secundus Diui Gregorij
præceſſor aſſerit, quod ſi hæc contigerint, *non ipſi ciuitates mutant, ſed mutantur*;
Epiſtolam hanc mutilam & diminutam in Vaticana Bibliotheca ſeruari docet Car-
dinalis Baronius, qui eam recitat, & Gratianus inter Canones inſeruit.

Anther. ep. 7. c. Mutationes 34. 7 q. 1 p.

Ann. 509. num 8. c. Scias 35. 7. qu. p.

Iam quod ad primam cauſam ſpectat, plura non deſunt è ſacris monimentis
exempla, quibus narratur, non paucos fuiſſe Epiſcopos, qui ſæuientium Græco-
rum Cæſarum vi, cum ſuis è ſedibus amandarentur, vel eò quod Ciuitates, qui-
B bus præerant, in fidei hoſtium manus perueniſſent, ad alias ſedes migrauere; ad
iſtas autem mutationes ſtatuendas vtpote Sacris Canonum legibus non parum
aduerſas, adeo lentè cautèque ſe gerebat Diuus Gregorius, vt cum Liſſe Vrbs ho-
ſtili fuerit impete occupata, ad Scillitanam ſedem eo tempore vacuam implendam,
Antiſtitem tranſtulit, non ea quidem lege, vt conſtanti perpetuoque diuortio ab
Liſſitana Sponſa diuideretur, ſed ea conditione, vt Scillitanæ ſedis tantum admi-
ſtrator, niſi expulſis hoſtibus ſuæ poteſtati Liſſa ſe redderet, ad huius regimen reuer-
teretur, *Te Ioannem ab hoſtibus captiuitata Liſſitana Ciuitatis in Scyllitana Eccleſia
Cardinalem neceſſe duximus conſtituere Sacerdotem*: ſed aduertenda ratio eſt, quà ſe
fuiſſe actum aſſerit ad eum alia ſede donandum, non quidem, vt opulentiori cenſu
eum ditaret, ſed *Vt ſusceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis
impleas, & licet à tua Eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam quæ paſtore vacat,
debes gubernare: Ita tamen, vt ſi Ciuitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & Domi-
no protegente ad priorem ſtatum contigerit reuocari, ad eam in quâ prius ordinatus es,
C Eccleſiam reuertaris, &c.*

D. Greg. ep. 25. l. 2. c. paſt. 41. 7 qu. p.

Huc etiam aeris inclementia referri poteſt, quâ valetudo Præſulis adeo grauiter
affligetur, vt ad omnia exercenda munera inutilis degere cogatur in lecto; perin-
de enim videtur eſſe, ſi vel hominum nequitia vel morbi prauitate eijciaris: id cir-
co ad Syracuſanum Antiſtitem Diuus Gregorius ſcribens ei præcepit, vt ad aliam
ſedem migraret & frequentiſſimè ſuæ benignitatis ſtudio Apoſtolica ſedes eandem
hanc facultatem impertit, priores huius ſacri connubij nexus, vt mater benigna
diſſoluens, *Non humanâ ſed potius diuinâ poteſtate*, vt in duabus è ſuis decretali-
bus Innocentius Pontifex ſtatuit.

ep. 34. l. 12. c. quorundam 6. 74. dixt. c. 2 & 3. de tranſl. piſc. Matth. 10. 23.

Quod ſecundo loco de perſecutionibus affertur ità intelligendum eſt, vt illæ pu-
blico ex odio prouenerint, vel illas Principes, & Dynaſtæ excitarent, qui vel qua-
dam mentis inſania Antiſtitem odio habeant, vel quia indignantur, ſuis eum le-
gibus iniquis obſtare, potentiam pietate retundere, animique impauida fortitudine
D ſacra iura tueri; ſi hæc & ſimilia contigerint, post multa experimenta quæ ad ...
tum æſtus ſedandos, temperandoſque ſuauiter animos adhibita fuerint, ſi ... -
ces in eius odio perſtiterint, omneſque leges fugiat improbitas, ipſe ... ſuper... nos
Cœli magiſter alibi docet, *Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in
aliam*.

Licet autem in hoc rerum articulo commendanda ſit fuga, (de quo in tertia o-
peris parte agetur) vberiùs non tamen ſuam ſedem omittere, alterique ſe dare
fas eſt, ſi ex huiuſmodi tranſmigratione vel fidei integritas, vel Chriſtianæ Religio-
nis authoritas aliquod poſſit ſubire diſcrimen: Arrianorum quidem odium fugiens
Sanctus Athanaſius declinauit: verùm ſicut plures Vrbes ſuis virtutibus conſecra-
uit, ſic pariter niſi in ſua Alexandrina ſede retinenda fortiſſimum in hoſtes ſe præ-
ſtitiſſet, per Orientem totum, ſuos porrexiſſet hæreſis Arriana triumphos, & Ver-
bum tamquam Patre minus per ſummam iniuriam obſcuraſſet: fuga victoriam
peperit, & fortitudine, quâ ſponſam ſeruauit, hæreſes euertit, religionem coro-
nauit: ſic pariter fugiens & exul ſuam ſibi ſponſam retinuit Diuus Thomas Can-
tuariæ

tuariæ Archiepiſcopus, ne alteri tradita, qui Deo Regem præponeret, Diuina iura corruerent, & peſſum iret ſacra libertas. A

Verum ſi ex aduerſo tùm publicæ quieti, tum populorum ſaluti conducere Antiſtitis mutatio videtur, non tantùm licet, ſed fere neceſſe eſt, vt fiat, dummodo tamen cogitatione ad Deum directâ, non illam vel ſuæ voluntati vel ſuæ rei tribuat, ſed alienis tantum monitis, & potiſſimum ſupremi Pontificis arbitrio: ſic ad omnes Galliæ Antiſtites encyclicè ſcribens Sanctus Callixtus ſtatuit; poſtquam enim docuerit, nefas Antiſtiti eſſe, vt à Sponſa ſua recedat alteri deſponſandus, hæc addit, *Si autem perſecutus fuerit in ſua Eccleſia, fugiendum illi eſt ad alteram, eique eſt aſſociandus dicente Domino, Si vos perſecuti fuerit in vna Ciuitate, fugite in aliam.*

epiſt. 2. c. 3. c. ſicut 39. 7. q. 1.

Huic etiam Pelagius Secundus adhæſit in Epiſtola Decretali, quam inter Canones Gratianus affert; in hac enim, vt ab eis ſcrupulos omnes adimat, qui ſede Romanâ annuente à priori ſponſa diſcedunt, in eos culpam omnem & quidem ingentem refert, qui ad tam triſte diuortium faciendum ſuis illos inſectationibus cogunt, *Qui autem perſequuntur Domini Epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt, non eos tantum perſequuntur, quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur, nec ipſi in hoc peccant Epiſcopi, quoniam non ſponte, ſed coactè hoc agunt, ſed illi, qui eos perſequuntur, nec ipſis Epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt.* B

c. Omnis 1617. q. 1.

Haud tamen graui abſque de cauſa vllum Antiſtitem cogere Pontifici licet, vt ex vnà ad aliam ſedem accedat; ſic Canonum Magiſtri docent, & Romana Rota pronunciauit; multo autem minus id liceat, ſi odia in eum Antiſtitem prouenirent, ex eo quod fortiter res Sacras propugnauerit; licet enim ad bonum, & tranquillitatem illius ſedis ea migratio valde conduceret, noxia tamen, & pernicioſa vniuerſæ Religioni eſſet, eò quod remiſſiores animo Præſules fierent in propugnandis libertatis Chriſtianæ legibus, cum earum propugnatores non præmijs decorari, at ſupplicijs plecti ſpectarent: quapropter cum, imperante Paulo Quinto, contigiſſet, cò diſſenſionum Lucenſem Epiſcopum Guidicionium cum Republica Lucenſi deueniſſe, vt quindecim annorum ſpatio ab ea cogeretur abeſſe, & hoc idem poſteà, Vrbano Octauo regnante, Parmenſis Epiſcopus Cornazzanus Parmæ ſortiretur, licet vt æſtus illos ebullientium diſſentionium componerent Pontifices illi ſapientiſſimi, ad alias ſedes eos transferre omni ſtudio conarentur: quia tamen conſtantiſſimè illi ſedibus ſuis immorari voluerunt, ne ex illis viderentur eiecti, ſuam authoritatem exerere noluerunt, nec eos ad alias inſulas transferendos inuitos ritè exiſtimarunt: an autem ad Dei conſpectum benè, an prauè Præſules illi ſe geſſerint, cum tàm fortiter ſuis cogitationibus indulgerent, & Pontificum operam eis oblatam reſpuerent, non eſt, cur hic ego definiam. C

Abb. in c. tua nobis confirm. vtili vel inutili. Alzed de Ep. ſt. c. 8. num. 40. Rot decif. 278 n. 7. p. 2

Si autem iuſta aliqua de cauſa, quam eius Præſulis vitia dederint, hoc faciendum eſt, poſſet quidem vel inuito & reluctante ipſo, ad aliam ſedem à Pontifice tranſmitti, vt communi calculo Canonum Præceptores affirmant, qui etiam ſcandali quod Præſul dederit exemplum afferunt, ſicutenim, vt dictum eſt, ratione ſcandali ad abdicationem faciendam poteſt ille cogi, ſic ad ſedis immutationem cogi poſſe pariter aſſeuerant. D

apud Pariſ. de reſign. l. 3. q 18. num. 14.

§. I.

TErtiam extremamque aggrediamur rationem, quæ ad vberius Eccleſiæ bonum, Deique maius obſequium ſpectat; in hoc enim euento Sanctorum Apoſtolorum mens fuit, vt è Canone, quem memorauimus conſtat, vt ad aliam ſedem transferatur Antiſtes: ſuo ad id exemplo Apoſtolorum Princeps præiuit; Antiochena etenim ſede omiſſa, Romam Mundi Caput & Imperij ſedem acceſſit, vt Sanctitatis, & doctrinæ fulgoribus ad Chriſtianæ fidei lucem, è ſuperſtitionum tenebris illam educeret, totamque in occidui Mundi partem ſplendidum Chriſti nomen ex illo Mundi vertice deriuaret; eodem titulo (ſic Antherus Pontifex)

Auth. ep. 7. c. mutationum 34. 7. qu. p.

non

non ſpontè, at populorum precibus, & Epiſcoporum ſuffragijs, ſediſque Apoſto-
licæ authoritate Felix, & Euſebius è paruis Vrbibus ad illuſtriores, & ampliores
ſedes ſe tranſtulerunt: apti enim omnibus videbantur, vt ad maiores principatus
gubernandos aſcenderent.

Quarti Carthaginenſis Concilij Lege ſancitum hoc idem fuit, vt ſcilicet ambi- Conc.4.To
tione quacumque ſubmota, ex obſcuriori ad illuſtriorem ſedem transferri poſ- let.27.c.E-
A ſet Epiſcopus, vt ibi operam vtiliorem impendat, fluctuſque colligat vbe- piſc.37.7.
riores. qu.p.

Ad hoc præſtandum, ad aliam ſedem migraret Diuus Gregorius Nazianzenus
oportuit; ſedem tamen immutans numquam eum animi ardorem, quem ad res
Diuinas agendas à primo ſui principatus articulo induit, immutauit; vbicum-
que igitur ſit, vel in paruulà Saſſinenſi vrbe Antiſtes, vel Nazianzenæ vrbis Prę-
ſul, vel Conſtantinopolis Patriarcha, idem ſemper ſibi, & alijs erit, eodemque
virtutum lumine vbique ſplendeſcet: totus vbique Dei gloriæ propagandæ, po-
pulorum comparandæ ſaluti deſudet, vitiorum profligator acerrimus, virtutum
amantiſſimus amplificator, oculatiſſimus ſui gregis paſtor, inuictus ſacrorum
propugnator, & ad quaſcumque hoſtium vires eludendas fortiſſimus.

B Hoc idem ſortitus Euſtachius fuit Epiſcopus Beritenſis, quem fortitudine ſuà
ſpectatiſſimum ad Antiochenam ſedem extulere eo opportunè tempore, quo ad
retundendos Arianorum inſultus fortiſſimus vir exigebatur, adeoque vota om- Bar.an.324
nium ſua conſtantia expleuit, vt ab omnium Antiſtitum, quos Chriſtiana Religio
habuerit maximo, hoc eſt à Diuo Athanaſio commendatus eximiè fuerit hac D.Athan.
dicendi forma, *Euſtachius Epiſcopus Antiochia vir confeſſione clarus, religione* ep. ad ſol.
pius:

Huius etiam rationis vi Alexander in Cappadociæ Prouincia Antiſtes ad Hye- Bar.a. 199
roſolimitanas inſulas ſe prorſus inſcio traductus fuit, vt laborantem illam Eccle-
ſiam ſuo pietatis ardore recrearet; poſt aliquot verò ſęcula Sergio Pontifice Maxi-
mo imperante, cùm à Sextodecimo Toletanæ Vrbis Concilio Sisbertus eius vr-
bis Antiſtes deturbatus è ſua ſede fuiſſet, eò quod primus omnium fœda conſpi-
ratione in Regem rebellauerit, ex Hiſpalenſi ſede ad Toletanam Fælix Antiſtes Bar.an.693
migrauit, qui Regi pergratus conciliare ſibi eius animum poſſet, vt ſacris & pro-
fanis viribus ſimul beneuolè fœderatis, maius fidei pondus eſſet, & amplior Re-
ligionis Chriſtianæ potentia.

C Non abſque tamen Pontificis Romani facultate factum hoc dixerim; cum ſine
eius arbitrio, quæcumque licet vtilitas maior eriuetur, numquam liceat à priori
ſponsâ recedere; quam ad rem illuſtre illud eſt, quod contigiſſe narratur impe-
rante Sancto Hilario Pontifice; cum enim Nundinarius Barcinonenſis Epiſcopus Bar.an.465
ſancta vitam morte peregiſſet, ſibique ſubrogari exoptaſſet Irenęum Vrbis alte-
rius Epiſcopum, virum egregiâ morum integritate omnibus ſpectatiſſimum, Cle-
ro, populo, & eius Prouincię Epiſcopis ſuffragantibus donatus ea dignitate fuit,
ob eximia beneficia, quæ ex eius electione in eam ſedem prouentura putabantur;
vt igitur ſuo Pontificio calculo ſuam electionem roboraret, Pontificem Romanum
poſtularunt his verbis, *Ergo ſupplıiter precamur Apoſtolatum veſtrum, vt humili-
tatis noſtra decretum, quod iuſte à nobıs videtur factum, veſtrà auctorıtate firmetıs*:
hac tamen Epiſtola perlectâ, Præſules omnes, qui tunc temporis ad agendam Sy-
nodum Romam conuenerant, eius electionem reprobarunt, & quinquies elata
D voce pronunciarunt, *Vt ſeruetur antiquitas rogamus*: quapropter Irençο præcepit
Honorius, vt priorem ſedem repeteret: è quo ſcriptor Illuſtriſſimus Cardinalis
Baronius colligit, quàm ingratæ fuerint tùm Summis Pontificibus tùm Concilijs
ipſis huiuſmodi ad ſedes alias acceſſiones.

Diui Calliſti ſuffragio hoc ipſum fortius roboratur, qui ad Galliarum Epiſcopos
ſcribens de Epiſcoporum translatione differens, hæc habet, *Si autem vtilitatis* S.Cal.ep.
cauſa fuerit mutandus, non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitantibus, & auctori- c.3. cap. ſi-
tate huius Sancta Sedis faciat, non ambitus cauſa ſed vtilitatis aut neceſſitatis. cut 39. 7.
qu.p.

Adeò autem deuolutis longè ſæculis ad translationes huiuſmodi ſtatuendas dif-
ficiles erant Pontifices, vt famæ ſuæ deformem notam inuſſerit Formoſus Pontifex,

eò quod è Portuenſi ſede, nullâ graui de cauſa ad Romanum ſolium immigraſſet,
quàptopter vt tam iniquo morbo Ioannes Nonus occurreret, hæc in Rauennatenſi
Synodo ſtatuit, vt Cardinalis Baronius teſtatur, *Quia neceſſitatis cauſa de Portuenſi*
Eccleſia Formoſus pro vita merito ad Apoſtolicam Sedem prouectus eſt, ſtatuimus, & A
omnino decernimus, vt id in exemplum nullus aſſumat, præſertim cum ſacri Canones
hoc penitus interdicant, & præſumentes tanta feriantur vltione, vt etiam in finem lai-
cam eis prohibeant communionem, quippe quod neceſſitate aliquoties indultum eſt, ne-
ceſſitate ceſſante, in auctoritatem ſumi non eſt permiſſum. Experientia tamen om-
nium magiſtra ſatis oſtendit, aptiſſimos ad vniuerſam Eccleſiam moderandam eos
fuiſſe, qui ad ſupremam Romanæ fidei Sedem è minori aliqua fuere tranſlati: fa-
cilius enim eſt, vt apti ſint Epiſcoporum Duces, & Magiſtri, qui ſe priùs in edo-
cendis populis exercuerunt; præter quàm quod ad maius Romanæ Sedis commo-
dum iure optimo decet, vt inferiores ſedes poſthabeantur. Ad Auguſtæ Triados
gloriam, ad Immaculatæ Virginis Deiparæ honorem, primæ huic parti finem im- B
pono Auguſti menſe, Anno Domini ſexcenteſimo quadrageſimo octauo ſupra
milleſimum.

FINIS PRIMAE PARTIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A.

ARON ſignificabat Epiſcopos. p.3. & 4.
Aaron quare de incredulitate puniatur. B. pag.30.
Abbates propriè non ſunt vocandi Præſules. D. p.14
Abdicare non licet Epiſcopatus, C. p.228
Sed ſi ſemel abdicaueris, non eſt denuò repetendus. p.254
Actus humani ſuam ſpeciem ſumunt ex obiecto, & fine. p.6
Achab quia malus, Rex erat ſcænicus. C. pag. 105
Adiutores ſunt Dei Epiſcopi. p.7
Aetas requiſita ad Epiſcopatum. C. p.133
Alexander Macedo Sacerdotum obſeruantiſſimus. p.33.4
Ambroſius quàm honoratus. p.37
Amor proprius deſcribitur. A. p.50
Ambitioſi ſunt excludendi à dignitatibus. C. p.114
Ambitio habet ſæpè aliquid virtutis. p.129
Ambitio damnatur, & eius mala recenſentur. C. p.134
Ambitionis artēs habēt ſpeciem aliquam ſimoniæ. D. p.140
Animæ humanæ pretiū expēditur p.6. & 7
Animæ humanæ præſtantia. p.7
Animarum ratio Deo reddēda ab Epiſcopis. A. p.185
Angelorum præſtantia in Cælorum rotatu Epiſcopali excellentiæ cedit. p.7
Apoſtolis ſuccedūt Epiſcopi. p.8. per totū.
Apoſtolorū nomen ſēper venerabile. B. p.8
An iſtes cur vocetur Epiſcopus. p.2
Arbor Nabucdonoſoris quid ſignificet. B. p.101
Arca cur ſimul habebat Virgam, & Manna. C. p.28
Aula non eſt capax pietatis. p.128. & 29
Aurelianus, Alaricus, & alij quanti fecerint Sacerdotes & Præſules. p.34.35

B.

BEliſarius ex Epiſcopis malè habitis miſerrimus. C. p.88
Bellarmini Card. ſententia de Epiſcoporum electione D. p.3
Bellarminus Cardinalis ſanctè moritur. A. p.194
Bellarminus Cardinalis Epiſcopatū ſuum dimittere cū penſione recuſat. B. p.232
Bellarminus Cardinalis Epiſcopatum quibus de cauſis abdicauerit. p.250
Bellarminus Card. quid reſponderit de habēdo ſuæ Patriæ Epiſcopatu. B. p.260
Beneficij magnitudo nocet ingratis. C. pag. 181.
Bigamia poteſt eſſe ratio ad Epiſcopatum abdicandum. B. p.249
Bonū gratię vnius hominis eſt maius quàm bonum naturæ totius vniuerſi. p.7
Bonum nomen maximè pretioſum. B. p.67
Bos quare viſus in curru Ezechielis. C. p.41

C.

CAiphas licet malus fuit mundo vtilis. p.53
Capilli ſponſi ſunt Eiſcopi. B. p.17
Caput ſuæ Eccleſiæ eſt Epiſcopus. p.5
Calumniæ in Epiſcopos acerbiſſimè punitæ. C. p.83
D. Carolus Borromæus quanti fecerit Epiſcopos. D. p.37
D. Carolus Borromæus Canonum obſeruantiſſimus. C. p.249
Cardinalium ſtatus eſt Epiſcopali perfectior. C. p.155
Catharinæ Senenſis ad laborem Epiſcop. excitat. C. p.236
Cham Patrem Noe ebrium irridens, quid ſignificet. D. p.37
Chriſti vocantur Epiſcopi. B. p.1
Chryſoſtomus quanti æſtimatus ab omnibus. B. p.35
Chryſoſtomi fama miraculis à Deo defenſa. B. p.85
Columnæ Eccleſiæ vocantur Epiſcopi. D. p.14
Conſtātinus quāti fecerit Epiſcop. A p.35.
Ciuitas euerſa in pænam malè habiti Epiſcopi. C. p.88
Clemens VIII. monetur à Cardinali Bellarmino de Epiſcop. electione. D. p.111
Claudij Aquauiuæ dictum de Societate Ieſu. D. p.203

Ciues ſuos conciues deſpicantur. D. p. 260
Clericis, & poſtea Canonicis conceſſa facultas Epiſcopos eligendi. C. p. 94
Conſtantia aliquorum Epiſcoporum in malis populis perferendis. C. D. p. 24
Corporis infirmitas poteſt eſſe ratio deponendi Epiſcopatum. D. p. 240
Connubium ſacrum inter Epiſcopum, & Eccleſiam quàm arctum ſit. B. p. 256
Cyrus Rex à Deo conſtitutus. A. p. 58
Concilia Epiſcoporum habita ex mandato Pontificis non poſſunt errare. p. 4

D.

Detractores Epiſcoporum damnandi pag. 69. per totum.
Detractores Epiſcoporum maximis ſupplicijs affecti pag. 76. A. per totum.
Detractores Epiſcoporũ plurimi. C. p. 172
Deſiderium Epiſcopatus quando bonum, & quando malum. A. p. 207
Deus quo pretio humanam animam redemerit. p. 6
Dei Adiutores ſunt Epiſcopi. p. 7
Dei potentia maior in iuſtificatione, quàm in creatione. p. 7
Deus malos dat Principes in pœnam populorum. C. p. 47
Deus è malis Principibus eſt populis vtilis. B. pag. 53. & C. p. 63
Dei acerba ſupplicia in Epiſcoporum detractores. D. pag. 80. Licet Epiſcopi mali fuerint. p. 87. 88
Deus ad formam cæleſtis Hierarchiæ, mundum regit. p. 1.
Deus cur non commendet hominem in eius creatione. C. p. 113
Deus in electione ad dignitates intuetur cor. C. p. 121
Deus ſeuerus examinator ſacrorum hominum. B. p. 183
Deus rationem animarum exiget ab Epiſcopis. A. p. 185
Diaboli opus vt eligantur Epiſcopi indigni. D. p. 107
Diabolus dignitates oſtendit, vt alios præcipitet. C. p. 213
Diabolus oppugnat Epiſcopos. p. 209
Dignitas Epiſcopalis examinatur. p. 2. ampliſſima eſt, & ferè diuina. ibid vbi plura.
Dignitas Epiſcopalis in malis viris vileſcit. B. p. 97
Dignitas collata indignis eſt ipſis pernicioſa. D. p. 102
Dignitates non dandæ ambitioſis. C. p. 115 vel ijs qui munera diſpenſant. C. p. 119
Dignitatibus acquirendis virtus ſola via eſt. D. p. 119
Dignitas Epiſcopalis requirit virtutem maximam. p. 150
Difficultates maximæ Epiſcopalis dignitatis. A. p. 160
Dignitates ſunt plenæ difficultatibus. A. p. 160. laboribus. p. 164. moleſtijs. p. 167
Dignitates facilè corrũpunt mores. B. p. 196
Dignitates non affectandæ à viris Religioſis. D. p. 201
Dignitates reijcere glorioſiſſimũ. C. p. 216
Diſſentionum ratione non eſt abdicandus Epiſcopatus. A. p. 251
Dij vocantur Epiſcopi. B. p. 18. & C. p. 29

E.

Eccleſia vna in triumphantem diuiditur, & militantem. p. 2
Eccleſiæ regimen datum Petro, & Epiſcopis. p. 2
Eccleſia adumbrata fuit in Synagoga. p. 3
Eccleſia non datur, ni dentur Epiſcopi. p. 5
Eccleſia ſponſa Epiſcopi eſt. D. p. 8
Eccleſiæ pernicies in Epiſcop. malis. p. 100
Electio Epiſcoporum ad quem ſpectaret olim & nunc ſpectet. p. 89
Electio Epiſcoporum opus maximũ. p. 110 B. pro ea bene facienda Deus orandus. p. 120. C. & maxima conſideratio habenda. D. p. 122
Electores malorum Principum ſibi ipſis nocent. D. p. 106
Electores an teneantur eligere optimum. A. p. 109
Elias quare Coruos ſibi ad miniſtros habuerit. B. p. 41
Eminẽtiſſimi titulus datus Epiſcop. B. p. 13
Epiſcopi, & eorum dignitas laudantur. p. 2 & 3. Cur Antiſtites dicantur. ibidem.
Epiſcopus Sacerdos antonomaſtice dictus ibid. mundi compendiũ, Dei ſimulacrũ alios titulos in eorũ laudẽ. vide. p. 3 4. 5
Epiſcoporum poteſtas expenditur. p. 3. 4. 5
Epiſcopi omnes vnam faciũt Eccleſiã. p. 4
Epiſcoporum concilia mandante Pontifice habita non poſſunt errare. p. 4
Epiſcoporum aliquà excellentià Virgo Deipara caret. p. 4
Epiſcopi olim indulgentias dabant, ſed poſtea vetitum. p. 4
Epiſcopi Eccleſiæ ſunt ſponſi. p. 5. & Angelis adnumerandi. p. 6
Epiſcoporum munus expenditur. p. 6. Angelis ſunt maiores ex animarum regimine. p. 7

Epi-

Epiſcopis animas ſuas commendat Deus. pag. 7.
Epiſcoporum dignitas diuina eſt. p.8
Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis. p.8. per tot.
Epiſcopi ſponſa Eccleſia eſt. D. p. 8
In Epiſcopis ſunt omnes ordines. A. p.11
Epiſcopi Titulus Illuſtriſſimus. B. p. 13 & alij plerique per totum. ibidem.
Epiſcopi ſunt Regibus maiores a pag. 19 ad 26.
Epiſcopi quare vngantur in capite. B. p.26
Epiſcoporum honores, quot & quanti fuerint. D. p.30
Epiſcopi vel indigni honorandi. p.38
Epiſcopi dantur, vel tolluntur iuxta merita populorum. p.46. per totum caput.
Epiſcopi vel mali ſũt populis vtiles. B. p.53
Epiſcoporum crimina non ſunt aperienda. C. p. 73
Epiſcopis illatæ calumniæ à Deo puniuntur. C. p.83
Epiſcoporum electio ad quos ſpectabat olim & nunc ſpectet. pag.89. per totum.
Epiſcopus omniũ primus Sanctus Petrus.
Epiſcopi reiecti, qui non confirmarentur à Romano Pontifice. A. p.29
Epiſcopi à Romano Pontifice dependent. B. 93.
Epiſcopi probatiſſimi ſunt à Principibus poſtulandi. A. p.96. maculant dignitatem ſuam ſi fuerint mali. p.97. 98. Populis, & Eccleſiæ pernicioſiſſimi. p.99. 100 101. & ſibi etiam ipſis. D. p.102
Epiſcopos malos eligi, Diaboli opus. D. D. p.107
Epiſcopi non debent humanis artibus ad Epiſcopatum aſcendere. D. p.114. & 115 nec quia nobiles. B. p. 116. nec quia munera diſpenſant. C. p.119
Epiſcopi futuri diligentiſſimè examinandi. D. p.126
Epiſcopi aliqui eliguntur à diabolo. A. pag. 139.
Epiſcopi debent eſſe in virtute perfectiſſimi. A. p.150. & magis quàm viri Religioſi. A. p.155. Explicatur iſta perfectio. B. p.156
Epiſcopi quantis difficultatibus obſideantur. A. p. 160. & quantis laboribus fatigentur C. p.164. quot moleſtijs vexentur. C. p. 167. & præcipuè à detractoribus, C. p.17
Epiſcoporum crimina grauiora cæteris ſunt. D. p. 177
Epiſcopi Deo rationem reddituri ſunt de populis. A. p.185
Epiſcopi ſaluti ſuæ difficilè conſulunt. C. pag.190.
Epiſcopi mores corrumpuntur à dignitate. A. p.196
Epiſcopi Religioſi ſint alijs ſanctiores. A. pag. 206.
Epiſcopalis dignitas poteſt honeſtis artibus comparari. A. p 207
Epiſcopi maximè oppugnati à Dæmone. C. 209
Epiſcopatus reijci poteſt. D. p.114
Epiſcopatus aſſumere aliqui tenentur. A. p.219
Epiſcopatus non eſt abdicandus. A. p.229 vel è quietis amore. D. p. 232. vel è laborum tædio. C. p. 234. vel è ſalutis ſecuritate. C. p. 235
Epiſcopus poteſt aliquando deponi p.237 vel ex homicidio volũtario D. p.238 vel è corporis infirmitate. p.240. D. & multò magis ex ignorãtia, quæ in Epiſcopis eſt maximè ignominioſa. C. p. 243. Sic etiam dicendum de populi duritie. D. p.244. & de ſcandalo. C. p.247. de irregularitate proueniente ſine delicto. B. p. 249. & de cæli inclementia. p.250. ſed non propter vexationes fugiendas. A. p.251. nec propter religioſum ordinem amplectendum ibid. quod tamen fecere multi. p.252. ſi ſemel fuerit abdicandus nõ eſt iterũ repetẽdus. C. p.253
Epiſcopi non debent Epiſcopalem ſedem cum alia permutare. C. p.254. & è ſolius facultate Pontificis. A. p. 256. lethalis culpæ ſunt rei, ſi id faciant ex ambitione A. p.257. non autem ſi vel ad moleſtias euitandas. A p 259. ex amore patriæ nõ debent veterem Sedem relinquere. A. p. 260. ſed poſſunt relinquere vel ſi expellantur. A. p. 263. vel ſi fuerit ingens perſecutio ibid. vel exingenti aliorum vtilitate. A. D. p.264

F.

FAma Epiſcoporum calumnijs, & contumelijs affecta à Deo defenditur. pag. 84. 85. & p. 86
Finis in eligendis Epiſcopis quis eſſe debeat. D. p.112
Finis vel bonus vel malus afficit totum opus. B. p.113
Fortitudo in Epiſcopis requiritur. A. p.251
S. Franciſcus Saleſius laudatur. A. p.251
Fundamenta Eccleſiæ ſunt Epiſcopi. A. pag. 15.

Hære-

H.

HAeretici Epiſcopos idem dicunt, ac Sacerdotes. B. p.10
Hæretici Pontificiæ authoritatis hoſtes. D. pag. 92.
Hæbrei Regem Saulem habuerunt in pœnam. pag.48. 49
Homo compendium Mundi. p.2
Homo in quo referat Dei imaginē. A.p.40
Homo quare non commendetur à Deo cum creatur. D. p.113
Homo difficillimus, qui gubernetur. A. pag. 160.
Homo varius, & inquietus deſcribitur. C. pag. 254.
Homicidium voluntarium facit vt Epiſcopatus deponi poſſit. D. p.238
Honorandum maximè Sacerdotiū. C.p.27
Honores Epiſcopis collati quanti fuerint. D. p.30
Humanæ animæ pretium expenditur. p.6 & præſtantia paulò minor Deo. p.7
Humilitas propria Chriſtianorum. B.p.137
Hyerarchia terreſtris ſimilis cœleſti p....

I.

IGnorantia ignominioſa in Epiſcopis. C. p.243
Inclementia Cœli poteſt eſſe ratio Epiſcopatum abdicandi. D. p.249
Indulgentias olim dabant Epiſcopi, quod poſtea vetitum. p.4
Inobedientia maximum crimen p.65. & 66. & fons omnium malorum. C. p.66
Indignis viris dignitates nō dandę. C.p.97 ſunt pernicioſę ipſæ dignitates. D.p.102
Illuſtriſſimi titulus conceſſus Epiſcopis. B. p.13
Ingratitudo Deo moleſtiſſima. B. p.179
Ingratis nocet beneficij magnitudo. p.181
Infulę quid eſſent apud antiquos. D.p.209
Infirmitas corporis poteſt eſſe ratio deponendi Epiſcopatum. D. p.240. non rarò vtilis eſt animæ. D. p.240
Iuſtificatio impij eſt excellentior creatione. p.7
Iuſtinianus Cæſar laudat Epiſcopos. p.3

L.

LAbores Principum maximi. C.p.164
Laborum tædium non faciat vt Epiſcopatus deponatur. C. p.233
Laici non ſtatim aſſumendi ad Sacerdotia maiora. pag.129. & 30
Lapides ſanctuarij vocati Epiſcopi. A.p.15
Laudes Epiſcopalis dignitatis vide toto cap. 1.
Legati Dei vocati Epiſcopi. B. pag.16. & 28. D.
Legatorum iniuriæ ab omnibus damnatæ A. pag. 80.
Lepra quare immiſsa in Mariam Hæbræam. A. p.79
Luna Sole minor quid ſignificet. A. p.22
Lux ipſa à Deo examinatur. B. p.183

M.

MAnna, & Virga cur ſimul in arca. B. p.29
Maria ſoror Moyſis quare lepra caſtigata. A. pag. 79.
Mauritius Cæſar à D.Gregorio repræhenſus. A. p.33
Manſuetudo Epiſcoporū decus. D. p.238
Metaphiſica nobiliſſima omnium eſt. D. pag. 27.
Miraculum magnum eſt Epiſcopalis dignitas. p.3
Mors improuiſa, et æterna eorum qui prælatorum mores carpunt. A. p.82
Mundi compendium eſt homo. p.2
Mundi deformitas ſine Eccleſia. p.5
Mundus eſt propter animam. p.6
Mundi concinnitas explicatur. C. p.53
Mundus totus inſtabilis. A. p.89
Ad moleſtias euitandas poteſt quis aliam Sedem ſibi comparare. B. p.258
Munera non reſpicienda in dandis Dignitatibus. C. p.119
Munera Principibus data pro Epiſcopatu obtinendo ſunt ſimoniæ ſpecies. p.141

N.

NAtura tota inſtabilis. A. p.89
Nobilitas vera apud Deum, quæ ſit. C. p.40
Nobilitas ſola non reſpicienda in dandis dignitatibus. A. p.116
Nōmen bonum maximè pretioſum. B.67
Nuptiæ intercedunt inter Eccleſiam, & Epiſcopum. p.5
Nuptiæ inter Epiſcopum, & Epiſcopatum C. pag. 229. nec poſſunt abſque Pontifice reſcindi. B. p.256

O.

OBedientia populis vtiliſſima. A.p.55
Obedientia quatuor tantum è rationibus eſt Epiſcopis deneganda. A. pag 65.
Obediendum Superiori eſt in dignitatibus acci-

accipiendis. C. p.223
Obtrectatio in Epiſcopos maximum malum. pag. 62. per totum caput.
Officium Epiſcoporum expenditur. p. 6
Optimates populi vocati Epiſcopi. C. 14
Ordo maximè vtilis, & neceſſarius in mundo. C. p. 54
Orandus Deus in Principis electione. D. p.120

P.

PApæ fuerunt olim vocati Epiſcopi. A. pag. 14.
Parentũ crimina ſunt occultanda. C. p.73
Parentum offenſores acriter puniti. D. p.8
Patriæ amor non debet ab vna Sede in eam Epiſcopos transferre.
In Patria frequenter deſpicimur. C. p.260
Petro & Epiſcopis datur à Deo regimen Eccleſiæ. p. 2
Penſio non retinenda ſi Epiſcopatus deponatur. A. p.231
Phocas in pœnam populi fit Imperator. C. p.77
Pietas ſimulata pernicioſiſſima. B. p.147
Politicus ſtatus religione fundatur. A. p.32
Pontifex Romanus confirmabat olim electiones Epiſcoporum factas à populis. C. p.91
Pontifex ſolus poteſt ab vna Sede ad aliã Epiſcopos transferre. D. p.255
Principatus facilè mores corrumpit. C. pag. 196.
Pontifici Epiſcopatus imponẽti obediendum eſt. C. p.226
Pœna & præmia ſunt Imperij fundamenta. A. p.101
Potentia Dei maior in iuſtificatione, quàm in creatione. p. 7
Poteſtas Epiſcoporũ examinatur p.3. & 4
Populis dantur, vel tolluntur Epiſcopi iuxta ſua merita p. 46. per totum caput.
Populi Principibus inobedientes ſunt nequiſſimi. B. p.59
Populus olim cum aliis creabat Epiſcopos. B p.90
Populis errores in eligendis Epiſcopis. A p. 94.
Populis pernicioſi ſunt Epiſcopi mali. C. p. 99.
Populi durities poteſt eſſe ratio Epiſcopatum deponendi. D. p.244
Prælatorum leges non ſunt diſcutiendæ. B. p. 71.
Prælatorum crimina ſunt occultanda. C. p. 73.
Prælatorum detractores maximis ſuppliciis affecti. A. p. 78
Principes Eccleſiæ vocati Epiſcopi. B. p. 14.
Principes ſeculares erga Epiſcopos obſequentiſſimi. B. C. p.32
Principes dantur iuxta merita populorũ. D. p.46
Principes mali ſunt adminiſtri Diuinæ iuſtitiæ. D. p.50
Principibus eſt obediendum. C. p.56
Principes quoad Epiſcopis reuerentiam præſtiterunt, fortunati. A. pag. 86.
Principes nullã facultatem habent creandi Epiſcopos. A. 95. Sint diligentiſſimi in eorum electione poſtulanda. p.96 per totum.
Principibus indignis ipſæ dignitates nocent. C. ſunt Principes ſcenici. B. p.105
Principes probatiſſimi eligunt ad dignitates viros probos. D. p.107. In eligendis Epiſcopis ſint oculatiſſimi. D. p.122 vt Philippus Secundus. D. p.125
Principes meliores eſſe cæteris debent. B. p. 15.
Principes ſubiacent detractoribus. C. p. 172.
Principum crimina grauiora cæteris ſunt. D. p.107
Principes rationem Deo reddent de populis. D. 186
Principes rari boni. C. p.196
Principatuum maximæ difficultates. A. p. 160. & magni labores. C. p. 164. & moleſtiæ. C. p. 167.
Principatus facile mores corrumpit. C. p. 196.
Principatus reijcere glorioſum. B. p.216

Q.

QVietis amor non faciat, vt Epiſcopatus deponatur C. p.234

R.

REgibus maiores Epiſcopi ſunt. A. 19
Reges olim ijdem qui Sacerdotes. A. p.19
Reges quare ſolũ brachio vngantur. B.26
Religio fundat ſtatum Politicum. B. p.32
Religioſi viri alieni ſint à dignitatibus. D. pag. 201.
Religioſæ vitę amore non eſt Epiſcopatus abdicandus. C. pag.251. quod tamen fecere multi. C. p.252
Reuerendiſſimi titulus datus Epiſcop. C.13

Reue-

Reuerentia Epiſcopis vel indignis pręſtanda. p.142
Reuerentia Epiſcopis præſtita felcies reddit Principes. A. p.86

S.

SAcerdotes Aotonomaſticè dicuntur Epiſcopi. p.2
Sacerdotes non ſunt idem ac Epiſcopi. B. pag. 10.
Sacerdotes ijdem qui Reges. A. p.19
Sacerdotium principatu maius. D. p.24
Sacerdotes quare vngantur manu. B. p.26
Sacerdotes Ethnicis Principibus honorati pag. 31. 32. 33.
Sanctitas eſt vera nobilitas. C. p.40
Saul in pœnam populi Iudæi fuit conſtitutus Rex. A. p.48
Sponſi Eccleſiæ ſunt Epiſcopi. p. 5. & animarum. D. p.14
Sacerdotibus detrahere magnum malum. C. p.72
Supplicia maxima in Epiſcoporum detractores. A. p.78
Sacerdos quare fuerit ſecundum ordinem Melchiſedech. A. p.100
Sacerdotum peccata magis puniuntur. D. pag. 182.
Salus Epiſcoporum eſt difficilis. C. p.190
Sol in medio planetarum quid ſignificet. C. p.22
Salomon vnctus in Gihon quid ſignificet. C. p.165
Salutis ſecuritas non faciat vt Epiſcopatus deponatur. C. p.235
Sanctiſſimi titulus datus Epiſcop. A. p.155
Scala coclatis in Templo quid ſignificet. D. p.114
Scandalum maius eſt è peccatis Prælatorum. A. p.180
Sancti viri dignitates reiecerunt. C. p.223
Scientię defectus nulla re compenſari poteſt in Epiſcopis. C. p.243
Scandalum quotuplex ſit. C. p.247. Triplex eſt in rebus ad Epiſcopum ſpectãtibus. C. p.247
Sanitas aeris requirenda ab Epiſcopo. A. pag. 250.
Senatores vniuerſi vocati Epiſcopi. B. p.14
Sententiæ de Epiſcopatu optando expenduntur. A. p.202
Simonia aliqua eſt in artibus ambitionis. D. p.139
Simoniæ crimen omnium maximum. A. pag. 141.
Simoniæ ſpecies exprimuntur. D. p.143
Simonia facit vt Epiſcopatus deponi debear. C. p.237. C. ſic etiam dicendum eſt de ſcrupulis magnis. C. p.239. & de infirmitate & ſenectute, quæ inutilem reddit Epiſcopum. B. 241. & de ignorantia. C. p.243
Spes premij viam virtutis emollit. B. p.101
Stare coram Sacerdotibus Reges debent. A. p.21
Stellis ſignificantur Epiſcopi. D. p.17
Succeſſor nō eſt ſibi eligendus ab Epiſcopo. B. p.253

T.

TEmpla diuinitatis ſunt Epiſcopi. p.3
Titulus Illuſtriſſimi collatus Epiſcopis. B. pag. 13. & alius Eminentiſſimi. C. ibid.
Trono Danielis exprimuntur Epiſcopi. B. p.16
Tranſitus ad alios Epiſcopatus non licet. A. p.28
Tridentina Synodus maximè commendat electionem Epiſcoporum. D. p.112 & D. p.114

V.

VAſquez opinio de Epiſcopatu optando. C. p.208
Venerabiles fuerūt Epiſcopi vocati. A.14
Vera nobilitas eſt ſanctitas. C. p.40
Veſtis Religioſa ab Epiſcopis Religioſis ſeruanda. B. p.205
Vicarij Dei vocati Epiſcopi. B. p.16
Virgo Deipara caret aliqua Epiſcoporum excellentia. p.4
Virtus tantum in dignitatibus dandis ſpectanda. B. p.99
Virtutis via ſpe premij emollitur B. p.101
Virtus non ſtatim acquiritur. D. p.126
Virtus via ſola ad dignitates. D. p.148
Virtutis perfectio requiritur ad Epiſcopatum. A. p.150
Vnguentum in barbam Aaron quid ſignificet. p.3

Z.

ZAphirus repreſentat Epiſcopos. C. pag. 15.
In Zaphiris fundatur Eccleſia. C. p.100

FINIS.

8. 50. cg. 62

EPISCOPVS

OPVS TRIPARTITVM
ETHICO-POLITICO-SACRVM

Non Præſulibus modò, ſed omnibus in Chriſtiana Republica Populorum Moderatoribus, Principum Conſiliarijs, Diuini Verbi Concionatoribus maximè accomodatum.

ALEXANDER SPERELLVS
EVGVBINVS ANTISTES
E COLLEGIO SVMMI PONTIFICIS THRONO ASSISTENTIVM
ITALICO SERMONE SCRIPSIT
HANNIBAL ADAMI
FIRMANVS E SOCIETATE IESV

Plurimis, & Maximis è Gallia, Hiſpania, Germania, Epiſcopis poſtulantibus *Idiomate Latino donabat*.



ROMAE M.DC.LXX.
Ex Typographia, & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij.
SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIMO PRINCIPI
DECIO AZZOLINO
S. R. E.
CARDINALI DIACONO
Tit. S. Euſtachij.

IMPROBVM acerbumque laborem, quò, in hoc opere moliendo, ſtylum plerùmque reluctantem, curis maioribus implicitus fatigaui, eo maximè titulo identidem recreabam, quòd nempè poſt emenſa diuturni temporis interualla, eò tandem accederet dignitatis & gloriæ, quòd ſub oculos caderet Tuos, eumque ſplendorem, quem ipſi Scriptoris obſcuritas afflare non poterat, Tui Purpura luminis, Tuique lumen ingenij multiplici Tuo Sydere adumbratum, vberrimo munere in ipſum deriuaret. Sicut enim nihil ſpecioſius militi nihil fœlicius, quàm pugnare ſub oculos Ducis, eoque ſpectante, bellico ſudore conſpergi, ſic pariter nihil ſcriptori iucundius, nihil ſplendidius, quàm manu ingenioſa tractari, eumque ſortiri lectorem, qui foliorum tenuitati pondus faciat grauitate ſcientiæ, nigraſque characterum acies dum oculo luſtrat, illuſtret ingenio. Nè autem velut inſanæ ambitionis rea mea hæc cogitatio damnetur, candidè dixerim, quid ipſam excitauerit, vt è domeſticis tenebris ad tanti lumen aſpectus non formidet accedere, & Lucem, quam neſcit à cunis, & deſperat à prælo, Tuo quærat ab oculo, Tuaque ſperet à Purpurà, cuius magiſterio potiùs erubeſcens, exterorum aſpectum ſui certa periculi fugere debuiſſet. Prætermitto, quòd Tuus æſtimatione, & amore ſit huius operis author Eugubinus Epiſcopus, ſui famà nominis Magnus, Tuique maior approbatione iudicij: Prætermitto, quòd Tuis conſona moribus, & Sacro Principe digna hic agatur materies, illaque in Epiſcopis deſignetur excellentia virtutis, quàm Tuà Pietate deſcribis, Tuàque Purpurà exor-

Digitized by Google

nas. Quod potiſſimùm me fecit, vt ad Te properarem, audacem, mei fuit ergà Te ardor, & impetus quidam omnia ſuperantis obſequij. Vt naturæ, vt amori faciam ſatis, Tui pronus in cultum non eſſe tantùm geſtio ſed videri; mei fructus agelli, tenuiſque vectigal ingenij Tui ſuperbiæ Nominis placet offerre, vt agnoſcas, nec mea mihi probari, niſi faciam Tua. Cuius autem patrocinium ſecurius, & ſplendidius meus hic eruditus labor exquirat, quàm Tui, qui litteras omnes Tui pectoris inquilinas facis, Purpurà veſtis, Capite coronas, foues amplexu? Hæredem Te Tui fecere Maiores non tam nominis & dignitatis, quàm Scientiarum amoris. His illi præſidijs Infulas, & Purpuras ſibi texuere, vt potèqui optimè ſcirent, in vnà Sapientià veros eſſe theſauros, quibus pretioſiſſimæ dignitates fiunt ſine iacturà, & ſine rubore vænales. Ioannes certè, qui ducentis ab hinc annis Romanæ Purpuræ decus primus omnium Tuam deriuauit in Domum, adeò Diuini Humanique Iuris ſcientià excelluit, vt viuens prouinciarum lex eſſet, & populorum Oraculum. Decius verò, cuius in nomine, Tuo nomini impatiens natura proluſit, hac potiſſimùm de cauſà, Vaticanà Purpura donatus fuit à Pontifice Maximo Sixto Quinto, vt ſcilicet præſtantiſsima doctrina eius coronaretur in Capite. Quid de Laurentio dicam Epiſcopo Narnienſi, & Vrbani Octaui à Secretis ſtatus? vt grauiores diciplinas, quas indefeſſo labore ad humanæ Diuinæque ſapientiæ fontes exhauſerat, amænioribus litteris temperaret, Poeticæ ſtudens eò breui deuenit, vt clariſſimi nominis Vates, Vrbanoque Pontifici gratiſſimus exules ferè Muſas Italiæ ſuæ reddiderit, fideſque ſuas Apollineæ Lyræ tam canorè maritauerit, vt vel acerbis in Satyris vitia perſtringens mordeat, & delectet, blandiatur,& vulneret. Vrbanis forſan ab Apibus didicerat vir Maximus nec mella ſine aculeis, nec ſine melle aculeos humanis mederi poſſe vulneribus. Suam & ipſe Purpuram ſuo Patruo non impar oſtenderet, niſi feſtinatæ mortis iniuria, eius merita, Pontificis Vrbani promiſſa, Romanæque Aulæ deſideria fraudaſſet. Iam verò de Te quid ego dixerim? quanta mihi liceret eloqui, niſi Tuus nobilis pudor, par virtutibus cæteris, tributa laudum generoſá voce repelleret? Quam dura mihi cum Modeſtia Tua pugna eſt! Laudanda ſemper facis, laudes ſemper extinguis, laudum ſemina ſemper inexhauſta manu diffundis, ipſas verò laudes nunquam vel delibas in fructu, vel odoraris in flore, cumque alienæ beneuolentiæ Tu gratus eſſe feſtines, beneficijs Tuis alij videri coguntur ingrati, ſibique diſplicere, ne Tibi diſpliceant: nulla ſi quidem Tibi charior virtutis merces, quàm ipſa Virtus. Silentio igitur omittere liceat illa, quæ oculatus ego teſtis in ipſo Tuæ adoleſcentiæ flore ſuſpexi. Adeò in puluere litterario Tuum præſtabat ingenium, vt eius perſpicaciam, & robur Magiſtri vel doctiſſimi ferè aſſequi deſperarent, mentiſque inexpletæ capacitatem explere vix poſſent. Patriæ miraculo eras, cùm vel adoleſcens loquereris, vnoque in Decio nouem Muſas non abſque inuidia iurabant exteri rediuiuas. Adeó ſiquidem Patrui Tui Laurentij ſtylum mentemque induiſti, vt vno differres in nomine, non voce Laureatus at fronte. Silere tamen illa non liceat, quæ ſeuera ingeniorum æſtimatrix Aula Romana de Te non ſine admiratione teſtatur, Tui ſcilicet ingenij robore

tam

tam Eminens dignitatis faſtigium attigiſſe, eius perſpicaciâ labyrinthęas ambages, fraudeſque aduerſantium eluſiſſe, eius ſplendore viam Tibi feciſſe ad eam Regnantum Gratiam, quæ Purpuræ pretium addit, ipſamq; reddit gratiorem. Certè Pontifices Maximi Innocentius Decimus. & Clemens Nonus in partem ponderis, quo Mundum gerebant, Te vocauere, Tuæque fidei ſui Principatus arcana committentes tam perſpicax, tam validum, tam velox Tuum ingenium inter grauiſſima negotia ſenſere, vt nobiliſſimo præconio Te *Aquilam* compellarent, & quod maius etiam eſt, omnibus prædicarent. Quin ipſemet Alexander Septimus Tuo frequenter ingenio, cuius vim in ſuâ ad Pontificatum electione ſuſpexexerat, tam fidenter vtebatur, vt quæ non ſemel in rebus maioris momenti arcana, & ardua ad Reges eſſet ſuo met charactere ſcripturus, è Tuo exemplari reſcribere non ſit dedignatus. Quidnam litteræ illæ non impetrarent, quibus ingenium Azzolini Cardinalis, & Pontificis Alexandri manus militabant? Summorum Pontificum teſtimonio Regina Chriſtina concordet, Inclyta Suæcorum Regina, ingenio ac virtute magis quàm Regio ſanguine, & nomine, vltrà quám dici poſſit, Spectatiſſimâ Heroina. Hæc enim, dum Catholicæ Religionis amore, Sueciæ Regno abdicato Romam acceſſit, ab Alexandro Septimo Pontifice poſtulans aliquem ſibi deſignari è Cardinalibus, cum quo de negotijs rebuſque proprijs agere confidentiùs poſſet, cùmque ei Pontifex Te Vnum tanto operi parem deſignaſſet, tantas in Te ingenij, & animi dotes inueniſſe omnibus profitetur, vt de Te dicere frequenter ſoleat, nuſquàm alibi ſe in vno homine tantum ingenij, perſpicaciæ, prudentiæ, dexteritatis ſimul inueniſſe: Quid amplius hîc alijs dè Te dicendum ſuperſit, vbi nunquam ſatis laudanda Regina Regali Te laudatione proſequitur, ingentemque Tibi Panegyrim ſuâ breui oratione contexit? nimirum de Te vel tacere vulgares viri debent, vel Maximi tantùm loqui pro merito poſſunt, Si hæc alicui videar confidentiùs loqui, non ſanguini tribuatur at merito. Illùc excelſa Te Virtus euexit, vt extrà adulationis diſcrimen laudari poſſis vel à Tuo. Hæc autem Tui ingenij amplitudo quantùm fauet Operi meo Quàm magnus quàm capax Oceanus! riuulos tamen excipit ſinu, fonteſque ipſos ſuperbo non arcet amplexu: nimirum licet puſilli, ſui ſunt. Nec Tuos labor iſte meus licet puſillus deſperat amplexus: Tibi namque debitus, Tuus eſt. Pande igitur *Epiſcopi* theſauro diues immortalitati vela Liber meus: Aureas Tibi Purpura *Decij* centuriat auras, viamque ſpondent naufragio ſecuram propitia *Sydera Azzolina*. Hæc ſibi precatur, & ſperat.

T. E.

Addictiſſimus & Obſequentiſſimus famulus.
Hannibal Adami Societ. Ieſu.

INDEX

INDEX CAPITVM
SECVNDAE PARTIS.

CAP. I. AD Ediſcopi mores, Populorum mores componi. pag. 1

CAP. II. Epiſcopum ſuæ potiſſimùm in virtutum ſtudio perfectioni vacaturum. p. 7

CAP. III. Vitam ſuo ſtatui parem traducendam Epiſcopo eſſe. p. 13

CAP. IV. Epiſcopum quibuſcumque ſuis commodis poſthabitis ſoli populorum vtilitati proſpecturum. p. 18

CAP. V. Quàm neceſſariò Prudentia in Epiſcopo requiratur. p. 22

CAP. VI. Potiſſima Prudentiæ munera explicantur, quibus ad operandum vti debet Epiſcopus. p. 26

CAP. VII. Docilitatem in Epiſcopo requiri, quà ſuam opinionem exuens ſententias aliorum libens excipiat. p. 33

CAP. VIII. Quales futuri, quos in ſui conſilium adhibeat Epiſcopus. p. 38

CAP. IX. Modus expenditur, quo conſilia aliorum excipere, eiſque adhærere debeat Antiſtes. p. 42

CAP. X. De Cautione quà ſermonem ſuum componere debet Antiſtes. p. 46

CAP. XI. De ſcientià doctrinaque in Epiſcopis neceſſarià. p. 53

CAP. XII. Sacræ Scripturæ libros potiſſimùm ab Antiſte peruoluendos. p. 60

CAP. XIII. An profanis litteris vacarie Epiſcopis liceat. p. 67

CAP. XIV. Quàm indecorum ſit, vt venationibus Epiſcopus vacet, & inter canes equoſque ad ſolatum verſetur: tria demùm venationum commendanda genera deſignantur. p. 73

CAP. XV. Nefas Epiſcopis eſſe, tùm comædias tùm ſpectacula publica frequentare. p. 78

CAP. XVI. Quatuor ſpectacula recenſentur quibus adeſſe non tantùm licet, ſed commendandum Epiſcopis. p. 81

CAP. XVII. Saltationibus, & Choreis ad eſſe nefas Epiſcopis eſt. p. 83

CAP. XVIII. Otij ſegnitiem fugiendam Epiſcopis eſſe. p. 85

CAP. XIX. Fuſiùs idem confirmatur. p. 88

CAP. XX. A ludis alienum Epiſcopum fore. p. 92

CAP. XXI. Ad honeſtam animi corporiſque relaxationem tempus aliquod ab Epiſcopo concedendum. p. 98

CAP. XXII. Quatuor à Præſulibus in relaxatione obſeruanda, vt ſacris viris digna æſtimetur. p. 100

CAP. XXIII. De caſtimoniæ in Epiſcopis neceſſitate. p. 106

CAP. XXIV. Quantùm luxurie dinigretur Epiſcopus, eàque de causà tùm terrenis, tùm cæleſtibus ſupplicijs percutiatur. p. 111

CAP. XXV. A contubernio fæminarum alieniſsimos fore Antiſtes. p. 117

CAP. XXVI. Fæmina, licet religioſas, & pias ab Antiſtite eſſe fugiendas. p. 121

CAP. XXVII. Alia recenſentur incommoda, quæ muliebri conſortio pullulunt, & ad ea euitanda quatuor leges præſcribuntur. p. 126

De

CAP.XXVIII. *De modeſtiâ, quâ ſeruandi ab Epiſcopis oculi ſunt.* p.132
CAP.XXIX. *Indecoram maximè Epiſcopis eſſe epularum intemperantiam.* pag. 173.
CAP.XXX. *Quàm commendanda, quàm vtilis Epiſcopis ſit epularum Temperantia.* p.143
CAP.XXXI. *De circumſtantijs, quibus ſuam temperantiam facere debent Antiſtes illuſtriorem.* p.145
CAP.XXXII. *Tres aliæ circumſtantiæ ad eandem rem vberiùs explicandam afferuntur.* p.149
CAP.XXXIII. *De Temperantiâ ab Epiſcopis ſeruandâ, tùm in domeſticâ ſupellectile, tùm in numero famulorum.* p.154
CAP.XXXIV. *De Modeſtiâ in veſtibus ab Epiſcopis ſeruandâ.* p.163
CAP.XXXV. *Superbiam longè eſſe ab Epiſcopis ablegandam.* p.170
CAP.XXXVI. *Ad humilitatis ſtudium in Epiſcopis excitandum tria argumenta afferuntur.* p.178
CAP.XXXVII. *Ad eandem humilitatem in ſacris viris enutriendam quatuor aliæ rationes afferuntur.* p.184
CAP.XXXVIII. *Exempla ad hoc idem illuſtrandum afferuntur.* p.190
CAP. XIL. *Dignitatis maieſtatem & decus abſque humilitatis notâ ab Epiſcopo ſeruandam.* p.197
CAP. XL. *Inanem gloriam ab Epiſcopo fugiendam.* p.202
CAP. XLI. *Plurimi ab Epiſcopo famam ſuam faciendam.* p.208
CAP. XLII. *Alia ad idem afferuntur, probaturque, quam ſolertèr & cautè ſuæ proſpicere famæ Epiſcopus debeat.* p.215
CAP. XLIII. *Secularibus à rebus alienum futurum Epiſcopum.* p.218
CAP. XLIV. *Diuitiarum amorem maximè in Epiſcopis eſſe indecorum.* p.223
CAP. XLV. *Ad idem probandum exempla congeruntur.* p.230
CAP. XLVI. *Idem rurſus agitur, eorumque reſponſio refellitur, qui ad dignitatis fulciendam maieſtatem congerendis opibus incubare affirmant.* p.235
CAP. XLVII. *Auarorum Antiſtitum reſponſio alia diluitur, quæ in Nepotum amore verſatur, & ſacrorum reddituum ergà illos locupletandos largitas perſtringitur: demùm ad quos vſus ſacra bona ſint conuertenda, edocetur.* p.240
CAP. XLVIII. *Eadem res agitur, moduſque aperitur, quo ſine noxà poſſint conſanguineis ſacri reditus impertiri.* p.246
CAP. IL. *De eodem agitur, aliaque quinque incommoda, quæ ex immodico conſanguineorum amore emanant, euitanda Epiſcopis exhibentur.* p.249
CAP. L. *Exemplis ſuperiùs ſcripta roborantur.* p.255
CAP. LI. *Qua ratione componere ſe Epiſcopus debeat in temporaneis Eccleſiæ ſuæ, ſuique populi negotijs peragendis.* p.259
CAP. LII. *Vigilem Epiſcopum fore in ſuâ familiâ gubernandâ.* p.261
CAP. LIII. *De Vicario alijſque Adminiſtris eligendis ſuoque Tribunali cuſtodiendo.* p.266

De

Digitized by Google

CAP. LIV. *De obſeruantià, & obedientià, quæ Maximo Pontifici ab Epiſcopis exhibendà eſt.* p.270

CAP. LV. *Quà ratione cum Pontificijs adminiſtris gerere ſe Epiſcopus debeat.* p.275

CAP. LVI. *Pietatem ab Epiſcopo potiſſimùm exigi, eamque ad optimum regimen habendum fore perutilem.* p.280

CAP. LVII. *Orandi Studio addictum Epiſcopum fore.* p.284

CAP. LVIII. *In Diuino tantùm auxilio confidentem Epiſcopum populorum regimen ſuſcepturum.* p.288

CAP. LIX. *Allatis exemplis idem agitur.* p.292

CAP. LX. *Amandum ab Epiſcopo Deum eſſe.* p.294

CAP. LXI. *Singulari cultu Sanctiſſimam Deiparam ab Epiſcopo honorandam.* p.301

EPI.